

Epitome pontificum romanorum a S. Petro usque ad Paulum ...

Onofrio Panvinio

Ar. 1613

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
000000002250

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EPITOME
PONTIFICVM ROMANORVM
A S. Petro uſque ad Paulum IIII.

Geſtorum (videlicet) electioníſque ſingulorum, & Conclauium compendiaria narratio.

Cardinalium item nomina, dignitatum tituli, inſignia legationes, patria & obitus.

ONVPHRIO PANVINIO VERONENSI F.
AVGVSTINIANO AVTHORE.

Ex Muſæo Iacobi Stradæ Mantuani, ciuis Romani, Antiquarij.



Cum Cæs.a Ma.tis Ser.mi Rom. Regis, ac Ill.mi Senatus Veneti gratia, & Priuilegijs.

VENETIIS, Impenſis Iacobi Stradæ Mantuani.
M. D. LVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO ET INVICTISSIMO PRINCIPI, ac Domino D. Ferdinando

ROMANI IMPERII CAESARI DESIGNATO.

SEMPER AVGVSTO, GERMANIAE, HVNGARIAE, BOHEMIAE, SCLAVONIAE, ETC. REGI,

INFANTI HISPANIARVM, ARCHIDVCI Auſtriæ, Duci Burgundiæ, Brabantiæ &c. Comiti in Habſpurg, Flandriæ, & Tyroli &c. Domino ſuo clementiſſimo

IACOBVS STRADA MANTVANVS FOELICITATEM PRECATVR.

QVVM omnis hyſtoria Potentiſs. REX, ob id plurimum ſoleat commendari, quod vnà cum ea, quæ ex eius lectione percipitur, voluptate, vtilitatem etiam adferat non mediocrem: ea tamen quæ ad Dei Opt. Max. cultum ac religionem pertinet, vtróque nomine ſumma laude digniſsima nobis videri debet, quò enim magis ſacra prophanis præſtant, eò etiam hæc illa nobilior eſt iudicanda. In eo tamen veterum negligentia atque ſocordia non leuiter eſt accuſanda, qui rem vſqueadeò grauem, & Reipub. commodam ac ſalutarem aut pœnitus neglexerunt, aut frigidè admodum ac oſcitanter tractarunt. Quàm enim in Politicis rebus deſcribendis tam Græci, quàm Latini ſcriptores fuerint religioſi, Herodotus, Tucidides, Xenophon, Polybius, Cæſar, Liuius, & Salluſtius declarant, qui, ne quicquàm omitterent, res admodum leueis nimium aliquando anxiè ſunt perſequuti. Quò magis ſors noſtra eſt deploranda, qui exacta rerum ad orthodoxam religionem ſpectantium narratione ſumus deſtituti. Nam præter Ioſephum, Socratem, Theodoretum, Euſebium, ac paucos aliquot, nemo attigit res ſacras, & illi quidem pauca, nec ſatis diligenter. Quum autem totum eccleſiæ Dei curriculum à Domini ac ſeruatoris noſtri in cœlum aſcenſione ad hæc vſque tempora nemo hactenus tractarit, præclarum aliquod ingenium excitari aliquando optandum eſt, cuius opera Orthodoxi à iuſta accu-

Digitized by Google

ſatione ac ſumma ignominia vindicentur. Quamuis autem oblongi temporis ſpatium, & maiorum noſtrorum in deſcribenda ſuæ ætatis hyſtoria negligentiam, res iam ſit difficilima, ea tamen eſt noſtri ſæculi fœlicitas in bonis ingenijs proferendis, vt eiuſmodi hyſtoriam prodituram aliquando minimè ſit deſperandum, vt tamen eius laborem aliqua ex parte minuamus, non contemnendam eius partem nunc damus. Ea Romanorum Pontif. ac Cardinalium omnium perpetuam illam ſeriem & ſucceſsionem à Petro Apoſtolo, vſque ad Paulum Quartum, nunc Pont. ſummum deſcribit, & ſingulorum nomina, cognomina, originem, orationes, conclauia, coronationes, legationes, obitus, funera, ſchiſmata, Antipapas, Concilia, & qui Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ac Politici Principes illis interfuerint: diligentiſsimè recenſet. Huius libri Archetypon in celeberrima illa, quæ in Vaticano eſt, bibliotheca continebatur, mutilum admodum, ac imperfectum. Onuphrius autem Panuinius, ſingulari vir ingenio, & recondita quadam doctrina, atque eruditione præditus, illud excoluit, atque expoliuit ac locupletauit. Quum enim anteà fragmentum eſſet, ipſe perfecit, ac omnibus numeris abſoluit, adiutum verò ſe etiam plurimum olim mihi narrabat ingenti quodam volumine, quod magnis & ſumptibus & laboribus Illuſtriss. Cardinalis Triuulcius ab alijs anteà inceptum, ſuis etiam ipſe vigilijs augebat, atq; exornabat: in quo Rom. Pontif. ac Cardinalium geſta, ac res omneis memoratu dignas diligenter complectebatur, ac fuſius enarrabat. Librum hunc aliquando ille nactus (vt in optimis libris conquirendis ſolertiſsimus eſt, & curioſus) plurima, quæ ad præſentis libri inſtitutum faciebant, deſumpſit, ac multis partibus meliorem fecit. Nec tamen his contentus, nullis laboribus pepercit, ſed omneis, quotquot Romæ ſunt, celebreis bibliothecas excuſsit, ex quibus, quicquid ſuo negocio commodum fuit, accuratè collegit, & in rem propriam conuertit. Multos etiam habuit Romæ Patritios, ac nobileis viros, multos quoque ſummorum Pontif. adminiſtros, vt æditųos, cerimonijs præfectos, Apoſtolicorum Diplomatum ſcriptores, & ſcribas, ac alios, qui res Pontificias tractant, & ſuperiorum ætatum memoria pollent: quos in dubijs rebus ſemper conſuluit, ac eorum opera adiutus, quicquid magno illi, ſed imperfecto Triuulcij Cardinalis volumini deerat: adiecit, & quod, fatali die eius cōſilium præuertente, ille non potuit, hyſtoriam vſque ad hanc diem continuauit. Ingentem etiam Diplomatum Pontificiorum ſyluam perlegit, ex quibus multorum Cardinalium nomina excerpſit, quum alibi illa reperiri vix poſſent. Huius ego laboris ac diligentiæ locupletiſsimus

ſum

Digitized by Google

ſum teſtis. Magna enim mea cum voluptate Onuphrij Panuinij diuturna conſuetudine ſum vſus, cuius ſummam in ſuperiorum temporum rebus perueſtigandis ſedulitatem ac vigilantiam plurimum ſemper ſum admiratus. Eſt enim Romæ ampliſs. ille, atque Illuſtriſsimus Cardinalis Alexander Farneſius, cuius ſplendidiſsima aula optima quæque ingenia, ac bonarum artium omnium eximios cultores alit, ac fouet. Nam præter nobiliſsimos viros, antiquo ſtemmate claros, atque inſigneis, præſtanteis illic videre eſt Theologos, Philoſophos, Aſtronomos, Geometras, Mathematicos, Arithmeticos, Hyſtoricos, Poëtas, Medicos, Iureconſultos, cultiorum linguarum peritos, Architectos, Sculptores, Pictores, Statuarios, Antiquarios, gemmarios, Aurifices, militares etiam viros, arteis denique omneis, & belli & pacis tempore oportunas, & ſalutareis. Huic inſignium virorum numero, me quoque licet indignum adſcribi voluit illorum omnium Dominus, nec me certè pœnituit. Nam præter eximiam eius in me liberalitatem, cum illic ſum, in eruditiſsima Academia mihi videor verſari, ex qua, præter ſummam voluptatem, non exiguus ad me fructus redit. Ea in aula cum Onuphrio Panuinio arctiſsima mihi fuit familiaritas, & conſuetudo, vt non ſemel eum librum videndum mihi propoſuerit. Quum autem multa me in eo deſiderare oſtenderem, quæ non tantum ad ornamentum ac elegantiam pertinerent: ſed opus ipſum etiam redderent abſolutius, non priùs ædi illud oportere iudicauit, quàm illa per me adiungerentur. Ita igitur inter nos tranſactum fuit, vt edendum mihi librum communicaret, ego verò illum interim auxi plurimum, ac exornaui. Adieci etiam ſummorum Pontificum & Cardinalium inſignia, non ſine magnis & laboribus & ſumptibus conquiſita. Nam præter pictores multos, quorum Romæ opera ſum vſus, plurimos & nobileis & egregios viros & Romæ, & per vniuerſam Italiam, & in externis etiam prouincijs interpellaui. Interim ego quoque in officio fui, cum in libris, qui ad hanc rem pertinent, excutiendis, tum in locis, ac monumentis omnibus viſitandis, in quibus aliquid eſſe audirem, aut ſuſpicarer, quod noſtro inſtituto commodum videri poſſet. Incredibilis hîc mihi labor fuit ſuſtinendus, à quo ſæpius mihi ſuperſedendum eſſe exiſtimaui, bonorum tamen amicorum hortatu factum eſt, vt incepto operi inſiſtens, meliorem eorum inſignium partem mihi compararim. Nec verò illud antea ædere cogitabam, quàm omnia à me fuiſſent inuenta, verum grauiſsimorum aliquot virorum conſilio atque impulſu permotus ſum, ne opus tam præclarum diutiùs ſupprimeretur: futurum enim, vt quæ deſunt, rerum omnium pater, tempus nullo labore proferat, ac veluti in

manus

Digitized by Google

manus ponat: neque enim deſiſtam, quò minus reliqua diligentiſsimè perquiram. In ipſorum inſignium pictura fidelis ac pœnè religioſus fui, nihil detraxi, nihil adieci, nihil immutaui, qualia reperta ſunt in Templis aut Palatijs picta, in ſepulchris ſculpta, in toto altarium apparatu, ac veſtimentis, Aulæis, ac tapetibus contexta, in argenteis ac aureis inſtrumentis, quæ tum ad Templorum, tum etiam ad menſæ vſum adhiberi ſolent, cælata, reliquiſque huiuſmodi, talia à me fideliter ſunt adnotata: nec ulla in re mihi adſcribi poteſt aut temeritas, aut negligentia. Occurrent aliquando huiuſmodi puncta ..... quorundam Cardinalium nominibus adpoſita, quibus eorum genus, patria, & aliquando etiam nomen obſcurum, atque ignotum declaratur. Nemini quoque mirum videri debet, ſi initio Cardinalium inſignia pileum minimè habent, nondum enim eius vſus fuit, qui mos vſque ad Cœleſtini IIII. obitum durauit, anno à partu virginis ∞. CCXLI. fuit autem Cœleſtinus Pontif. CCIII. Huic ſucceſsit Innocentius IIII. qui pileum rubrum muneris loco Cardinalibus dedit, ac poſteà paulatim eorum inſignia eo, veluti vmbraculo cœpta ſunt exornari: id quod hactenus eſt obſeruatum. Summi quoque Pontificis inſignia, quæ clauibus & tiara conſtant, non vno olim modo fuerunt picta. Memini, cum ea de re multa mihi narraret Panuinius, qui etiam multis in Templis picturas ab ea, quæ nunc in vſu eſt, longè diuerſas mihi oſtendebat. Eorum ſex differentiæ fuerunt, de quibus commodior aliàs loquendi dabitur locus: quæ tamen hodie vſurpatur, omnium eſt ſplendidiſsima, ac nos, reliquis propter earum multis in partibus obſcuritatem, omiſsis, accipere hanc maluimus. Habet hic liber præter communeis hyſtoriæ vtilitates, illud præcipuum, quod nobiliſsimas totius Europæ familias, quarum aliquæ interierunt, in hominum memoriam reuocat, ex hominum obliuione vendicat, ac veluti immortaleis facit. Quum enim ad ſacrum illud Cardinalium Collegium, niſi aut ob doctrinæ atq; eruditionis præſtantiam, aut ob generis ſplendorem, hactenus nemini patuerit aditus, quot olim fuerunt Cardinales, tot ſummos viros, Heroas, ac orbis lumina extitiſſe conſtat: horum itaque familias ac nomina decuit eſſe ſempiterna. Hoc opus, quùm proditurum eſſet in lucem, nullius alterius, quàm Sereniſs. Maieſtatis tuæ nomine ac auſpicijs hominibus debuit commendari, vix enim vllus in orbe reperiri Princeps poteſt, cui & Pontificum, & ſacri Cardinalium Collegij, authoritas æquè ac illi ſit cordi, aut à quo labefactata noſtro hoc ſæculo eorum exiſtimatio, magis propugnetur. Cui igitur magis conueniebat, huius libri nuncupatio, in quo illorum origo, progreſſus, actiones, geſta, ac tota denique

ſummatim

Digitized by Google

ſummatim hyſtoria continetur? Etſi autem ipſa pœnè res eò me adegit, vt illum tibi conſecrarem, mea tamen animi voluntas, quæ Sereniſsimæ Maieſtati tuæ iamdiu eſt deditiſsima, ad hoc officium ita fuit prompta, vt primas in eo parteis iure merito ſibi poſsit vendicare. Ea profectò eſt Sereniſsimæ Maieſtatis tuæ amplitudo, vt non tantum illuſtrium virorum animi vi quadam eò impellantur, vt illam ament, reuereantur, & colant, verumetiam illi omnes, qui in optimarum artium ſtudijs aliquod ſibi nomen compararunt, laborum ac ſtudiorum ſuorum nullum alium ſibi finem propoſuiſſe videantur, quàm vt ſe aliquando illi probarent, & obſeruantiſsimi animi indicium, ac ſignificationem quandam exhiberent. Eorum inſtitutum me ſequi ingenuè poſſum profiteri. & quum anteà aliquam expetiuerim occaſionem, qua occultam hactenus in animo beneuolentiam ac obſeruantiam Sereniſsimæ Maieſtati tuæ patefacerem, eam nunc minimè debui prætermittere. Scio equidem exiguum eſſe munus, & clariſsimo tuo ſplendore indignum. Sed quum maiora afferre, mea tenuitas non concedat, hoc qualecúnque animi mei obſeruantiſsimi indicium, æqui boníque conſulere non grauabitur. Sunt apud me aliæ maximorum virorum, ac meæ etiam lucubrationes, ijs, quas nunc ædo, minimè inferiores. Quod ſi, quæ nunc offeruntur, primitias minimè fuerit aſpernata, ſed, vt confido, lubenti animo acceperit: maturos fructus maiori animi alacritate oblaturum me ſpero. Sereniſsimam Maieſtatem tuam, Deus Opt. Max. cum fœliciſsima ſobole ſua, diutiſsimè ſeruet incolumem, ac omnibus in rebus fortunatiſsimam reddat. Vale. Venetijs Idib. Maijs.

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS AD LECTOREM.

APELLIS *argutum illud dictum, ne ſutor ultra crepidam, liuidorum quibuſcunque calumnijs abunde ſatiſfecerit, exploratum habeo candide lector, poteritq; clauus clauo pelli, ſi res poſtulabit. Machæra illis eſt, Vrbinam nobis defuturam ne quæſo diffidaueris. Porro natura ita comparatum eſt, ut,* quum ſua non videat oculis mala lippus inunctis, quiſque in amicorum vitijs tàm cernat acutùm, quàm aut aquila, aut ſerpens Epidaurius? *Mihi (ut ingenuè dicam) non eadem mens eſt, quippe qui meapte ſponte, & iubens erubeſcam. Quod duplici ratione a nobis factum eſt, tum, ut genio veſtro indulgeremus, ne forte (ut fit) in procinctu, ceu medio curſu hæreas ſuſpenſus,* Argumq; *te præſtes, tum certè, ne præpoſtera illorum conſuetudinis videremur addicti obſeruatores, qui fumos & fucum ſtupidis hominibus pro nardo, & ſuauibus thymis venditant, & ſi quid minimum labis in toto corpore geſtent, id, qua poſſunt, fallacia obtegant, vel ſaltem vitium, mellito ore celant animi.* Ipſa *ratio mihi, & tibi ferreum, non plumbeum gladium adfert. Candidè igitur fruitor.* VALETO.

ERRATA.

Pagina 2. linea 10. rado. lege, trado.
Pag. 3. lin. 10. cotperatoribus. lege, cooperatoribus.
Pag. 4. GRADVAM. lege, BRADVAM.
Pagina 11. lineis 5. 22. 35. 49. MAXIMINIANO. lege, MAXIMIANO.
Ibidem lin. 37. Criſcillæ. lege, Priſcillæ.
Ibid lin. 14. & 22. MAYNIANO. lege, MAXIMIANO.
Pag. 12 lin. 28. CERONIO. lege, CEIONIO.
Pag. 14. lin. 8 VALENTIANO. lege, VALENTINIANO.
Ibidem lin. 46. die treis Id. lege, die III. Id.
Ibidem lin. penult. IOVINO. lege, IOVIANO.
Ibidem lin. ult. conſtitus. lege, conſtitutus.
Pag. 15. lin. 51. VNO. lege, VIRO.
Pag. 16. lin. 50. CLAVIIS. lege, FLAVIIS.
Ibidem lin. penult. COELVSTINVS. lege, COELESTINVS.
Pag. 17. lin. 9. & 18. ACTIO. lege, AETIO.
Pag. 18. lin 36. TVREIO ASTORIO. lege, TVRTIO ASTERIO.
Pag. 21. lin. 26. ITALICAE. lege, ITALIAE.
Ibidem li. 47. Papa Ioannem. lege, PP. Ioannem.
Pag. 29 lin. 44. donec. lege, dona ei.
Pag. 32. lin. 10. IVNIOR. lege, II.
Pag. 33 lin. 4. CANON. lege, CONON.
Pag. 34. lin. 38. calicis lege, calcis.
Ibidem lin. 47. DARDANIO. lege, BARDANIO.
Pag. 35. linea 4. Philippus. lege, Philippicus.
ibidem linea 28. Tyberij. lege, Tyberis.
Pag. 36 lin. 46. CONSTANTINOE. lege, CONSTANTINO.
Pag 38. lin. 13. contenſionem. lege, contentionem.
Pag. 39. lin. 19. CAPRONYMO. lege, COPRONYMO.
Pag. 40. linea 6. impetrandi. lege, imperandi.
Pagina 41. linea 13. liberati. lege, libertati.
Ibidem linea 25. capitiuorum. lege, captiuorum.
Ibidem linea 42. cratis ferreis budiq; lege, cratibus ferreis vndiq;
Ibidem linea penult. iunior. lege, II.
Pagina 42. linea 14. Ablate. lege, Abbate.
Ibidem linea 27. Leonianam. lege, Leoninam.
Pagina 43. linea vltima. Hadrians. lege, Hadrianus.
Pagina 44. linea 29, Idictione. lege, Indictione.
Pagina 48. linea 1. via. lege, vita.
Ibidem linea 23. Maracia. lege, Marociæ.
Pagina 53. linea 8. iũctum. lege, inunctum.
Pagina 54. linea 49. minimis. lege, inimicis.
Pag. 63. linea 5. Henricus N. lege, Henricus enim.
Pagina 67. linea 47. iura patri. lege, iura, quæ patri.
Pagina 68. linea 54. VVicperto. lege, Ghiberto.
Pagina 76. linea 41. PERAVI. lege, SPERAVI.
Pagina 89. linea 2. Anaguinus. lege, Anagninus.
Pagina 113. linea 52. OSTENDIT. lege, OSTENDE.
Pagina 123. linea 7. Mona. lege, Morra.
Pagina 128. linea 50. potuit tu. lege, poteſt vt.
Pagina 132. linea 33 Pelri. lege, Petri.
Pagina 154. linea 37. dtes. lege, dies.
Pagina 159. linea 23. Huncq; lege, Tuncq;
Pagina 160. linea 46. Federici. lege, Friderici.
ibidem. vijs. lege, viris.
Pagina 162. linea 52. Thiata Pontificatus. lege, tiara Pontificibus.
Pagina 175. linea 11. eeſſt. lege, eſſet.
Pag. 185. linea 1. NICOLZVS. lege, NICOLAVS.
Pagina 85. linea 34. noluit. lege, voluit.
Pagina 186. linea vltima. Equilij. lege, Equirij.
Pag 188. lin. 36. 37. poſt longiſſimi Pontificum Interrogorum, quum ob frequentes cardinalium diſcordias, inter ſeſe concordari non valerent. lege, poſt longiſſimum Pontificum Interregnum, quum ob frequentes diſcordias, inter ſeſe Cardinales concordare non valerent.
Pagina 199 linea 33. cupienſis. lege, cupiens.
ibidem linea 34. artacti. lege, arctati.
Pagina 205. linea 1. orbes Galliæ. vrbes Galliæ.
Pag. 211. lin. 46. ad montibus, in. lege admonitus, ne
ibidem linea 49. ægreſſe. lege, ægrè.
Pagina 214. linea 9. mortuo. lege, morum.
Pagina 260. lin. antepen. frenant. lege, frænarit.
Pagina 264. linea 34. Ladiſlai. lege, Laodiſlai.
Pagina 331. linea 21. XYISTVS. lege, XYSTVS.
Pag. 348. lin. 29. poſt. n. Cõ. lege, poſt enim non.
Pag. 363. lin. 49 CHRDINALES. lege, CARDINALES.
Pag 370. lin 45. malfactorum. lege, malefactorum.
ibidem lin. antepen. incohatio. lege, inchoatio.
ibidem. Cruci, ſis lege, Crucis, is
Pagina 426. linea 5. ſcriptura. lege, ſcriptum.

Digitized by Google

ROMANORVM PONTIFICVM HISTORIA, A' PETRO APOSTOLO AD SANCTISS. ET BEATISS. D. N. PAVLVM IIII. CARAFFAM NEAPOLITANVM, CVM CARDINALIBVS AB EISDEM CREATIS, QVORVM MEMORIA EXTAT.

VITA S. PETRI APOSTOLOR. PRINCIPIS, ET PAPAE PRIMI, BREVITER DESCRIPTA.

BEATVS SIMON PETRVS, NATIONE GALIlæus, uico Bethſaide, filius Ioannis, Andreæ Apoſtoli frater, & in paſsione ſocius. A' DOMINO IESV CHRISTO (dum in terris ageret) princeps Apoſtolorum, ſupremumque eccleſiæ ſuæ caput, ac eius in terris cum maxima ligandi atque ſoluendi poteſtate Vicarius, ob egregiam ſanctæ fidei confeſsionem inſtitutus, ut ſacra Euangeliorum ſcripta teſtantur. Hic poſt Iacobi Apoſtoli cædem, eiusque ab HERODE captionem, ac miraculoſam ab Angelo liberationem, quùm uſque ad id tempus à CHRISTI paſsione in Iudæa uel in circumuicinis regionibus permanſiſſet, Hieroſolymis diſcedens, poſt prædicationem diſperſionis eorum, qui de Circumciſione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia, quarto & quadrageſimo à natiuitate CHRISTI anno, tertio uerò IMP. TIB. CLAVDII CAES. II. AVG. die XV. Calend. Februarii, Romam primò ingreſſus eſt. Quò ex Iudæa ſoluens, poſt annuam peregrinationem ſe contulerat, ad iram HERODIS ob eius liberationem eluſi euitandam, ſimulque ad expugnandum SIMONEM Magum Samaræum quem ex Iudea effugarat. Is Iudæa per Apoſtolos exactus, Romam uenerat, multoſque magicis ſuis oſtentis eluſerat. Petrus uerò in Vrbem ueniens, ibidem cathedram Sacerdotalem tenuit annos XXIIII. menſes V. & dies XII. uſque ad ultimum IMP. NERONIS annum (id eſt) XIII. à quo affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite in terram deorſum uerſo, & in ſublime pedibus eleuatis. Quod ut fieret precibus à Satellitibus obtinuit, aſſerens ſe indignum, ut ſic crucifigeretur, ut Dominus ſuus. Fuit autem temporibus TIB. CAES. AVG. GERMANICI, C. CAES. CALIGVLAE AVG. TIB. CLAVDII CAES. AVG. ET NERONIS CLAVDII CAES. AVG. A' CONS. TIBERII CLAVDII CAES. AVG. GERMANICI, III. ET. L. VITELII, ITER. VSQVE AD CONS. FONTEI CAPITONIS, ET C. IVLII RVFI. Hic ſub Clau. Cæſ. Simonē Magū primò precibus ſuis extinxit. Deinde edicto Claudii (quo Iudæi Vrbe exacti ſunt) Roma diſcedēs, Hieroſolymā primò uenit, cōcilioq; Hieroſolymitano, et morti VIRGINIS MARIAE interfuit. Mox Antiochiam ueniens, per ſeptem annos ibi commoratus eſt, eam eccle. regens, uſque ad Claudii obitū. Principio autem IMPERII NERONIS CAES. Antiochia diſcedens, Romam reuerſus eſt, cum Marco & nonnullis aliis diſcipulis ibidem ſcripſit duas epiſtolas, (quæ Catholicæ nominantur) quarum ſecunda à plæriſque eius eſſe negatur propter ſtyli cum priore diſſonantiam. In prima autem Romæ (ſub Babylonis Typo) meminit, quùm ait, Salutat uos eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta, & Marcus filius meus, ut auctor eſt Papias Hieropolitanus, Ioannis Apoſtoli auditor. Euangelium quoque ſecundum Marcum eius eſſe dicitur, qui diſcipulus eius & interpres fuit, à baptiſmoque filius. Scripto autem à Marco (iuxta quod Petrum referentem audierat) Euangelio, fratrum rogatu, eoque à Petro probato & eccleſiæ ad legendum ſua autoritate contradito, eum Petrus cum Euangelio quod confecerat in Aegyptum miſit. Qui primus Alexandriæ CHRISTVM annuncians, Alexandrinam conſtituit eccleſiam. Poſt omnem uerò trium Euangeliorum fontem Ioannes adhuc nōn ſcripſerat (inquit Damaſus) quæ ad interrogationem, & Petri teſtimonio firmata ſunt, dum alius Græcè, alius Hæbraicè, alius Latinè conſonet. (Mathæus enim Hæbraica, Lucas Græca, Marcus Latina dictione ſcripſere) Beatus Petrus duos ſibi Coëpi-

Digitized by Google

ſcopos ordinauit, Linum uidelicet & Cletum, quúm ſolus non poſſet omnibus fidelis populi neceſsitatibus ſubuenire. Quibus Sacerdotale miniſterium, Romano populo, & aduenis (qui ad ſe ueniebant) exhibentibus, ipſe orationi & prædicationi, populum erudiens, uacabat, eccleſiamque Romanam prius à ſe fundatam ab exigua maximam moriens reliquit, quúm plerique nobiles iam in CHRISTVM credidiſſent. Beatus uerò Petrus paulò ante obitum ſuum, quúm martyrii ſui tempus appropinquare domino reuelante cognouiſſet, beatum Clementem S. R. E. ueterem presbyterum Epiſcopum Romanum deſignatum in ſucceſſorem ſuum conſecrauit, eique Cathedram Epiſcopalem & Romanam Catholicam dei Eccleſiam, poſt ſe ab eo regendam commendans, Ego (inquit) eandem tibi poteſtatem ligandi, abſoluendique trado, quam mihi Dominus meus IESVS CHRISTVS reliquit, in qua ſpretis ac contemptis rebus omnibus, cum corporis tum fortunæ, oratione & prędicatione ſaluti hominum (ut bonum paſtorem decet) conſule. Coëpiſcopos quoque iampridem à ſe creatos Linum uidelicet & Cletum, ut ſibi anteà, ita & Clementi aſſiſtere iuſſit, ipſum ut adiuuarent, cohortatus eſt in exercenda paſtorali cura. His itaque diſpoſitis, non longè poſt cum PAVLO Apoſtolo (qui per eos dies Romam uenerat) ab infidelibus captus, martyrio coronatus eſt, die XIII. Calendas Iulii, anno poſt CHRISTVM natum LXVIII. à paſſione uerò ſua XXXV. Cadauer eius ſepultum eſt in Vaticano iuxta uiam Triumphalem, ubi et Cruci affixus fuerat, ubi totius orbis ueneratione celebratur. Fecit autem ordinationes plureis per menſem Decembrem multorum Epiſcoporum, presbyterorum decem, & Diaconorum ſeptem in Vrbe Roma. In his fuere Epiſcopi Linus, Cletus, Clemens, Apollinaris, Marcus Hermagoras, & alii presbyteri, Anacletus & Enariſtus poſteà Romani Pontifices.

VITA S. LINI COEPISCOPI ROMANI NVMERO II.

SVB SS. PETRO ET CLEMENTE, ANNO CHRISTI LVII.

LINVS natione Italus prouincia Thuſcia, patria Volaterranus, ex patre Herculano, Coëpiſcopus Romanus, hoc eſt Coadiutor à S. Petro Apoſtolo inſtitutus, ſedit (ſeu potius uixit in eo magiſtratu) annos XI. menſes III. dies XII. temporibus NERONIS CLAVDII CAES. AVG. A' CONS. Q. VOLVSII SATVRNINI, ET P. CORN. SCIPIONIS, AD C. FONTEIVM CAPITONEM, ET C. IVLIVM RVFVM. COSS. S. namque Petrus neceſſitate ductus (propter populorum ad CHRISTVM credentium multitudinem) quúm ſolus omnibus attendere non poſſet, duos Coëpiſcopos (hoc eſt coadiutores) ordinauit, Linum uidelicet, qui intrà Vrbem, & Cletum, qui extrà in Suburbiis Epiſcopi munere fungerentur. Hoc autem factum eſt, (ut eſt author Damaſus) pridie Id. Iunii, anni CHRISTI LVII. qui erat ſecundus Imperij Neronis annus. Hic Pontifex ex pręcepto S. Petri Apoſtoli inſtituit, ut mulier in eccleſia uelato capite introiret, atque ex eius iuſſu duas per menſem Decembrem fecit ordinationes, quibus Epiſcopos XV. & presbyteros XVIII. ordinauit. Mortuo autem Petro Apoſtolo, paulò poſt eius obitum (id eſt eodem anno) quúm eſſet etiam Clementis, qui primus poſt Petrum Apoſtolum Pontifex Romanus fuit, Coëpiſcopus, anno CHRISTI LXVIII die IX. Cal. Octob. altero menſe, & die XXVI. à Petri nece, capite cæſus, martyrio coronatus eſt, SATVRNINI Vrbis pręfecti iuſſu. Linus igitur, (ſi Damaſo Rom. Pont. qui prædeceſſorum ſuorum Vitas conſcripſit uſque ad tempora ſua, credere uoluerimus) & ſi Romanus Pontifex fuerit, non tamen Papalem habuit auctoritatem, ſed eo modo Epiſcopus erat, ut cęterarum Ciuitatum negocia, ſi quę occurrerent, circa fidem Chriſtianam contrectaret. (Petro enim plærumque contingebat extra Vrbem proficiſci) & ideò ne plebs paſtore careret, ipſum ſibi coadiutorem creauit, ſimulque quòd ipſe prędicationibus detentus, Epiſcopalia munera reliqua minùs obire poterat. Atque hactenus de Lino dictum eſt, quem ideò in Romanorum Pontificum ſerie adiungere placuit, quod (& ſi non Papa) tamen Epiſcopus, Romanam eccleſiam rexit & gubernauit.

VITA CLEMENTIS PRIMI NVMERO III.

ANNO CHRISTI LXIX.

CLEMENS natione Romanus, de regione Cœli montium, ex patre Fauſtino, nobili & generoſa familia ortus. Hic primus poſt Petri Apoſtoli mortem, Romanus Epiſcopus maxima

Digitized by Google

xima cum auctoritate fuit, paulò ante Petri mortem ab eo deſignatus, qui iuſſu beati Petri Apoſtoli poſt eius mortem ſuſcepit eccleſiæ Romanæ Pontificatus adminiſtrationem, ſicuti ei fuerat à Domino IESV CHRISTO Cathedra tradita uel commiſſa. Sedit aut annos IX. menſes IIII. & dies XXVI. Fuit uerò temporibus IMP. NERONIS CAES. SER. SVLPITII GALBAE, A' VITELLII, ET M. SALVII OTHONIS, ET T. FL. VESPASIANI AVGG. A' CONS. C. FONTEI CAPITONIS, ET C. IVLII RVFI VSQVE AD VESP. AVG. VII. ET VESPASIANVM CAES. V. COSS. Hic fecit ſeptem regiones diuidi ſeptem Notariis fidelibus eccleſię, qui Martyrum geſta ſolicitè ac curioſè unuſquiſque per ſuam Regionem perquiſita, deſcriberent. De eo meminit PAVLVS Apoſtolus ad Philipp. quùm ait (cum Clemente, & cæteris cooperatoribus meis, quorum nomina ſcripta ſunt in libro Vitæ) ſcripſit duas epiſtolas, quarum prima fuit ex perſona Romanæ eccleſię ad eccleſiam Corinthiorum ualde utilis, altera (quæ eius nomine circumfertur) epiſtola à Veteribus reprobatur. Hic fecit ordinationes duas menſe Decembri, Epiſcopos XV. presbyteros X. & Diaconos II. Obijt in exilio in ciuitate Pontica Cerſona ſub VESPASIANO IMP. die IX. calend. Decembris, anno CHRISTI LXXVII. Non uacauit ſedes.

VITA S. CLETI NVMERO IIII. ROMANI PONTIFICIS.

ANNO CHRISTI LXXVII.

CLETVS natione Romanus, de uico Patricij, patre Aemiliano. Hic à beato Petro Apoſtolo ad CHRISTI fidem conuerſus, ab eo presbyter primò in Romana eccleſia, mox Coepiſcopus cum Lino ordinatus eſt, ſuburbiaque Romana eius cuſtodiæ tradita. Qui Clementis Coepiſcopus ſicuti etiam ante & Petri fuerat, eo mortuo remanens, eccleſiam ei Clemens in exilium proficiſcens Romanam commendauit. Quapropter eius obitu à fidelibus audito, ut antiquior in Religione Chriſtiana diſcipulus, & de ea præ cęteris bene meritus, omnium presbyterorum & reliquorum cleri ordinum ſuffragijs Pontifex Romanus pronunciatus, ſedit à Clementis obitu annos ſex, & menſes quinque, quùm prius ſub Petro, & Clemente Coepiſcopo fuiſſet annos XX. menſes VIII. & dies XXIX. Fuit autem temporibus IMP. CAES. VESP. TITI, ET DOMITIANI AVGG. A' CONS. VESPASIANI AVG. VII. ET TITI CAES. V. AD IMP. CAES. DOMITIANI AVG. IX. ET T. VIRGINIVM RVFVM, IT COSS. Hic ex præcepto beati Petri ſacrorum ordinum promotione habita, XXV. presbyteros in Vrbe Roma ordinauit. Poſt hæc martyrio ſub Domitiano coronatus. Cadauer in Vaticano iuxta SS. Petri & Lini corpora ſepultum eſt, quùm occiſus fuiſſet VI. Cal. Maij. Anno dominicæ natiuitatis XXCIII. Eo mortuo ceſſauit Epiſcopatus Romanus dies XX. Epiſcoporum & Diaconorum ordinationes Cletum unquam feciſſe non memini me legiſſe.

ANACLETVS I. NVMERO V. ANNO LXXXIIII.

ANACLETVS natione Græcus, patria Athenienſis, ex patre Antiocho, ſedit annos XII. menſem unum, & dies XXVII. tertius poſt Petrum Apoſtolum Papa, Quintus uerò in ordine Pontificum Romanorum. Hic à S. Apoſtolo Petro S. R. E. presbyter ordinatus, mortuo Cleto XX. uacantis ſedis die, omnium Clericorum, & Laicorum ſuffragijs Romanus Pontifex creatus eſt. Fuit autem temporibus DOMITIANI IMP. CAES. AVG. A' CONS. EIVSDEM IMP. IX. & T. VIRGINII RVFI II. AD IMP. CAES. DOMITIANVM AVG. XVII. ET T. FLAVIVM CLEMENTEM COSS. Iſte Pontifex inſtituit, ne Clerici comam nutrirent, hymnoſque in beati Petri memoriam compoſuit, aliquot quoque cœmiteria conſtruxit, ubi Epiſcoporum, & reliquorum martyrum corpora reconderentur. Duas quoque epiſtolas Decretales omni ſapientia, & doctrina refertiſſimas conſcripſit. Fecit autem ordinationes duas menſe Decembri, quibus Epiſcopos VI. & presbyteros V. & Diaconos III. creauit. Et ſub IMP. DOMITIANO occiſus Martyrij palmam adeptus eſt. Anno Chriſtianæ ſalutis XCVI. die III. id. Iulij. Cadauer in Vaticano ſepultum eſt iuxta beati Apoſtoli Petri, & aliorum Pontificum prędeceſſorum ſuorum corpora. Vacauit eo mortuo Sancta Romana ſedes dies tredecim.

Operę precium autem eſſet hic exactiorem rationem reddere, qua ductus hanc quinque primorum Romanorum Pontificum ſeriem, contra omnium ferè cum Veterum tum recentiorum auctorum ſententiam, ex Damaſi III. lib. quem de Romanis Pontificibus conſcripſit,

aſſumptam hoc ordine diſpoſuerim. Verum quum hæc res longiorem orationem, quàm quæ modo ſubijci poſſet, deſideret, ſimulque quòd exactisſimè hæc in eo libro, qui de Pontificibus Romanis à me conſcriptus eſt, explicata ſunt, id prætermittendum eſſe ſtatui. Hoc tantum lectorem admonitum uelim à me non ab re hoc factum eſſe, quod etiam ex eo libro qui propediem edetur, cognoſci facile poterit.

EVARISTVS PAPA I. NVMERO VI.

ANNO CHRISTI XCVI.

EVARISTVS natione Græcus, patria Bethlehemites, ex patre Iudæo nomine Iuda, ſedit annos XIII. & menſes treis. IMPP. CAESS. DOMITIANO, NERVA, ET TRAIANO AVGG. A' CONS. IMP. CAES. FL. DOMITIANI, GERMANICI, AVG. XVII. ET T. FL. CLEMENTIS AD APP. ANNEVM TREBONIVM GALLVM, ET M. ATILIVM, METILIVM GRADVVM COSS. Iſte Pontifex primus titulos in Vrbe Roma presbyteris diuiſit, & Diaconos ſeptem ordinauit, qui Epiſcopum prædicantem propter Veritatis ſtylum cuſtodirent. Hic fecit per menſem Decembrem treis ordinationes, quibus Epiſcopos per diuerſa loca V. presbyteros uerò ſex, & Diaconos duos in urbe Roma creauit. Hic martyrio coronatus ſub TRAIANO IMP. occiſus eſt, Anno dominicæ Natiuitatis CVIII I. die VII. Calen. Nouembres. Cadauer eius in Vaticano iuxta beati Apoſtoli Petri corpus honorificè à fidelibus ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo Sancta Romana Sedes dies nouemdecim.

ALEXANDER I. NVMERO VII. ANNO CHRISTI CVIIII.

ALEXANDER Papa I. natione Italus, patria Romanus, ex Vico (quē uocant Caput Tauri) patre Alexandro, IMP. CAES. TRAIANO AVG. Sedit in Petri Cathedra annos VII. menſes V. dies XIX. A' CONS. APPII ANNEI, TREBONII GALLI, ET M. ATILII METILII GRADVAE, AD L. ANTISTIVM VETEREM, ET AEMILIVM AELIANVM COSS. Hic Pont. Miſſæ ſacrificio precationes aliquot addidit, conſtituitque aquam aſperſionis cum ſale benedici in fidelium domibus. Hic fecit ordinationes treis menſe Decembri, quibus Epiſcopos per diuerſa loca V. presbyteros VI, & Diaconos tres creauit, in quibus fuere Euentius S. R. E. præsbyter, Theodorus atque Iuuenalis S. R. E. Diaconi. Qui etiam martyrio coronatus eſt ſub PRINCIPE TRAIANO cum ſupradictis ſuo presbytero, et duobus Diaconis, occiſus die V. Nonas Maij, Anno Dominicæ Natiuitatis CXVII. Horum martyrum cadauera ſepulta ſunt extra Vrbem Romam uia Numentana, lapide VII. iuxta locum ubi occiſi ſunt. Vacauit Sedes menſem unum, & dies quatuor.

XYSTVS I. NVMERO VIII. ANNO CHRISTI CXVII.

XYSTVS natione Italus, patria Romanus, ex patre paſtore de regione uiæ Latæ, IMPP. CAESS. NERVA TRAIANO, ET TRAIANO ADRIANO AVGG. in Apoſtolica Sede ſedit annos IX. menſes IX, & dies XXX. A' CONS. L. ANTISTII VETERIS, ET AEMILII AELIANI, VSQVE AD VESPRONIVM CANDIDVM VERVM, ET VIBVLLIVM PIVM. creatus XVII. Calendas Decembres. Hic Pontifex conſtituit, ut miniſteria ſacrata non tangerentur niſi à miniſtris ſacratis. Item, ut quicunque Epiſcopus ad ſedem Apoſtolicam euocatus, & ad Diœceſim ſuam rediens non ſuſciperetur, niſi haberet literas Apoſtolicas ad Plebem. Item conſtituit, ut Miſſarum actionē incipiente Pontifice populus decantaret hymnum (Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, &c.) Hic fecit ordinationes treis per menſem Decembrem, quibus Epiſcopos per diuerſa loca IIII. presbyteros XI. & Diaconos IIII. in urbe Roma creauit. Martyrio coronatus occiſus eſt ſub HADRIANO PRINCIPE die VIII. Id. Apriles. Anno CHRISTI CXXVII. PONT. Anno decimo. Cadauer in Vaticano iuxta S. Petri Apoſtoli corpus ſepultum eſt. Eo mortuo uacauit Romana & Apoſtolica ſedes tantum dies duos.

TELESPHORVS I. NVMERO IX. ANNO CHRISTI. CXXVII.

TELESPHORVS natione Græcus, patria ex patre Anachoreta, IMP. CAES. TRAIANO HADRIANO AVG. in Apoſtolica ſede uixit annos XI. menſes VIII. &

dies

dies XXIX. A CONSS. VESPRONII CANDIDI VERI ET VIBVLLII PII AD QVINTIVM NIGRVM, ET MAGNVM COSS. creatus V. Idus Apriles. Hic pontifex inſtituit ut per ſeptem hebdomadas ante ſolẽnitatem Paſchalem ieiunium celebraretur, utque in cæteris diebus ante horam tertiã nullus presbyter Miſſas celebrare auderet, quòd non ante eam horam dominus noſter IESVS CHRISTVS (cuius paſsionis memoria in Miſſarum ſacrificio colitur) cruci affixus ſit. Inſtituit etiam ut ante Miſſarum ſacrificium hymnus Angelorum. Gloria in excelſis deo, cantaretur à fidelibus. Ordinationibus uerò tribus, ſiue (ut aliis placet) quatuor menſe Decembri factis, quibus Epiſcopos per diuerſa loca XIII. & in Vrbe Roma presbyteros XII. & Diaconos VIII. creauit, capitis abſciſione ob catholicæ fidei defenſionem necatus, martyr migrauit ad CHRISTVM Nonis Ianuariis. Anno Dominicæ Natiuitatis CXXXIX. cuius cadauer in Vaticano iuxta S. Petrum conditum eſt. Vacauitque Sedes Romana dies VII.

HYGINIVS I. NVMERO X. ANNO CHRISTI CXXXIX.

HYGINIVS natione Græcus, patria Athenienſis, ex patre Philoſopho, IMPP. CAESS. TRAIANO HADRIANO, ET AELIO HADRIANO ANTONINO PIO AVGG. in Petri cathedra ſedit annos XI. A CONS. QVINTII NIGRI, ET MAGNI, VSQVE AD SERVIVM CORNELIVM SCIPIONEM ORPHITVM, ET QVINTIVM NONIVM PRISCVM, COSS. Creatus Idib. Ianuarij. Hic Clerum compoſuit, graduſque in eo ſecundum dignitatem, & ætatem unicuique Clericorum diſtribuit, pluresque per ſingulas Parœcias, ſeu Titulos presbyteros manere conſtituit, quia unus per titulum ob Credentium multitudinem non ſufficeret. Ordinationes quoque in Vrbe Roma treis menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero VI. in Romana uerò Eccleſia presbyteros XV. & Diaconos V. ordinauit. Obiit martyr SVB ANTONINO PIO AVG. Anno Dominicę natiuitatis CL. die III. Id. Ianuarij. Cadauer eius in Vaticano prope corpora S. Petri Apoſtoli, & ſuorum ſucceſſorum Romanorum Pontificum à fidelibus ſepultum eſt. Quo occiſo uacauit Sancta Romana ſedes dies tantummodo treis.

PIVS I. NVMERO XI. ANNO CHRISTI CL.

PIVS natione Italus, patria Aquilegienſis, ex patre Rufino, IMP. CAES. T. AELIO HADRIANO ANTONINO PIO. AVG. Sedit in Petri cathedra annos IIII. menſes V. & dies uiginti ſeptem. creatus XVIII. Calend. Februarij Romæ, SERVIO CORNELIO SCIPIONE ORPHITO, ET QVINTIO NONIO PRISCO COSS. Sub hoc Pontifice Hermes librum conſcripſit, qui dicitur Paſtor, in quo continetur, quomodo Angelus Domini ei in habitu Paſtoris apparuit, mandans ut Eccleſiæ nunciaret, ut die Dominica Sanctum Paſcha celebraretur. Hic conſtituit Hereticum uenientem ex hæreſi Iudæorum ſuſcipi, & baptizari. Rogatu quoque beatæ Praxedis dedicauit Eccleſiam. Thermas nouauit in Vico Patricij in memoriam ſororis ſuæ Pudentianæ, ubi & aliquot dona obtulit, ſepæque ibidem Miſſas celebrauit, fontemque baptiſmatis conſtrui fecit, manuque ſua eum benedicens conſecrauit, ac in eo multos ad fidem ex gentilibus uenientes baptizauit in nomine Trinitatis. Ordinationibus uerò quinque menſe Decembri, Septemb. & aliis menſib. factis, Epiſcoporum per diuerſa loca X. presbyterorum XIX. & Diaconorum XI. in Eccleſia Rom. capitis abſciſione martyrium conſummauit, die V. Id. Iulij. Anno C.LIIII. Cadauer eius in Vaticano iuxta S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit Sancta Romana Sedes dies XIII.

ANICETVS I. NVM. XII. ANNO CHRISTI C. LIIII.

ANICETVS natione Syrus, de Vico Humiſia, ex patre Ioanne, IMPP. CAESS. T. AELIO ADRIANO ANTONINO PIO. AVG. ET EIVS FILIIS. M. AVRELIO ANTONINO, ET L. AELIO VERO FRATRIBVS AVGG. Sedit in Petri cathedra annos VIII. menſes VIII. & dies XXIIII. creatus die VIII. Calend. Auguſti. BRVTIO PRAESENTE, ET ANTONIO RVFINO COSS. Hic conſtituit, ut iuxta Apoſtolicas traditiones Clerici comam nõ nutrirent. Ordinationes item quinque per menſem Decemb. fecit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca IX. & in Vrbe Roma presbyteros XIX, & Diaconos XIII. ordinauit. Occiſus eſt pro fidei catholicæ defenſione ſub

Digitized by Google

IMPP. M. AVRELIO, ET L. VERO AVGG. IVNIO RVSTICO II. ET VECTIO AQVILINO coss. die xv. Calend. Maij. Anno Dominicæ natiuitatis CLXIII. Cadauer eius ſepultum eſt in cœmiterio (quod poſteà Calliſti appellatum eſt) ſito uia Appia lapide ab urbe ſecundo uel tertio, prope Catacu mbas. Vacauit eo mortuo Sancta Romana ſedes dies ſeptemdecim.

SOTHERVS I. NVMERO XIII. ANNO CHRISTI CLXIII.

SOTHERVS natione Campanus, patria Fundanus, ex patre Concordio, IMPP. CAESS. M. AVRELIO ANTONINO, ET L. AVRELIO VERO AVGG. Sedit in Petri Cathedra annos ſeptem, menſes undecim, & dies decem, & octo. creatus III. nonas Maij. IVNIO RVSTICO, ET VECTIO AQVILINO COSS. Hic inſtituit, ne ulla monacha pallam ſacratam contingere auderet, nec in eccleſia incenſum ponere poſſet. Ordinationes uerò ſex per menſem Decembrem fecit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca XI. presbyteros autem XIX. Et Diaconos IX. in eccleſia Romana fecit. Occiſus Romæ ſub M. AVRELIO PRINCIPE die x. calend. Maij. Anno CHRISTI CLXXI. L. IVNIO CLARO, ET M. AVRELIO CETHEGO coss. cadauer eius in cœmiterio ad Catacumbas (quod poſteà Calliſti eſt appellatum) ſepultum eſt tertio ab Vrbe lapide uia Appia, extra portam Capenam. & ceſſauit Epiſcopatus Romanus eo mortuo dies unum & uiginti.

ELEVTHERIVS I. NVMERO XIV. ANNO CHRISTI CLXXI.

ELEVTHERIVS natione Græcus, patria Nicopolitanus ex patre Habundio, IMPP. CAESS. M. AVRELIO ANTONINO, ET L. AVRELIO COMMODO EIVS FILIO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos quindecim, & dies treſdecim, creatus pridie Idus Maij. L. IVNIO CLARO, ET M. AVRELIO CETHEGO COSS. Hic literas à rege Britannorum Lucio accepit, quibus Pontificem deprecabatur, ut per eius mandatum Chriſtianus fieri mereretur. Inſtituit autem hic beatus Pontifex, ut nullus cibus ad comedendum idoneus, quem Deus creauit, à Chriſtianis fidelibus reijceretur, ſed cum gratiarum actione omnia ſibi appoſita tempore non uetito Chriſtiani manducarent. Ordinationibus uerò tribus menſe Decembri factis, quibus Epiſcopos per diuerſa loca XV. & in Vrbe Roma presbyteros XII. & Diaconos octo creauit, pro Chriſti fide capitis abſciſione martyrium conſummauit ſub PRINCIPE COMMODO die VII. Calend. Iunij, Anno dominicæ Natiuitatis CXXCVI. TRAIANO MATERNO ET M. ATILIO METILIO GRADVA COSS. Cadauer in Vaticano iuxta beati Petri Apoſtoli corpus ſepultum eſt. Vacauit Se des dies quinque.

VICTOR I. NVMERO XV. ANNO CHRISTI CXXCVI.

VICTOR natione Apher, ex patre Felice, IMPP. CAESS. L. AVRELIO COMMODO P. HELVIO PERTINACE, L. SEPTIMIO SEVERO ET EIVS FILIO M. AVRELIO SEVERO ANTONINO. Sedit in Petri cathedra annos duodecim, menſem unum, & dies uigintiocto. creatus Calend. Iunij, TRAIANO MATERNO ET M. ATILIO METILIO GRADVA COSS. Hic conſtituit ut Sanctum paſchatis feſtum die dominico celebraretur. Orientales, qui quarta decima Luna id celebrant, pertinaciter perſeuerantes, communione priuauit. Clerum quoque Romanum ordinauit, Voluit etiam, ut neceſsitate exigente, Sacrum baptiſmatis ſacramentum ubique ſiue in mari, ſiue in fluminibus, ſiue in fontibus conferri poſſet Cathechumenis, Chriſtianã fidẽ uoce confeſsis. Ciclum paſchalem accerſito Theophilo Epiſcopo Alexandrino Matheſeos perito, primus inſtituit, publicauitque, atque de conſenſu ſacerdotum Romanæ eccleſiæ approbauit, ut à XIIII. Luna primi menſis uſque ad XXI. die dominico interueniente cuſtodiatur Sanctum paſcha. Ordinationes autem duas menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca, XII. & in Vrbe Roma presbyteros IIII. & Diaconos ſeptem ordinauit. Occiſus eſt Romæ ſub SEVERO PRINCIPE pro fidei Chriſtianæ defenſione die V. Calend. Auguſti, anno C. XCVIII. APPIO CLAVDIANO LATERANO ET M. MARIO TITIO RVFINO COSS. Cadauer eius in Vaticano iuxta beati Petri Apoſtoli Corpus ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies duodecim.

ZEPHY-

Digitized by Google

ZEPHYRINVS I. NVMERO XVI. ANNO CHRISTI C.XCVIII.

ZEPHYRINVS natione Italus,patria Romanus,ex patre Habundio, IMPP. CAES. L. SEPTIMIO SEVERO, ET EIVS FILIIS M. AVRELIO ANTONINO AC P. SEPTIMIO GETA, M. OPELIO MACRINO, M. ANTONINO DIADVMENIANO ET EIVS FILIO M. AVRELIO ANTONINO AELIOGABALO AVGG. Sedit in Petri Cathedra annos uiginti & dies decem & ſeptem. Creatus die Iduum Auguſti. AP. CLAVDIO LATERANO ET M. TITIO RVFINO COSS. Hic ordinauit,ut ſacerdotum ordinationes præſente omni Clero & Laicis fidelibus fierent. Inſtituit etiam ut miniſtri altaris patinas uitreas ante Sacerdotem in Eccleſia portarent, donec is Miſſas celebraret, reliquo Clero adſtante. Hic fecit ordinationes IIII. per menſem Decembrem,quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero XIII. in Vrbe Verò Roma presbyteros XII.& Diaconos ſeptem creauit. Occiſus eſt pro Chriſto ſub IMP. M. AEMILIO ANTONINO AELIOGABALO. die VII.Calend.Septem. Anno dominicæ natiuitatis CCXVIII. BRVTIO PRAESENTE ET EXTRICATO COSS. Cadauer eius ſepultum eſt in Cœmiterio ad Catacumbas (quod poſtea Calliſti appellatum eſt) uia Appia,tertio ab urbe lapide.& ceſſauit eo mortuo Epiſcopatus Romanus dies ſex.

CALLISTVS I. NVMERO XVII. ANNO CHRISTI CCXIIX.

CALLISTVS natione Italus,patria Romanus, de Vico Rauennatium, IMP. CAES. M. AVRELIO ALEXANDRO SEVERO. Sedit in Petri Cathedra annos ſex, menſem unum, & dies treſdecim. Creatus Romæ die IIII. Nonas Septembris PRAESENTE ET EXTRICATO COSS. Hic ieiunium quatuor temporum,quater in anno fieri ordinauit,uere,æſtate, autumno & Hyeme,hoc eſt,primo,tertio,ſeptimo & decimo menſibus. Hic fecit paruam Baſilicam trans Tyberim,quæ nunc S. Maria trans Tyberim, & Titulus S. Calliſti appellatur. Cœmiterium quoque ad Catacumbas,uia Appia,miliario ab Vrbe tertio ampliauit & ornauit,in quo multa Sanctorum martyrum corpora recondidit, quod uſque hodie appellatur cœmiterium Calliſti. Fecit quoque ordinationes quinque menſe Decemb.quibus Epiſcopos per diuerſa loca octo,in Vrbe uero Roma presbyteros, XVI. & Diaconos IIII. ordinauit. Obijt Romæ Chriſti martyr ſub IMP. ALEXANDRO pridie Idus octobris. Anno CCXXIIII. IMP. CAES. M. AVRELIO ANTONINO AELIOGABALO COSS. ET M. AVRELIO ALEXANDRO SEVERO NOBILISSIMO CAESARE COSS. Cadauer eius ſepultum eſt uia Aurelia ſecundo ab Vrbe lapide in Cœmiterio, quod Callipodius presbyter Romanus conſtrui fecerat,ipſique beatus Pontifex dedicauerat,uocaturque Cœmiterium Callipodij. Vacauit Romana Sedes dies ſex eo mortuo.

VRBANVS I. NVMERO XIIX. ANNO CHRISTI CCXXIV.

VRBANVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Pontiano, IMP. CAES. ALEXANDRO AVG. ſedit annos ſeptem, menſes ſeptem & dies quinque, Creatus Romæ die XII. Cal.Nouembris MAXIMO ITERVM ET AELIANO PAPIRIO COSS. Hic omnia Eccleſiæ miniſteria ex uitreis argentea fecit,& inter cætera XXV. pateras. Hic prædicationibus ſuis multos ad baptiſmum conuertit, inter quos fuit Valerianus nobiliſsimus uir, ſponſus S. Ceciliæ, & fratrem eius Tiburtium,quos etiam ad martyrij palmam adhortatus eſt, & per eius monita plerique alij martyrio coronati ſunt. Huius Pontificis tempore Eccleſia Romana cœpit tunc primum pecunias,prædia & alia bona poſsidere ex fidelium oblationibus. Demum hic beatus Pontifex quum ordinationes quinque menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero octo,in Vrbe uerò Roma presbyteros nouem & Diaconos quinque creauit,capite cæſus,ſub ALEXANDRO PRINCIPE martyriũ conſummauit,die VIII. Calend.Maij,anno Domini CCXXXII. M. AVRELIO, CLAVDIO POMPEIANO ET PELIGNIANO COSS. Cadauer eius in Cœmiterio Prætextati ſepultum eſt ſito uia Appia, haud longè à Cœmiterio Calliſti. Vacauit ſedes menſem unum.

PONTIANVS I. NVMERO XIX. ANNO CHRISTI CCXXXII.

PONTIANVS natione Italus,patria Romanus, ex patre Calpurnio, IMPP. CAESS.

M. AVRE-

M. AVRELIO ALEXANDRO SEVERO ET C. IVLIO MAXIMINO AVGG. Sedit in Cathedra Petri annos IIII. menſes IIII. dies XXVII. creatus VII. Calend. Iulii. POMPEIANO ET FELICIANO COSS. Hic in exilium actus eſt cum Hyppolito presbytero Romano, à MAXIMINI IMP. PRAEFECTO in quo etiam defunctus eſt XIII. Calend. Decembris, anno Domini CCXXXVI. L. Cæcilio Seuero & L. Ragonio Quintiano Coss. quum ordinationes duas menſe Decembri feciſſet, quibus per diuerſa loca Epiſcopos ſex, in Vrbe uerò Roma presbyteros, & Diaconos quinque creauit. Cadauer eius à Fabiano presbytero Romano relatum, & in Cœmiterio Calliſti ſepultum eſt. Vacauit tunc Romana Sedes diem unum.

ANTHERVS I. NVMERO XX. ANNO CHRISTI CCXXXVI.

ANTHERVS natione Græcus, patria . . . . . . ex patre Romulo, ſedit menſem unum & dies quatuordecim in ſacratiſsima Sede Beati Petri Apoſtoli, ſub IMP. CAES. C. IVLIO MAXIMINO AVG. creatus in Sardinia die XI. Calend. Decembris. L. CAECILIO SEVERO ET L. RAGONIO, VRINARIO TVSCONIO QVINTIANO COSS. Hic beatus Pontifex geſta martyrum diligenter à ſeptem Notariis exquiſiuit, eaque in Eccleſiæ Romanæ Archiuis recondidit. Ordinationem autem Vnam menſe Decembri fecit, in qua Epiſcopum unum tantum in Ciuitate Fundana creauit. Et paulò poſt Maximini Vrbis præfecti iuſſu, ſub IMP. MAXIMINO pro fide Chriſti tentus, capite cæſus eſt. III. Nonas Ianuarii. Anno CCXXXVII. IMP. CAES. C. IVLIO MAXIMINO AVG. ET C. IVLIO APHRICANO COSS. Cadauer eius in Cœmiterio, quod appellatur Calliſti, Lapide ab urbe tertio, uia Appia ſepultum eſt cum aliis multis martyribus, manu Fabiani presbyteri, & in Pontificatu ſucceſſoris. Quo mortuo uacauit ſancta Romana Sedes dies XIII.

FABIANVS I. NVMERO XXI. ANNO CHRISTI CCXXXVII.

FABIANVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Fabio, IMPP. CAESS. C. IVLIO MAXIMINO D. CAELIO BALBINO M. CLODIO PIPIENO M. ANTONIO GORDIANO M. IVLIO PHILIPPO. CN. MESSO, TRAIANO DECIO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos quatuordecim, & dies quatuor. Creatus XV. Calendas Februarii. IMP. CAES. C. IVLIO MAXIMINO, ET C. IVLIO APHRICANO COSS. Hic Pontifex regiones Vrbanas ſeptem Diaconibus diuiſit. ſeptem quoque Subdiaconos creauit, qui ſeptem Notariis imminerent, ut geſta martyrum in integrum collecta diligenter deſcriberent. Multas quoque fabricas per cœmiteria fieri fecit. Ordinationes item quinque menſe Decembri habuit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca undecim, in Vrbe uerò Roma presbyteros duos & uiginti, & Diaconos ſeptem creauit. Quum autem multos ad Chriſti fidem conuertiſſet, pro eiuſdem fidei confeſsione tentus ab urbis præfecto ſub IMP. DECIO AVG. capitis abciſione martyriũ conſummauit. XIII. Calend. Februarii. anno Domini CCLI. IMP. CAES. DECIO AVG. II. ET Q. HERENNIO HETRVSCO, DECIO IVNIORE NOBILISS. CAES. COSS. Cadauer eius ſepultũ eſt uia Appia in Cœmiterio Calliſti. Vacauit ſedes menſem unum, & dies XXVI. Poſt eius mortem Moyſes, & Maximus S. R. E. presbyteri Cardinales & Nicoſtratus Diaconus comprehenſi ſunt, & in Carcerem miſsi, in quo poſt aliquot menſes in Chriſto mortui ſunt.

CORNELIVS I. NVMERO XXII. ANNO CHRISTI. CCLI.

CORNELIVS natione Romanus ex patre Caſtino IMPP. CAESS. DECIO, C. VIBIO TREBONIANO GALLO, ET C. VIBIO VOLVSIANO AVGG. Sedit in Petri Cathedra annos II. menſes V. dies XXIIII. Creatus XIIII. Cal. Aprilis. DECIO AVG. ET DECIO CAES. COSS. Hic pontifex in ſchiſmate Epiſcopus Romanus ordinatus eſt cum Nouato presbytero à quibuſdam ſanctis presbyteris Nouatiani cuiuſdam presbyteri aſtu deceptis. Qui tamen cognita legittima electione Cornelii Papæ relicto Schiſmatico Pontifice, Cornelio adhæſerunt, inter quos fuit Maximus quidam ſanctiſsimus Romanæ Eccleſiæ presbyter. Cornelius autem Papa paulo poſt ordinationem ſuam Imperatoris iuſſu in exilium actus eſt Centumcellas, & à Cypriano Epiſcopo Carthaginenſi confortatus, inde Romam reductus, iuſſu præfecti Vrbis poſt multa ſuperata tormenta, capitis abciſione martyrium conſummauit, ſub IMPP. CAESS. VALERIANO ET GALIENO AVGG. die XIIX. calendas Octob. Anno Chriſti CLIII. C. VIBIO VOLVSIANO AVG. II. ET M. VALERIO MAXIMO COSS. quum ordinationes duas menſe

menſe Decembri feciſſet, quibus per diuerſa loca Epiſcopos ſeptem, in Vrbe uerò Romà presbyteros quatuor, totidemque Diaconos ordinauit. Cadauer in quadam crypta ſita in prædiolo Lucinæ prope Cœmiterium Calliſti uia Appia, ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes eo mortuo menſem unum & dies v. ſub hoc Pontifice corpora ſanctorum Petri & Pauli de Catacumbis leuata ſunt, & beati Pauli corpus in agro Lucinæ uia Oſtienſi, ubi decollatum eſt, conditum fuit. Beati uerò Petri in Vaticano, ubi crucifixus fuerat, repoſitum eſt.

SCHISMA PRIMVM IN ECCLESIA ROMANA.

NOVATVS IN SCHISMATE PAPA.

NOVATVS natione Romanus, & S. R. E. presbyter in Schiſmate contra Cornelium legitimis ſuffragijs creatum, Pontifex factus magno ſcandalo Eccleſiæ Dei fuit. Demum ab omnibus deſtitutus, qui legitimam Cornelij electionem cognouerunt, in hæreſim lapſus eſt. Fuitque auctor hæreſeos Nouatianorum. Hoc autẽ fuit primum ſchiſma in Rom. Eccleſia.

LVCIVS I. NVMERO XXIII. ANNO CHRISTI CCLIIII.

LVCIVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Porphyrio, IMPP. CAESS. VALERIANO ET EIVS FILIO GALIENO AVGG. Sedit in Petri Cathedra annum unum, menſes quatuor & dies quatuordecim, creatus XIIII. Calend. Nouembres IMPP. CAES. VOLVSIANO ITERVM, ET M. VALERIO MAXIMO COSS. Hic in exilium actus fuit, paulò poſt eius electionem, & deinceps (ſicut Deo placuit) ad Eccleſiam ſuam incolumis reuerſus eſt. Hic ordinauit ut duo presbyteri & tres Diacones in omni loco Epiſcopo ſemper adeſſent propter teſtimonium Eccleſiaſticum. Poteſtatem quoque ſuper gubernanda Eccleſia Stephano Archidiacono dedit. Dum ad mortem pergeret, quàm glorioſè ſub GALIENO ET VALERIANO IMPP. obiuit capite damnatus? die IIII. Nonas Martij. Anno Chriſti CCLV. VALERIANO AVG. II. ET GALIENO AVG. PRIMVM COSS. Cum ordinationes treis feciſſet, menſe Decemb. & Martio, quibus Epiſcopos per diuerſa loca VII. in Vrbe uerò Roma presbyteros quatuor, & Diaconos quatuor creauit. Cadauer eius in Cœmiterio Calliſti, uia Appia cum alijs martyribus honorificè conditum eſt. Et Romana ſedes eo mortuo uacauit menſe uno, & diebus quinque.

STEPHANVS I. NVMERO XXIIII. ANNO CHRISTI CCLV.

STEPHANVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Iulio, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, IMPP. CAESS. VALERIANO ET GALIENO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos treis, menſes treis & dies XXIIII. creatus IIII. Idus Aprilis, VALERIANO II. ET GALIENO AVG. COSS. Hic ordinauit, ut ſacerdotes & Diacones ſacratis ueſtibus non niſi in Eccleſia uterentur. multos quoque Gentilium ad Chriſti fidem ſuis prædicationibus traduxit. Fecit autem ordinationes duas menſe Decembri, Epiſcoporum per diuerſa loca Trium, in Vrbe uerò Roma presbyterorum ſex, & Diaconorũ quinque. Qui pro confeſsione Catholicæ Veritatis ab urbis præfecto tentus, ac capite plexus eſt, die IIII. Nonas Auguſti, Anno Dominicæ natiuitatis CCLVIII. IMPP. CAESS. VALERIANO IIII. ET GALIENO AVGG. III. COSS. Cadauer eius in Cœmiterio Calliſti uia Appia ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo ſancta Romana ſedes dies duos & uiginti.

XYSTVS II. NVMERO XXV. ANNO CHRISTI CCLVIII.

XYSTVS natione Græcus, patria Athenienſis ex patre Philoſopho IMPP. CAESS. VALERIANO ET GALIENO AVGG. Sedit in Petri cathedra annum unum, menſes XI. & dies XIII. creatus XI. Cal. Septembris iſdem AVGG. IIII. ET III. COSS. quo Tempore ſæuiſsima perſequutio Gentilium in piorum ſanguinem graſſabatur. In qua captus beatus Papa Xyſtus ad præfectum Vrbis adductus eſt, à quo quum ad ſacrificandum Idolis cogeretur & abnueret, capitis truncatione martyrij palmam adeptus eſt. Ordinationibus duabus menſe Decembri in Vrbe Roma factis, quibus Epiſcopos per diuerſa loca duos, in Vrbe uerò Roma presbyteros IIII. & Diaconos VII. creauit. Occiſus eſt autem beatiſsimus Papa Xyſtus II. cum ſex Diaconibus S.R.E. uidelicet Feliciſsimo, Agapito, Iannario, Vincentio & Stephano

Digitized by Google

& Stephano die VIII. Idus Auguſti, anno Domini CCLX. FVLVIO AEMILIANO, ET POMPONIO BASSO II. COSS. SVB VALERIANO, ET GALIENO IMPP. Cadauer Papæ Xyſti ſepultum eſt in Cœmiterio Calliſti uia Appia. Sex uerò Diaconorum corpora in Cœmiterio Prætextati condita ſunt, & ceſſauit Epiſcopatus dies quindecim. Die autem tertio paſsionis beati Xyſti occiſus eſt beatus Laurentius S. R. E. Archidiaconus, cum Seuero presbytero, Claudio Subdiacono, Creſcentio lectore, & Romano hoſtiario, IIII. Id. Auguſti, quorum corpora ſepulta ſunt in Crypta uia Tyburtina iuxta Cœmiterium Cyriaci in Agro Verranio cum alijs nonnullis martyribus, ubi hodie S. Laurentij nomine nobilis Eccleſia fabricata conſpicitur.

DIONISIVS I. NVM. XXVI. ANNO CHRISTI CCLX.

DIONISIVS Monachus ſeu potius Anachoreta, IMPP. CAESS. VALERIANO, ET GALIENO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos nouem, menſes quatuor, dies quinque. Creatus XI. Cal. Septembris. FVLVIO AEMILIANO, ET POMPONIO BASSO ITERVM COSS. Hic Papa presbyteris Romanæ Eccleſiæ parœcias ſeu Diœceſes à ſe conſtitutas, & Cœmiteria diuiſit, ut unuſquiſque certis limitibus eorum portiones cognoſceret. Fecit quoque ordinationes duas menſe Decembri, Epiſcoporum per diuerſa loca ſeptem, in Vrbe uerò Roma presbyterorum XII. & Diaconorum ſex. Et capite pro fide truncatus migrauit ad Cœlos ſub IMP. CLAVDIO AVG. Anno CCLXIX. die VII. Calend. Ianuarij IMP. CAES. M. CLAVDIO AVG. ET OVINIO PATERNO VTRISQVE ITERVM COSS. Cadauer in Cœmiterio Calliſti uia Appia ſepultũ eſt. Et uacauit Romana ſedes dies quinque.

FELIX I. NVMERO XXVII. ANNO CHRISTI CCLXX.

FELIX natione Italus, patria Romanus, ex patre Conſtantio, IMPP. CAESS. M. FLAVIO CLAVDIO, M. AVRELIO QVINTILLO, ET L. DOMITIO AVRELIANO AVGG. In Petri ſede uixit annos quatuor, menſes quatuor, & dies triginta. Creatus die Calendarum Ianuarij, FLAVIO ANTIOCHIANO, ET IVNIO ORPHITO COSS. Hic inſtituit, ut circa martyrum ſepulchra Miſſæ à Sacerdotibus celebrarentur, ordinationesque duas menſe Decembri fecit, quibus per diuerſa loca Epiſcopos numero quinque, in Vrbe uerò Roma Diaconos V. & presbyteros nouem inſtituit. Quum autem multos gentiles ad CHRISTI fidem prædicationibus ſuis traduxiſſet, ab infidelibus tentus eſt, ac Idolis immolare coactus, quod facere conſtantiſsime recuſans, capitali ſententia punitus obdormiuit in Domino die III. Calendas Iunij, Anno Dominicæ natiuitatis CCLXXIIII. IMP. CAES. M. AVRELIO AVRELIANO AVG. II. ET C. IVLIO CAPITOLINO COSS. Cadauer eius in Baſilica à ſe conſtructa ſepultum eſt uia Aurelia, milliario ab Vrbe Roma ſecundo. Vacauit Sancta Romana ſedes dies quinque.

EVTICHIANVS I. NVMERO XXVIII.

ANNO CHRISTI CCLXXIIII.

EVTICHIANVS natione Italus, prouincia Thuſcia patria Lucenſis, ex patre Maximo, IMPP. CAESS. M. VALERIO AVRELIANO, M. CLAVDIO TACITO. M. AVRELIO PROBO. M. AVRELIO CARO CVM FILIIS CARINO, ET NVMERIANO. Sedit in Petri cathedra annos nouem, creatus Nonis Iunij, IMP. CAES. AVRELIANO AVG. II. ET C. IVLIO CAPITOLINO COSS. Hic conſtituit, ut tantum uuæ, & fabarum fruges ſuper Altare in Eccleſia benedicerentur. Hic manu ſua per diuerſa tempora trecentos, & XLII. martyres ſepeliuit, ordinauit quoque ut martyres defuncti ſine Dalmatica, Colobio, aut alia ueſte purpurea ſepelirentur. Ordinationibus autem quinque menſe Decembri factis, quibus Epiſcopos per diuerſa loca nouem, in Vrbe uerò Roma præsbyteros quatuordecim, & Diaconos quinque ordinauit, capitali ſententia pro CHRISTI fide necatus migrauit ad Cœlum. Idibus Decembris, anno Domini CCXXCIII. IMP. CAES. M. AVRELIO CARO AVGG. II. ET CARINO EIVS FILIO NOBILISS. CAES. COSS. Cadauer eius in Cœmiterio Calliſti uia Appia ſepultum eſt. Et uacauit ſedes dies treis.

CAIVS

Digitized by Google

CAIVS I. NVMERO XXIX. ANNO CHRISTI. CCXXCIII.

CAIVS natione Dalmata, patria Salonenſis, ex patre Caio, IMP. DIOCLETIANO conſanguinitate coniunctus, IMPP. CARO, CARINO, NVMERIANO, DIOCLETIANO, ET MAXIMINIANO AVGG. Sedit in Petri Cathedra annos duodecim, mẽſes IIII. dies VI. creatus XVI. Calendas Ianuarij. IMP. CAES. CARO AVG. II. ET CARINO EIVS FILIO CAES. COSS. Hic de ad Sacerdotium promouendis leges tulit, ut ſi quis Epiſcopus uel presbyter fieri mereretur, per gradus Eccleſiaſticos ſic aſcenderet, ut primò eſſet Oſtiarius, Lector, Exorciſta, & Acolytus, mox Subdiaconus, deinde Diaconus, poſt presbyter, & demum Epiſcopus. Diaconis quoque regiones Vrbanas partitus eſt. Hic fugiens perſequutiones Diocletiani, diu in Cryptis latitauit. A' cuius miniſtris tandem comprehenſus, & CHRISTVM negare compulſus, quùm id facere conſtantiſsimè recuſauit, capite cæſus obdormiuit in Domino die X. Calendas Maij, anno domini CCXCVI. IMP. CAES. DIOCLETIANO AVG. VI. ET CONSTANTIO CAES. ITERVM COSS. ordinationibus prius quatuor menſe Decembri factis, quibus Epiſcopos per diuerſa loca quinque, in Vrbe uerò Roma presbyteros XXV. & Diaconos VIII. creauit. Cadauer in Cœmiterio Calliſti uia Appia ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies XV.

MARCELLINVS I. NVMERO XXX. ANNO CHRISTI CCXCVI.

MARCELLINVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Proiecto, IMPP. CAESS. DIOCLETIANO ET MAXIMINIANO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos VII. menſes undecim & dies XIX. creatus VIII. Id. Maij. IMP. CAES. DIOCLETIANO AVG. VI. ET CONSTANTIO CAES. ITERVM COSS. Quo tempore adeò Gentilium in Chriſtianos rabies graſſabatur, ut infra unius menſis interuallum, decem & ſeptem millia hominũ utriusque ſexus per diuerſas Prouincias pro Chriſti confeſsione martyrio conſumpta tradantur. In qua perſequutione captus eſt & ipſe Pontifex Marcellinus, atque ad ſacrificandum Dæmonijs ductus, metu mortis duo grana incenſi Thuribulo impoſuit. Et poſt paucos dies pœnitentia ductus in Synodo Sueſſæ in Campania congregata Epiſcoporũ. CLXXX. publicè pœnituit, cilicio ueſtitus, & impoſito cinere ſuper caput. Quùm autem iterum ductus eſſet ad dæmonum ſacrificia, cogereturque ad immolandum, & conſtantiſsimè recuſaret, illius quod prius fecerat delicti in thurificando ualde pœnitere, ſtatim principis iuſſu cum Claudio, Cyrino & Antonio Diaconibus capite cæſus eſt & martyr effectus, die VI. Calend. Aprilis. Anno Domini CCCIIII. IMPP. CAESS. AVGG. DIOCLETIANO IX. ET MAXIMINIANO VIII. COSS. Quùm ordinationes duas mẽſe Decẽbri feciſſet, quibus Epiſcopos per diuerſa loca V. in Vrbe uerò Roma presbyteros quatuor, & Diaconos duos creaſſet. Cadauer ſepultum à Marcello Papa ſucceſſore ſuo uia Salaria in Cœmiterio Criſcillæ, in loco qui dicitur Cubiculus clarus, in crypta, prope corpus S. Creſcentionis. Ceſſauit Epiſcopatus menſes duos.

MARCELLVS I. NVMERO XXXI. ANNO CHRISTI CCCIIII.

MARCELLVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Benedicto, de regione uiæ Latæ S. R. E. presbyter. IMPP. CAESS. CONSTANTIO, GALERIO, CONSTANTINO, LICINIO, MAXIMINO, ET MAXENTIO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos quatuor, menſes ſex, & dies uiginti unum creatus V. Calend. Iulij. IMPP. CAESS. AVGG. DIOCLETIANO ET MAXIMINIANO VIII. COSS. Hic Pontifex fecit maximum Cœmiterium uia Salaria, in agro nobilis matronæ Priſcillæ, quod ab eius nomine appellatum eſt. XXV. quoque Titulos Cardinales in Vrbe Roma inſtituit, quaſi diœceſes propter baptiſmũ & pœnitentiam multorum, qui ex Gentilibus ad Chriſtum conuertebantur, ſimulque ut martyrum ſepulturæ conſultum eſſet. Quùm autem ordinationes in Vrbe Roma plureis feciſſet, quibus per diuerſa loca Epiſcopos XXI. in eccleſia uerò Romana presbyteros XXVI. & Diaconos duos creauit, tentus eſt à Maxentio Tyranno, qui Vrbis Principatum occupabat, atque in Cacabulo (loci id genus eſt) relegatus, à quo diuino numine liberatus quùm eccleſiam conſtitueret, & à prædicatione Verbi Dei non deſiſteret, denuò Maxentij iuſſu tentus, iterum ad deſeruiendum uilibus animalibus damnatus eſt, in quo loco deficiens mortuus eſt Chriſti confeſſor factus, die XVII. Cal. Februarij. Anno Domini CCIX. poſt CONSVLA-

TVM

Digitized by Google

TVM MAXIMINIANI AVG. VII. ET DIOCLETIANI IOVII X. Cuius Cadauer collegit beata Lucina uidua ſanctiſsima, & ſepeliuit in Cœmiterio Priſcillæ uia Salaria. Vacauit uerò eo mortuo ſancta Romana ſedes dies uiginti,

EVSEBIVS I. NVM. XXXII. ANNO CHRISTI CCCIX.

EVSEBIVS natione Græcus, ex patre Medico, IMPP. CAESS. GALERIO, CONSTANTINO, ET MAXENTIO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos duos menſes ſeptem & dies uiginti ſeptem, creatus VIII. Id. Febr. poſt CONSVLATVM GALERII AVG. VII. ET DIOCLETIANI IOVII X. Hic Papa hæreticos in Vrbe Roma inuentos per manuum impoſitionem Eccleſiæ reconciliauit. Ordinationem autem unam mēſe Decembri fecit, qua Epiſcopos per diuerſa loca numero quatuordecim, in Vrbe uerò Roma presbyteros XIII. & Diaconos treis ordinauit. Occiſus pro Chriſto die VI. Nonas Octobris. Anno Domini CCCXI. ſub MAXENTIO TYRANNO migrauit ad cœlos, GALERIO MAYNIANO VIII. ET LICINIO (VTRISQVE AVGG.) I. COSS. Cadauer ſepultum in Cœmiterio Calliſti uia Appia. Et ceſſauit eo mortuo ſancta Romana ſedes dies VII,

MILTIADES I. NVM. XXXIII. ANNO CHRISTI CCCXI.

MILTIADES natione Apher, IMPP. CAESS. CONSTANTINO ET LICINIO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos treis & menſes duos, creatus VI. Id. Octobris. IMPP. CAESS. AVGG. GALERIO MAYNIANO VIII. ET LICINIO PRIMVM COSS. Hic inſtituit ut nulla ratione die Dominico aut quinta feria ullus fidelium ieiunium ageret, quòd gentiles in his diebus ſua ieiunia celebrarent. Manichæi quoque in urbe Roma ab eodem detecti ſunt. Fecit autem ordinationem unam menſe Decembri, in qua Epiſcopos per diuerſa loca numero XII. in Vrbe uerò Roma presbyteros VII. & Diaconos VI. ordinauit. Romæ ab Vrbis præfecto pro Chriſto capitali ſententia plexus, migrauit ad cœlum, die IIII. Id. Decembris. Anno Domini. CCCXIIII. C. CERONIO RVFO VOLVSIANO ET ANNIANO COSS. Cadauer ſepultum in cœmiterio Calliſti uia Appia. eo mortuo Romana ſedes ſine Epiſcopo fuit per dies decem & ſeptem.

HI SVPERIORES XXXIII. PONTIFICES ROMANI OMNES PRO CHRISTI FIDE MARTYRIO CORONATI SVNT.

SILVESTER I. NVM. XXXIV. ANNO CHRISTI CCCXIIII.

SILVESTER natione Italus, patria Romanus, ex patre Rufino, IMP. CAES. FLAVIO CONSTANTINO MAXIMO AVG. ET FILIIS EIVS CONSTANTINO ET CONSTANTIO IVNIORIBVS, AC CONSTANTE CAESS. Sedit in Petri cathedra annos unum & uiginti, & dies IIII. creatus V. Calend. Decembris. Hic perſequutiones Gentilium fugiens in monte Soractis latitauit. Deinde cognita Conſtantini Principis credulitate, diuino ei miraculo in bello ciuili confirmata, in Vrbem ueniens, eum in Chriſti fide plenè inſtructum animoſiorem ad Chriſtianæ religionis cultum perſequendum fecit. Conſtantinus enim non ſolùm Gentilium perſequutiones ſuſtulit, grauiſsimiſque edictis prohibuit Chriſtianos quicquam pati, uerùm etiam legem tulit, licere omnibus urbem Romanam colentibus liberè Chriſtum colere, eccleſiaſque in eius & ſanctorum honorem fabricare, Chriſtianoſque ad omnia publica Reip. munera obeunda admiſit, quo iure à ſuperioribus Principibus priuati erant in Chriſtum credentes. Sancti quoque Pontificis Silueſtri ſuaſu, multas tàm in Vrbe Roma quàm extrà Baſilicas Chriſto & ſanctis fabricauit, quas beatus Silueſter Papa ſolenniter dedicauit, inter quas hæ præcipuæ fuerunt. Baſilica Lateranenſis, S. Petri, S. Pauli, S. Crucis in Hieruſalem, S. Agnetis, S. Laurentij extrà muros, SS. Petri & Marcellini uia Labicana inter duas lauros, & S. Martini in montibus. easque omnes multis donis, ornamentis & redditibus locupletauit, ad ſubuentionem ſacerdotum, & presbyterorum in eiſdem in Dei ſeruitio commorantium. Huius Pontificis tempore ſancta & Vniuerſalis magna Synodus Nicœna prima CCCIIX. Epiſcoporum congregata eſt, iubente Conſtantino Aug. in qua ARRIVS hæreticus damnatus eſt. Ipſe quoque beatus Pontifex concilium in urbe Roma Epiſcoporum CCLXXVII. conuocauit, in quo ea quæ acta erant in ſancta Synodo Nicœna confirmauit,

confirmauit, inſuper cæteros ab Arrio Hæreticos damnauit, id eſt, Photium, Sabellium, Calliſtum, & eorum adhærentes. Hic conſtituit Chriſma non niſi ab Epiſcopis confici poſſe, & ut Diaconi Dalmatica ueſtiti procederent in Eccleſia multas quoque alias conſtitutiones fecit, quas nimis longum eſſet rẽmunerare, quæ omnes in Canonibus Romæ à ſe celebratis recenſentur. Ordinationes autem ſex in menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero ſexaginta quinque, & in Vrbe Roma præsbyteros XLII. & Diaconos XXVI. ordinauit. Mortuus eſt autem hic beatiſs. Pont. in pace Eccleſiæ, quam Deus poſt longas tribulationes tandem dedit, ſub CONSTANTINO IMP. die pridie Calend. Ianuarii. Anno Domini CCCXXXV. FLAVIO VALERIO CONSTANTINO, ET C. CERONIO ALBINO CONS. Cadauer eius in Cœmiterio Priſcillæ uia Salaria ſepultum eſt. Et ceſſauit Epiſcopatus dies quindecim.

MARCVS I. NVM. XXXV. ANNO CHRISTI. CCCXXXVI.

MARCVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Priſco. S. R. E. Diaconus Cardinalis, à Papa Silueſtro creatus, IMP. CONSTANTINO AVG. ET EIVS FILIIS CAES. in Petri cathedra ſedit menſes VIII. & dies XXII. Creatus XVII. Calend. Februarii FLAVIO POPILIO NEPOTIANO, ET FACVNDO COSS. Hic inſtituit, ut Epiſcopus Oſtienſis Epiſcopum Romanum electum conſecraret, & ob eam rem pallio uteretur. Fecit quoque duas Baſilicas, alteram uia Ardeatina, ubi ſepultus eſt, alteram in Regione uiæ latæ, quæ nunc S. Marci dicitur, quas Conſtantinus muneribus, & ornamentis decorauit, dotibusq; locupletauit. Ordinatione autem una menſe Septembri facta, in qua Epiſcopos XXIIX. presbyteros XXV. & Diaconos V. creauit, pridie Nonas Octobris, menſe nono Pontificatus requieuit in Domino. Cadauer ſepultum in Cœmiterio Balbinæ uia Ardeatina, propè Eccleſiam ſuam. Et uacauit Romana ſedes dies uiginti.

IVLIVS I. NVM. XXXVI. ANNO CHRISTI. CCCXXXVI.

IVLIVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Ruſtico. S. R. E. Diaconus Cardinalis à Papa Silueſtro factus. IMP. CAES. CONSTANTINO MAXIMO, ET EIVS FILIIS CONSTANTINO, ET CONSTANTIO IVNIORIBVS AC CONSTANTE AVGG. Sedit annos XIIII, menſes V. die. XVI. Creatus V. Calendas Nouembris. FLAVIO POPILIO NEPOTIANO, ET FACVNDO COSS. Hic multa paſſus eſt à Conſtantino filio magni Conſtantini, à quo, & in exilium actus eſt. Verum eo poſt menſes decem occiſo, reuerſus eſt Papa Iulius Romam ad ſedem ſuam. Fecit hic Pontifex Baſilicas duas, unam iuxta forum, aliam uia Flaminia, & Cœmiteria tria, unum uia Flaminia, aliud Aurelia, Tertium uia Portuenſi. Conſtitutum quoque fecit, ut Clericus in publico nullam cauſam ageret, niſi in Eccleſia, & ut rerum publicarum notitia per Notarios colligeretur, & ut Archiuia Eccleſiaſtica à Notariis conſcripta primicerius Notariorum cuſtodiret. Fecit autem ordinationes tres menſe Decembri, quibus in Vrbe Roma presbyteros XIIX. & Diaconos III. per diuerſa autem loca Epiſcopos nouem ordinauit. Mortuus uerò eſt die pridie Idus Aprilis. Anno CHRISTI CCCLI. poſt CONSVLATVM SERGII, ET NIGRINIANI SVB CONSTANTIO IMP. Cadauer eius uia Aurelia in Cœmiterio Callepodii Lapide ab Vrbe tertio ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies XXV.

LIBERIVS I. NVM. XXXVII. ANNO CHRISTI. CCCLI.

LIBERIVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Auguſto nobili genere ortus, IMP. CAES. CONSTANTIO AVG. FILIO MAGNI CONSTANTINI. Sedit in cathedra Petri annos XV. menſes IIII. dies decem, & octo. Creatus die VIII. Id. Maii. poſt CONSVLATVM SERGII, ET NIGRINIANI, quum eſſet S. R. E. Diaconus Cardinalis à Papa Silueſtro factus. Hic à CONSTANTIO AVG. Sede ſua pulſus, in exilium actus eſt, quòd in Athanaſii Alexandrini Epiſcopi damnationem ſubſcribere noluiſſet, pridie Id. Auguſti, anno CCCLV. ARBETIONE, ET LOLLIANO COSS. Pont. ſui anno quarto, menſe tertio, & die quarto, ac in eius locum ab Hæreticis Felix eius Archidiaconus ſuffectus eſt; qui ſedem Romanam tenuit toto biennio, quo LIBERIVS in exilio fuit. Poſt biennii autem tempus, Conſtantius Romam ueniens, precibus matronarum Romanarum pro Liberio exo-

rantium commotus, pulſo Felice, Liberium ſedi ſuę reſtituit, qui denuo ſedit annos octo, menſes decem, & dies decem. Hic Pontifex ornauit ex cruſtis marmoreis ſepulchrum S. Chriſti martyris Agnetis. Fecit quoque Baſilicam iuxta macellum Libianum, quæ de nomine ſuo Baſilica Liberii appellata eſt. Fecit autem ordinationes duas in Vrbe Roma per menſem Decembrem, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero XXIX. in Eccleſia uerò Romana presbyteros XVIII. & Diaconos V. ordinauit. Mortuus eſt autem die VIII. Calendas Octobr. Anno CCCLXVI. FLAVIO GRATIANO NOBILISS. PVERO, ET FLAVIO DAGALAIPHO COSS. ſub VALENTIANO, ET VALENTE IMPP. Cadauer eius in Cœmiterio PRISCILLAE uia Salaria ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies VII.

FELIX II. NVMERO XXXIIX. ANNO CHRISTI. CCCLV.

FELIX natione Italus, patria Romanus ex patre Anaſtaſio, ex Archidiacono S.R.E. (exacto Pontifacatu Liberio) CONSTANTII iuſſu à Clero Romano in eius locum Pontifex factus eſt. Qui ſub eodem CONSTANTIO PRINCIPE in Schiſmate ſedit annos duos, menſes treis, & dies quatuor. Creatus pulſo Liberio, pridie Id. Auguſti, ARBITIONE ET LOLIANO COSS. Hic Papa fecit Baſilicam unam uia Aurelia, & Agrum emens ſitum circa Baſilicæ locum, eidem obtulit. Ordinationem autem unam menſe Decembri fecit, qua Epiſcopos XIX. per diuerſa loca, in Vrbe uerò Roma presbyteros XXI. & Diaconos quinque creauit. Coactus abdicauit Pontificatum die XVII. Calend. Decembris. Anno Dominicæ Natiuitatis CCCLVII. IMP. CAES. FLAVIO CONSTANTIO AVG. IX. ET FLAVIO CLAVDIO IVLIANO CAES. ITERVM COSS. Obiit ſub Liberio Papa, in Eccleſia ſua ſepultus.

SCHISMA II. IN ECCLESIA ROMANA INTER LIBERIVM, ET FELICEM.

DAMASVS I. NVMERO XXXIX ANNO CHRISTI. CCCLVI.

DAMASVS natione Hiſpanus, patria......, ex patre Antonio, S. R. E. Diaconus Cardinalis ſedit IMPP. CAESS. VALENTINIANO, VALENTE, GRATIANO, VALENTINIANO IVNIORE, ET THEODOSIO AVGG. In Petri cathedra annos XVI. menſes duos, dies decem. Creatus in ſchiſmate cum Vrſicino Diacono, die VI. Nonas Octobris, GRATIANO NOBILISSIMO PVERO, ET DAGALAIPHO COSS. Verum concilio Sacerdotum coacto Damaſus in ſede Apoſtolica confirmatus eſt. Vrſicinus uerò Vrbe eiectus Neapoli Epiſcopus ordinatus eſt, quòd maior, & fortior pars cum Damaſo erat. Qui fecit Baſilicas duas, alteram S. Laurentii, quam titulum Romanum fecit, alteram ubi requieſcit uia Ardeatina. Dedicauit quoque & ornauit marmoreis Platoniis Catacumbas, ubi corpora SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli iacuerunt. Hic multas martyrum ſepulturas inuenit, & exornauit. Hic pſalmos Dauid in parteis diuiſos à Sacerdotibus in Eccleſia die noctuque cani præcepit. Ordinationes quoque quinque menſe Decembri fecit, in quibus Epiſcopos per diuerſa loca num. LXII. presbyteros XXX. & Diaconos XI creauit. Huius temporibus Sancta, & uniuerſalis Synodus Conſtantinopolitana ſecunda Conſtantinopoli Theodoſii iuſſu congregata eſt, Epiſcoporum CL. in qua Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus ob hæreſim depoſitus eſt de Epiſcopatu, Spiritum Sanctum enim creaturam eſſe dicebat. Et in eius locum Nectarius Epiſcopus ordinatus. Non longè autem poſt beatus Damaſus obdormiuit in Domino, die treis. Id. Decembris. Anno Domini. CCCXXCII. FLAVIO ANTHEMIO, ET FLAVIO ANNIO EVAGRIO COSS. Cadauer eius ſepultum eſt uia Ardeatina, in Baſilica ſua. Et uacauit Romana ſedes menſe uno.

VRSICINVS. I. NVM. XL. ANNO CHRISTI. CCCLXVI.

VRSICINVS natione Romanus, ex S. R. E. Diacono Cardinale in ſchiſmate cum Damaſo creatus eſt VII. Calendas Octobr. ab his qui Liberii partes ſequebantur, ſub IMPP. VALENTINIANO, ET VALENTE. Sedit in ſua obedientia annum unum, menſem unum, & dies uiginti treis. Verum cum plebis, & Clericorum maxima pars cum Damaſo eſſet, actum eſt per VALENTINIANVM IMP. ut Vrſicinus Vrbe cæderet, qui dictis Imp. obtemperans, XVI. Calend. Decembris. Anno CHRISTI CCCLXVII. LVPICINO, ET IOVINO COSS. Pontificatum abdicās, Vrbe deceſſit, & Eccleſiæ Neapolitana Epiſcopus conſtitus eſt.

SCHISMA

Digitized by Google

SCHISMA III. IN ECCLESIA ROMANA INTER DAMASVM, ET VRSICINVM.

SYRICIVS I. NVMERO XLI. ANNO CHRISTI. CCCXXCIII.

SYRICIVS natione Italus, patria Romanus, patre Tiburtio S. R. E. Diaconus Cardinalis, IMPP. CAESS. GRATIANO, VALENTINIANO IVNIORE, THEODOSIO ARCADIO, ET HONORIO AVGG. In Petri cathedra uixit annos XV. menſem I. & dies XI. Creatus pridie Id. Ianuarij. SATVRNINO, ET MEROBANDE II. COSS. Hic conſtituta multa aduerſus omnes hæreſes fecit, eaque per Vrbem Romanam miſit. Hic Manichæos Vrbe Roma pelli fecit, & ſuper eorum conuerſione leges tulit, quomodo recipiendis eſſent, quando reſipiſcunt. Ordinationes uerò quinque menſe Decembri fecit, quibu Epiſcopos per diuerſa loca XXXII. & in Vrbe Roma presbyteros XXXI. & Diaconos XVI. creauit. Obijt Romæ die VIII. Calen. Martij. Anno Domini CCCXCVIII. IMP. CAES. HONORIO AVG. IIII. ET EVTYCHIANO COSS. Cadauer eius ſepultum eſt in Cœmiterio Priſcillæ uia Salaria, & uacauit Romana ſedes dies uiginti.

ANASTASIVS I. NVMERO XLII.
ANNO CHRISTI CCCXCVIII.

ANASTASIVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Maximo, IMPP. CAESS. ARCADIO, ET HONORIO FRATRIBVS AVGG. Sedit in Petri cathedra annos quatuor, menſem unum, & dies XIII. Creatus Idib. Martij. HONORIO IMP. AVG. IIII. ET EVTYCHIANO COSS. Hic inſtituit, ut dum Euangelium in Eccleſia legitur, omnes fideles non ſederent, ſed recti ſtarent. Fecit Baſilicam S. Creſcentianæ in Vrbe Roma regione ſecunda, uia quæ dicitur Mamertina, conſtituitque trãſmarinum hominem non debere ad ſacros ordines ſuſcipi, niſi Chyrographum à quinque Epiſcopis ſignatum deferret. Ordinationes autem duas menſe Decembri fecit, in quibus Epiſcopos per diuerſa loca nouem, presbyteros uerò in Vrbe Roma nouem, & Diaconos quinque ordinauit. Mortuus eſt Romæ die V. Calend. Maij. Anno Domini CDII. IMPP. CAESS. ARCADIO, ET HONORIO FRATRIBVS AVGG. V. COSS. Cadauer eius ſepultum in Cœmiterio ſuo ad Vrſum pileatum, in loco, ubi nunc eſt Eccleſia S. Vibianæ in Vrbe Roma. Vacauit ſedes dies unum & uiginti.

INNOCENTIVS I. NVMERO XLIII. ANNO CHRISTI. CDII.

INNOCENTIVS natione Italus, ex patre Innocentio. S. R. E. Diaconus Cardinalis, IMPP. CAESS. ARCADIO, HONORIO, ET THEODOSIO IVNIORE AVGG. Sedit in Petri cathedra anno XV. menſes duos, dies X. Creatus XIIII. Calend. Iunij. ARCADIO, ET HONORIO AVGG. V. COSS. Hic multas Conſtitutiones edidit de Monachorum monaſterijs, hæreticis Iudeis, & Gentilibus. Sabbati quoque ieiunium celebrari mandauit. Dedicauit Baſilicam SS. Geruaſij, & Protaſij martyrum, ex deuotione, & teſtamento fabricatam cuiusdam nobilis fœminæ Veſtinæ, laborantibus presbyteris Vrſicino, & Leopardo, & Diacono Liuiano. Quem titulum Romanum inſtituit presbyteris ibidem ordinatis Vrſicino, & Leopardo. Alio quoque Leopardo, & Paulino presbyteris conceſſit Eccleſiam S. Agnetis martyris gubernandam. Ordinationes autem fecit per menſem Decembrem quatuor. Quibus Epiſcopos per diuerſa loca quatuor, & quinquaginta, in Vrbe uero Roma presbyteros XXX, & Diaconos XII. ordinauit. Obiit Romæ die V. Calend. Aug. Anno Domini CCCCXVIII. IMP. CAES. HONORIO AVG. VI. ET FLAVIO CONSTANTIO CLARISS. VNO. ITERVM COSS. Cadauer ſepultum in Cœmiterio ad Vrſum pileatum, in Regione ſecunda. Vacauit Sancta Romana ſedes dies duos & uiginti.

ZOSIMVS I. NVMERO XLIIII. ANNO CHRISTI. CCCCXVII.

ZOSIMVS natione Græcus, ex patre Abrahamo. IMPP. CAESS. HONORIO, ET

THEODOSIO IVNIORE AVGG. Sedit in Petri cathedra annos duos, menſes IIII. & dies VII. Creatus XIII. Calendas. Septembris. IMP. HONORIO AVG. XI. & FL. CONSTANTIO V. C. II. COSS. Hic inſtituit benedictionem cerei paſcalis, & ut nullus Clericus pocula in publico populis propinaret, niſi tantum in cellis Clericorum. Hic fecit ordinationem unam in Vrbe Roma per menſem Decembrem, in qua Epiſcopos octo per diuerſa loca, & in Eccleſia Romana presbyteros x. & Diaconos treis ordinauit. mortuus eſt Romæ VII. Calend. Ianuarij. Anno CHRISTI CD. XIX. ANICIO MAXIMO II. ET FL. PLINTA. COSS. Cadauer eius ſepultum eſt in Baſilica. S. Laurentii extrà muros, uia Tyburtina, iuxta cryptam, prope. S. martyris corpus. Et uacauit ſedes dies duos.

BONIFACIVS I. NVMERO XLV. ANNO CHRISTI. CD.XIX.

BONIFACIVS natione Romanus, ex patre Iucundo S.R.E. presbytero. IMPP. CAESS. HONORIO, ET THEODOSIO IVNIORE AVGG. Sedit in Petri cathedra annos treis, menſem unum, & dies uiginti octo. Creatus in Schiſmate cum Eulalio, S. R. E. Archidiacono die V. Calend. Ianuarii. FL. ANICIO MAXIMO, ET FL. PLINTA COSS. Et durauit Schiſma menſes treis, & dies XV. Eulalius enim ordinatus eſt in Baſilica Conſtantiniana, Bonifacius uerò presbyter in Baſilica Iulii, quod pulſo ob temeritatem Eulalio, & Bonifacio in ſede Apoſtolica confirmato ſublatum eſt. Hic Pontifex conſtituit, ut nulla mulier, uel etiam monacha pallam ſacratam contingeret, aut incenſum in Eccleſia adoleret. Nec ſeruum Clericum fieri. Fecit quoque oratorium in Cœmiterio ſanctæ Felicitatis iuxta eius ſepulchrum, quod etiam ornauit. Fecit autem ordinationem unam in Vrbe Roma per menſem Decembrem, qua Epiſcopos per diuerſa loca numero XXXVI. in Eccleſia uerò Romana presbyteros tresdecim, & Diaconos treis, mortuus eſt Romæ die VIII. Calen. Nouemb. Anno Domini CDXXIIII. Sepultum eſt eius Cadauer uia Salaria iuxta corpus S. Felicitatis martyris. FL. ASCLEPIODORO, ET MAYNIANO COSS. Vacauit eo mortuo Sancta Romana ſedes dies nouem.

EVLALIVS I. NVMERO XLVI. ANNO CHRISTI. CDXIX.

EVLALIVS natione Italus, patria Romanus, ex Archidiacono S. R. E. in Schiſmate cum Bonifacio Pontifex creatus eſt V. Calend. Ianuarii. ANICIO MAXIMO, ET FL. PLINTA COSS. IMPP. CAESS. HONORIO, ET THEODOSIO IVNIORE AVGG. Sedit menſes treis, & dies quindecim, Audiens enim PLACIDIA AVGVSTA VALENTINIANI IMP. MATER, ET HONORII IMP. SOROR Schiſma in Eccleſia Romana ſubortum inter Bonifacium, & Eulalium, ſtatim hoc retulit IMP. HONORIO (qui Mediolani reſidebat) eum deprecans ut Eccleſiæ Romanæ prouideret. Qui ſtatim per Vrbis præfectum egit, ut uterque electus ex Vrbe exirent, donec res ad planum cognoſceretur. Quod & factum eſt. Bonifacius enim habitauit in Cœmiterio S. Felicitatis uia Salaria, Eulalius uerò in Ciuitate Antio ad S. Hermen. Die autem proximo Paſchæ adueniente Eulalius, quòd ordinatus eſſet in Baſilica Conſtantiniana, celebrauit. Bonifacius uerò præceptum Imperatoris non transgrediens Paſcha celebrauit extrà urbem in Baſilica S. Agnetis Martyris. Hoc audito IMP. HONORIVS, indignatus eſt, Eulaliumque ex urbe eiici iuſſit, & Bonifacium Epiſcopum Romanum confirmari. Eulalius uerò Epiſcopus Neapoli conſtitutus eſt, quum in ſua obedientia uixiſſet, Papa menſes treis, & dies XV. Abdicauit autem Pontificatum III. Id. Aprilis. Mortuo verò Bonifacio omnis Clerus, & populus Romanus Eulalium ſibi in Epiſcopum popoſcerunt, qui tamen nulla ratione adduci potuit, ut in Vrbem reuerti uellet, & poſt annum mortis Bonifacii, ipſe obiit Neapoli, ibique ſepultus. Anno Domini CDXXIIII. CLAVIIS VICTORE, ET CASTINO VIRIS CLARISS. COSS.

SCHISMA IIII. IN ECCLESIA ROMANA INTER BONIFACIVM, ET EVLALIVM.

COELESTINVS I. NVMERO XLVII. ANNO CHRISTI. CDXXIII.

COELESTINVS natione Italus, patria Romanus ex patre Priſco, IMPP. CAESS. THEO-

THEODOSIO IVNIORE, PLACIDIO VALENTINIANO TERTIO AVGG. In Petri cathedra ſedit annos octo, menſes quinque, & dies treis. Creatus pridie Nonas Nouembris. FL. ASCLEPIODORO, ET RVFINO PRAETEXTATO MAYNIANO COSS. Hic conſtituit, ut pſalmi Dauid ante ſacrificium Miſſæ cantarentur à Sacerdotibus alternatim, quod non ante fiebat. Miſſę quoque Graduale ordinauit. Hic Pont. dedicauit Baſilicam Iulii. Ordinationes autem in Vrbe Roma per menſem Decembrẽ treis fecit in quibus per diuerſa loca Epiſcopos XLII. presbyteros uerò in Eccleſia Romana duos & triginta, & Diaconos XII, ordinauit. Mortuus eſt Romæ die VIII. Id. Aprilis. Anno Domini CCCCXXXII. FLAVIIS VALERIO, ET ACTIO VV. CC. COSS. Cadauer eius ſepultum eſt in Cœmiterio Priſcillæ uia Salaria. Et uacauit ſedes dies XXI. Sub hoc Pontifice celebrata fuit Sancta, & uniuerſalis Synodus tertia Epheſina CC. Epiſcoporum contra Neſtorium Patriarcham Conſtantinopolitanum Hæreticum, diuinam in CHRISTO naturam negantem.

XYSTVS III. NVMERO XLVIII. ANNO CHRISTI CDXXXII.

XYSTVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Xyſto, IMPP. CAESS. THEODOSIO IVNIORE, ET PLACIDIO VALENTINIANO AVGG. In Petri cathedra ſedit annos ſeptem, & menſes XI. Creatus V. Calend. Maii. FLAVIIS ACTIO, ET VALERIO VV. CC. COSS. Hic adulterii crimine accuſatus debitam ſatisfactionem dedit, & eius accuſatores damnati ſunt. Dedicauit quoque Baſilicam Liberii à ſe à fundamentis reſtitutam, quæ hodie S. MARIAE maioris uocabulo appellatur, ut indicant uetuſtæ literæ in aſpide ſcriptæ. XYSTVS EPISCOPVS PLEBI DEI. Huius ſuggeſtione Valentinianus Imp. omneis fere Baſilicas Vrbis Romæ exornauit. Fontem quoque Lateranenſem additis Porphyreticis columnis, & uerſibus in Peryſtilo inciſis pulchriorem reddidit. Ordinationes quoque in Vrbe Roma treis menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero duos & quinquaginta, in Vrbe uerò Roma presbyteros uiginti octo, & Diaconos XII. ordinauit. Mortuus eſt Romæ V. Calend. Aprilis. Anno Dominicæ incarnationis CDXL. IMP. CAES. PLACIDIO VALENTINIANO AVG. V. ET FL. ANATOLIO V. C. COSS. Cadauer eius uia Tyburtina ſepultum eſt in Baſilica S. Laurẽtii in crypta, iuxta corpus eiuſdem martyris. Et uacauit Sancta Romana ſedes menſem Vnum, & dies XII. Huius temporibus dedicata eſt Eccleſia S. Sabinæ, quæ eſt in monte Auentino, quam ſub Papa Cœleſtino ædificare cœpit quidam Petrus, natione Illyricus, & S. R. E. presbyter Cardinalis & ſub Xyſto III. perfecit.

LEO I. NVMERO XLIX. ANNO CHRISTI CDXL.

LEO natione Italus, patria Romanus, Thuſcia oriundus, ex patre Quintiano S. R. E. Cardinalis Diaconus. IMPP. CAESS. THEODOSIO IVNIORE, PLACIDIO VALENTINIANO, ET FL. MARTIANO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos XX. menſes undecim, & dies duos. Creatus VI. Id. Maii. IMP. CAES. FL. VALENTINIANO III. AVG. V. ET ANATOLIO V. C. COSS. Hic papa dedicauit Baſilicam S. Stephani uia Latina ædificatam à Demetria ancilla Dei in prædio ſuo, tertio ab Vrbe lapide. Vir fuit ſanctiſs. eloquio diſertus, doctrina inſignis, & morum grauitate incomparabilis. Sub hoc celebrata fuit ſancta, & uniuerſalis Synodus quarta Chalcedonenſis DCXXX. Epiſcoporum contrà Dioſcorum Alexandrinum Patriarcham, & Eutychem Abbatem Hæreticos, corpus CHRISTI fantaſticum fuiſſe dicentes. Sub hoc Roma à Vandalis capta eſt Genſerico Rege, & omnes Baſilicæ ſanctorum ſuis ornamentis ſpoliatæ, quæ iuxta ſuum poſſe reſtituit. Inſtituit etiam ſuper ſepulchra Apoſtolorum cuſtodes ex Clero Romano, qui dicuntur Cubicularii. Ordinationes uerò quatuor per menſem Decembrem in urbe Romana fecit, quibus per diuerſa loca Epiſcopos numero centum & octuaginta ſex, in Eccleſia uerò Ro. præsbyteros XXCI. & Diaconos XXXI. ordinauit. Mortuus eſt Romæ, anno Domini CDLXI. die III. Id. Aprilis. FLAVIIS DAGALAIPHO, ET SEVERINO VV. CC. COSS. Cadauer eius in Baſilica. S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes eo mortuo dies VII.

HILARIVS I. NVM. L. ANNO CHRISTI CDLXII.

HILARIVS natione Sardus, patria Calaritanus, ex patre Criſpino IMPP. CAESS.

LEONE, MAIORANO, ET SEVERO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos ſex menſe treis,dies nouem.creatus XIII.Calendas Maij. FLAVIIS DAGALAIPHO, ET SEVERINO VV. CC. COSS. Hic quatuor ſancta Vniuerſalia concilia,uidelicet Nicænum, Conſtantinopolitanum,Epheſinum, Chalcedonenſe approbauit, & omneis hæreſes contra quas collecta erant damnauit.Multa oratoria à fundamentis conſtruxit,& exornauit.Baſilicas maiores multis ornamentis auxit. Duas Bibliothecas in Patriarcho Lateranenſi inſtituit. Ordinationes quoque treis menſe Decembri fecit, in urbe Roma, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero octuaginta ſex,& in Eccleſia Romana presbyteros LVIII.Diaconosque undecim creauit.Mortuus eſt Romæ die VI.Cal.Auguſti.Anno Dominicæ Natiuitatis CDLVIII. IMP. CAES. ANTHEMIO AVG. II. COS. ſine Collega. Cadauer ſepultum ad S. Laurentium extrà muros in crypta iuxta corpus S. Papæ Xyſti. Vacauit ſedes Romana dies decem.

SIMPLICIVS I. NVM. LI. ANNO CHRISTI CDLXVII.

SIMPLICIVS natione Italus,patria Tyburtinus,ex patre Caſtino, IMPP. CAESS. SEVERO ANTHEMIO, OLYBRIO, GLYCERIO, NEPOTE, AVGVSTVLO, ET FL. ZENONE YSAVRICO AVGG. Odoacreque Italiæ Rege. Sedit annos XIIII. menſes VI.& dies XXIIII. creatus VII. Id. Auguſti, IMP. CAES. FL. ANTONIO AVG. II. SOLO COS. Hic Baſilicas S.Stephani in monte Cœlio,& S. Andreæ in Exquilijs prope S. Mariam maiorem,S.Stephani prope S.Laurentium extrà muros,S.Bibianę ad Vrſum pileatum dedicauit. Presbyteros quoque ſuper pœnitentes inſtituit, & multas Baſilicas uarijs ornamentis decorauit. Ordinationes quoque treis menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca XXII.& in urbe Roma Diaconos quinque & presbyteros XXV. ordinauit.Mortuus eſt Romę VI.Nonas Martij.Anno Dominicæ natiuit. CDXXCII. SEVERINO ET IRACVNDO VV. CC. COSS. Cadauer eius in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Eoque mortuo uacauit S. R.ſedes dies ſex.

FELIX III. NVM. LII. ANNO CHRISTI CDXXCII.

FELIX III. natione Italus, patria Romanus, ex patre Felice presbytero Cardinale Romanæ Eccleſiæ in Titulo Faſciolæ,de nobiliſsima domo Anicia (quę poſteà Fregepanum appellata eſt) S.Gregorij magni Doctoris atauus. IMPP. ZENONE YSAVRICO, ET ANASTASIO AVGG. Odoacre quoque & Theodorico Italiæ regibus. Sedit annos XI. menſes XI. dies tredecim, creatus VII. Id. Martij, SEVERINO ET IRACVNDO COSS. Hic fecit Baſilicam S.Agapiti martyris.Aliquot Epiſcopos orientales hęreticos damnauit, inter quos, Conſtantinopolitanum & Alexandrinum. Ordinationes autem duas menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero XXX. in Vrbe uerò Roma presbiteros XXIX. & Diaconos quinque creauit.Mortuus eſt Romę die XI.Cal.Martij, anno Domini CDXCIIII. TVRCIO ASTORIO ET FL. PRAESIDIO VV. CC. COSS. Sepultus in Baſilica S.Pauli. Vacauit ſedes dies quinque.

GELASIVS I. NVM. LIII. ANNO CHRISTI CDXCIV.

GELASIVS natione Apher,ex patre Valerio Epiſcopo, IMP. CAES. ANASTASIO AVG. ET THEODERICO Italiæ rege ſedit in Petri cathedra annos duos menſes octo, & dies XXVI. creatus III. Calend. Martij. TVRCIO SECVNDO ASTERIO ET FL. PRAESIDIO V.C. COSS. Hic exilio damnari fecit Manichæos inuentos, eorum codicibus ante fores Baſilicæ Conſtantinianę incenſis. Amator fuit multum pauperum, & Cleri quem ampliauit.Dedicauit eccleſiam S.Euphemiæ Virginis in Ciuitate Tyburtina.SS. Nicandri & Eleutherij uia Labicana,& S.Mariæ in fundo Criſpini eadem uia. Multos quoque hymnos & Tractatus eccleſiaſticos compoſuit. Scripſit quoque uolumen inſigne aduerſus Eutychē, & Neſtorium hæreticos. Fecit autem ordinationes duas, alteram menſe Ianuario, alteram menſe Decembri,in quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero LXII. in Vrbe uerò Roma presbyteros XXXII.& Diaconos XII. creauit. Mortuus eſt Romæ XI. Calend. Decembris. Anno Dominicæ natiuitatis CDXCVI. FL. PAVLO SINE COLLEGA V. C. CONSVLE. Cadauer in Baſilica S. Petri Apoſtoli ſepultum eſt. Et uacauit ſedes dies VII.

SYMACHVS.

Digitized by Google

SYMACHVS I. NVM. LV. ANNO CHRISTI CDXCVIII.

COELIVS SYMACHVS natione Sardus, patria . . . . ex patre Fortunato. IMP. CAES. ANASTASIO AVG. ET REGE ITALIAE THEODERICO GOTTHO. Sedit annos XV. menſes VII. & dies XXVI. creatus in Schiſmate cũ Laurentio Romano S. R. E. presbytero Cardinale, die VIII. Calend. Decembris. DECIO PAVLINO, ET IOANNE SCYTHA. VV. CC. COSS. Symachus enim in Baſilica Conſtantiniana, Laurentius uerò in Baſilica B. Mariæ ad præſepe electus eſt. Quapropter diuiſus eſt populus & Clerus, quia alĳ Symmacho, alĳ Laurentio fauebant. Tandem poſt longam altercationem in hoc conuenerunt, ut ambę partes Rauennam pergerent ad iudicium Regis Theoderici, qui hoc pronunciauit, eum in ſede Apoſtolica confirmandum eſſe, qui primò ordinatus fuiſſet, uel ubi pars maior populi & Cleri cõſenſiſſet. Quæ conditiones in Symmachi inuentæ ſunt electione, & ideò ipſe in ſede apoſtolica confirmatus eſt, Laurentius uerò Nucerinus Epiſcopus factus eſt. Symachus uero Papa Manichæos Vrbe expulit, eorum libris crematis publicè ante fores Baſilicę Lateranenſis. Hic multas Baſilicas & oratoria à fundamentis ędificauit, & multis donis ornauit. Conſtituit etiam ut omni die Dominico & martyrum natalitĳs Hymnus (Gloria in excelſis Deo) in Eccleſiam cantaretur. Captiuos multos ſingulis annis dato precio redemit. Fecit quoque ordinationes IIII. in urbe Roma per menſem Decembrem, quibus per diuerſa loca Epiſcopos CXVII. presbyteros uerò in Eccleſia Romana XCII. & Diaconos XVI. creauit. mortuus eſt Romę die XIIII. Calend. Auguſti. Anno Domini DXIII. M. AVRELIO CASSIODORO (ſine collega,) COSS. Cadauer in Baſilica Petri Apoſtoli ſepultum eſt. Et uacauit ſancta Romana ſedes dies VII.

LAVRENTIVS I. NVM. LVI. ANNO CHRISTI CDXCVIII.

LAVRENTIVS natione Romanus, ex presbytero S. R. E. in Schiſmate cum Symmacho uno & eodem die creatus eſt, ſeditque menſem unum & dies aliquot. Demum iudicio REGIS THEODERICI abdicare coactus, Epiſcopus in Ciuitate Nucerina conſtitutus eſt. Hic non longè poſt Schiſma contra Beatum Symmachum ſuſcitare coactus, Epiſcopatu deiectus, damnatus eſt, & non longè poſt mala morte uitam finiuit. ſub ANASTASIO IMP.

SCHISMA V. IN ECCLESIA ROM. INTER SYMMACHVM ET LAVRENTIVM.

NOMINA OMNIVM S. R. E. TA'M TITVLORVM CARDINALIVM, QVA'M PRESBYTERORVM IN EISDEM PRAESIDENTIVM, ANNO DOMINICAE NATIVITATIS D. SVB GELASIO I. PONT. MAX.

PRESBYTERI CARDINALES.

COELIVS Laurentius . . . Presbyter Cardinalis in Titulo S. Praxedis S. R. E. Archipresbyter.
MARCIANVS . . . . . . Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Cęcilię trãs Tyberim.
COELIVS Ianuarius . . . . Presb. Card. SS. Vitalis, Geruaſĳ & Prothalĳ in tt. Veſtinę.
GORDINAVS . . . . . . Presb Card. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachĳ.
PETRVS . . . . Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Clementis in monte Cœlio.
PAVLINVS . . . . . . Presb. Card. S. Mariæ trans Tyberim in tt. Calliſti & Iulĳ.
VALENS . . . . Presb. Card. in tt. S. Sabinæ, quæ eſt in monte Auentino.
PETRVS . . . . Presb. Card. in tt. S. Chriſti Martyris Chryſogoni trans Tyberim.
ASTERIVS . . . . . . Presb. Card. SS. Pudentis & Pudentianæ in tt. Paſtoris.

FELIX

Felix. . . . . . Presb.Card. S. Silueſtri in Exquilijs in tt. Equirij.
Proiectitivs . . . . Presb.Card. S. Laurentij martyris in tt. S. Damaſi.
Iovinvs . . . . . . Presb.Card. tt. S. Chriſti uirginis & martyris Æmlianæ.
Bonvs . . . . . . Presb.Card. in tt. S. Chriſti uirginis & marty. Creſcentianę.
Probianvs . . . . . Presb.Card. in tt. S. Euſebij in Exquilijs.
Sebastianvs . . . . Presb.Card. in tt. S. Chriſti martyris Nicomedis.
Martianvs . . . . . Presb.Card. in tt. S. Cyriaci in Thermis Diocletiani.
Andreas . . . . . . Presb.Card. in tt. S. Apoſtoli & Euangeliſtæ Matthæi.
Romanvs . . . . . Presb.Card. in tt. Tigride.
Marcellvs . . . . . Presb.Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Asellvs . . . . . Presb.Card. tt. SS. Gabinij & Suſannæ ad duas domos.
Anastasivs . . . . Presb.Card. in tt. S. Chriſti martyris & uirginis Anaſtaſiæ.
Epiphanivs . . . . Presb.Card. in tt. SS. duodecim Apoſtolorum.
Acontivs . . . . . Presb.Card. in tt. Faſciolæ.
Benedictvs . . . . . Presb.Card. in tt. S. Cai.
Dominicvs . . . . Presb.Card. in tt. SS. Aquilæ & Priſcæ, qui eſt in monte Auentino.
Stephanvs . . . . . Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Marcelli.
Epiphanivs . . . . . Presb. Card. in tt. S. Euangeliſtæ Marci.
Hilarivs . . . . . . Presb. Card. S. Laurentij martyris in tt. Lucinæ.

Archipresbyteri titvlorvm cardinalivm.

Vrbicvs . . . . . . Archipresbyter in Titulo S. Clementis in monte Cœlio.
Soranvs . . . . . . Archipresb. SS. Vitalis, Geruaſij & Prothaſij martyrum in tt. Veſtinæ.
Ivstinvs . . . . . . Archipresb. SS. Pudentis & Pudentianæ, in tt. Paſtoris.
Redemptvs . . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti martyris Chryſogoni trans Tyberim.
Ioannes . . . . . . Archipresb. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij.
Epiphanivs . . . . . Archipresb. in tt. S. Cyriaci qui eſt in Thermis Diocletiani.
Marcellvs . . . . . . Archipresb. S. Mariæ matris Domini trans Tyberim in tt. Calliſti & Iulij.
Domitivs . . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti uirginis et martyris Creſcētianę.
Abvndantivs . . . . Archipresb. in tt. S. Sabinæ, quæ eſt in monte Auentino.
Agatho . . . . . . Archipresb. in tt. SS. Gabinij & Suſannæ ad duas domos.
Sebastianvs . . . . Archipresb. S. Silueſtri in Exquilijs in tt. Equirij.
Valentinvs . . . . Archipresb. in tt. S. Euſebij in exquilijs.
Genesivs . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti martyris Nicomedis.
Dionisivs . . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti Virginis & martyris Æmilianę.
Pavlinvs . . . . Archipresb. in tt. Faſciolæ.
Agapitvs . . . . . Archipresb. in tt. SS. duodecim Apoſtolorum.
Redemptvs . . . . . . Archipresb. in tt. Tigride.
Severvs . . . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti martyris Caij.
Ivlianvs . . . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti martyris Anaſtaſiæ ſub Palatio.
Bonifacivs . . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti martyris Cęcilię trans Tyberim.
Petrvs . . . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti martyris Praxedis.
Timothevs . . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti martyris Marcelli.
Lavrentivs . . . . . Archipresb. S. Chriſti martyris Laurentij in tt. Lucinæ.
Habvndivs . . . . . Archipresb. in tt. S. Euangeliſtæ Marci.

Presbyteri minores titvlorvm XI.

Servvs dei . . . . . . Presbyter in Titulo S. Clementis, qui eſt in monte Cœlio.
Opilio . . . . . . Presb. in tt. S. Chriſti martyris Chryſogoni trans Tyberim.
Petrvs . . . . Presb. SS. Vitalis, Geruaſii & Protaſij martyrum in titulo Veſtinæ.

Adeodatvs

ADEODATVS . . . Presb. in tt. S. Silueſtri in Exquilijs, qui dicitur Equirij.
CRESCENTIVS . . . Presb. in tt. SS. duodecim Apoſtolorum.
SEPTIMIVS . . . . Presb. S. Mariæ Patris Domini, quæ appellatur trans Tyberim, in tt. Calliſti & Tulij.
EPIPHANIVS . . . Presb. in tt. Faſciolæ.
VICTORINVS . . . Presb. in tt. S. Sabinæ, quæ eſt in monte Auentino.
EVTICHIVS . . . Presb. in tt. S. Chriſti martyris Æmilianæ.
IVLIANVS . . . . Presb. in tt. S. Chriſti uirginis & martyris Anaſtaſiæ.
VINCOMALVS . . . Presb. in tt. S. Chriſti martyris Creſcentianæ.

DIACONI CARDINALES VII.

CYPRIANVS . . . . S. R. E. Archidiaconus, & in regione tertia Diaconus Cardinalis & decima.
ANASTASIVS . . . Diaconus Cardinalis in regione quarta & undecima.
TARRENSIS . . . Diaconus Card. in regione prima & octaua.
CITONATVS . . . Diaconus Card. in regione quinta & duodecima.
TERTVLLIVS . . . Diaconus Card. in regione ſexta & tertiadecima.
IOANNES . . . . Diaconus Card. in regione ſeconda & nona.
COELIVS Ioannes . . . Diaconus Card. in regione ſeptima & XIIII.

HORMISDA I. NVM. LVII. AN. CHRISTI. DXIIII.

HORMISDA natione Campanus, patria Fruſinone, ex patre Iuſto, IMPP. CAESS. ANASTASIO, ET IVSTINO AVGG. THEODERICO VERO, ET ATHALARICO REGIBVS ITALICAE In Petri Cathedra ſedit annos IX. & dies XI. creatus VI. Calend. Auguſti. M. AVRELIO CASSIODORO V. C. (Sine collega occidentale) Cos. Hic Pontifex Clerũ compoſuit, & pſalmis erudiuit. Baſilicam Albæ fecit, pacem inter Eccleſiam Romanam & Conſtantinopolitanam, compoſuit, quæ longo tempore ſub ANASTASIO IMP. Diſsidentes fuerant, propter Græcorum hæreſes. Manicheos in Vrbe frequentes Roma expulit. Sub hoc Pontifice multa dona Eccleſiæ Romanæ & beato Petro oblata ſunt ab IMP. IVSTINO AVG. ET REGIBVS GOTTHORVM THEODERICO, ET FRANCORVM CLODOVEO. Quum autem ordinationem unam menſe Decembri feciſſet, qua Epiſcopos quinquaginta quinque per diuerſa loca, & in Eccleſia Romana presbyteros XXI, & Diaconos X. creauit, Romæ mortuus eſt die VIII. Id. Auguſti. Anno Dominicæ Natiuitatis. DXXIII. ANICIO MAXIMO V. C. SINE COLLEGA COS. Cadauer in Baſilica S. Petri Apoſtoli ſepultum eſt. Vacauit ſancta Romana ſedes tantum dies ſex.

IOANNES I. NVM. LVIII. ANNO CHRISTI. DXXIII.

IOANNES natione Thuſcus, patria . . . . . patre Conſtantio, ex presbytero Cardinale S. R. E. in titulo SS. Ioannis & Pauli (qui appellatur Pammachij) à Papa Gelaſio creato, Pont. Romanus factus eſt, ſeditque IMP. CAES. IVSTINO AVG. ET THEODERICO REGE ITALIAE, in Petri cathedra annos duos, menſes IX, dies XV. Creatus Romæ Idib. Aug. ANICIO MAXIMO V. C. SINE COLLEGA COS. Hoc tempore, quùm IVSTINVS IMP. Hæreticorum, & præſertim Arrianorum eccleſias deſtruere decreuiſſet, Theodericus Rex, qui Arriana hæreſi infectus erat, miſit legatum Papa Ioannem Conſtantinopolim ad Imp. pro Hæreticorum Eccleſiis conſeruandis, minitans ſe quoque orthodoxorum Eccleſias ſubuerſurum, niſi Iuſtinus Arrianorum Templa intacta relinqueret. Papa uerò Ioannes Conſtantinopolim ueniens, maximo cum honore ſuſceptus eſt, & omnia pro quibus ierat, impetrauit. Quùm autem Conſtantinopoli in Italiam applicuiſſet, criminatus quod Conſilia Imperatori contra Regem Theodericum dediſſet in cuſtodia tentus eſt, atque Rauennam miſſus, in qua fame, & ſiti, carceriſque pedore diu cruciatus, tandem martyr CHRISTI obdormiuit in Domino, die VI. Calend. Iunii. Anno Dominicæ Natiuitatis D.XXVI. ANICIO OLYBRIO IVNIORE V. C. (ſine Collega occidentali) COS. quùm ordinationem unam menſe Decembri feciſſet, in qua Epiſcopos per diuerſa loca quindecim creauit. Cadauer eius Rauenna in Vrbem traſportatum in Baſilica

S. Petri

Digitized by Google

S. Petri honorificè conditum eſt. Vacauit eo mortuo Sancta Romana ſedes menſem unum, & dies uiginti octo,

FELIX IIII. NVM. LVIII. ANNO CHRISTI. DXXVI.

FELIX natione Samnis, patria Beneuentanus, ex patre Caſtorio, ex presbytero Cardinale S. R. E. de titulo S. Silueſtri in Exquiliis (qui appellatur Equirii) à Papa Hormiſda creatus, Pontifex Romanus factus eſt, ſeditque IMPP. CAESS. IVSTINO, ET IVSTINIANO AVGG. ET ATHALARICO GOTTHO ITALIAE REGE. Sedit in Petri cathedra annos quatuor, menſes duos, & dies decem, & octo. Creatus VIII. Calend. Auguſti. ANICIO OLYBRIO IVNIORE V. C. SINE COLLEGA OCCIDENTALI COS. Hic fecit Baſilicam S. Coſmæ, & Damiani martyrum in Vrbe Roma in uia Sacra, iuxta templum Vrbis Romæ, Baſilicam quoque S. martyris Saturnini uia Salaria, incendio conſumptam à fundamentis refecit. Ordinationes autem duas fecit, alteram menſe Februario, alteram menſe Martio, quibus Epiſcopos per diuerſa loca XXIX. in Eccleſia uerò Romana presbyteros quinquaginta quinque, & Diaconos quatuor creauit. Mortuus eſt in pace IIII. Id. octobris. Anno Dominicæ Natiuitatis DXXX. POSTHVMO LAMPADIO, FL. HORESTE VV. CC. COSS. Cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo Sancta Romana ſedes, dies treis.

BONIFACIVS II. NVM. LX. ANNO CHRISTI. DXXX.

BONIFACIVS II natione Italus, patria Romanus, ex patre Sigenube, ex presbytero Cardinale in Titulo S. CHRISTI martyris Cæciliæ Pont. Rom. factus eſt. Sedit IMP. CAES. IVSTINIANO AVG. ET ATHALARICO AMALO GOTTHORVM IN ITALIA REGE annum unum, & dies duos, creatus in Schiſmate cum Dioſcoro presbytero Cardinale S. R. E. XVII. Calend. Nouembris, POSTHVMO LAMPADIO, ET FL. HORESTE VV. CC. COSS. Dioſcorus eum in Baſilica Conſtantiniana à maiori parte Cleri, & populi ordinatus, potiores in Pontificatu Romano parteis habere uidebatur, quàm Bonifacius, qui à paucioribus Clericis, & Laicis creatus erat in Baſilica Iulii. Quumque res ad aliquod malum ſpectare uideretur, mors Dioſcori certamen diremit. Quapropter ſolus Romanum Pontificatum, & liberè adeptus Bonifacius, ſtatim Clerum qui Dioſcorum elegerat, ſibi reconciliauit. Hic congregata Synodo in Vrbe Roma ſucceſſorem ſe uiuente eligere procurauit, Vigilium Diaconum, quod et factum eſt; Verùm paulò poſt pœnitentia ductus, quòd hoc contra Canones factum eſſet, altera Synodo congregata, prioris Concilii acta reſcidit. Quùm autem ordinationem unam feciſſet menſe Decembri, Romæ mortuus eſt. Die XVI. Calen. Nouemb. Anno Dominicæ Natiuitatis DXXXI. poſt Conſulatum Lampadii, & Horeſtis VV. CC. Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſes treis, & dies quinque.

DIOSCORVS I. NVM. LXI. ANNO CHRISTI. DXXX.

DIOSCORVS natione Italus, patria Romanus, ex presbytero S. R. E. Cardinale in Schiſmate cum Bonifacio ſecundo Papa, creatus eſt in Baſilica Conſtantiniana, à maiori parte Clericorum & Laicorum, die XVII. Calend. Nouembris. IMP. IVSTINIANO AVG. ET ATHALARICO AMALO ITALIAE REGE, Poſthumo Lampadio & Fl. Horeſte VV. CC. COSS. Sedit tantum dies XXVII. Neque enim dubium eſſe debet, quòd ſi diutius uixiſſet, ipſe & non Bonifacius, Papatum obtinuiſſet, quòd plura ſuffragia haberet, uerum morte eius certamen direptum eſt, ſolusque liberè Papa remanſit Bonifacius. II.

SCHISMA VI. IN ECCLES. ROM. INTER BONIFACIVM ET DIOSCORVM.

IOANNES MERCVRIVS II. NVM. LXII. AN. CHR. DXXXII.

IOANNES II. cognomine MERCVRIVS natione Italus, patria Romanus, de regione

gione Cœlimontium,patre Proiecto,ex presbytero Cardinale in Titulo S. Clementis, Pontifex Romanus factus eſt. Sedit autem IMP. CAES. IVSTINIANO AVG. ET ATHALARICO, THEODAHATO'QVE GOTTHORVM IN ITALIA. Regib. in Petri Cathedra annos duos, menſes quatuor, & dies ſex, creatus XI. Calend. Februarij, iterum poſt Conſulatum Lampadij & Horeſtis VV. CC. Sub hoc Pontifice IVSTINIANVS IMP. multa dona direxit beato Petro cum Epiſtola fidei ſuæ, quæ poſtea regiſtrata eſt in principio Cod. Hic Pontifex fecit ordinationem unam menſe Decembri, in Vrbe Roma, qua Epiſcopos per diuerſa loca, numero uiginti unum, in Eccleſia uerò Romana presbyteros XV. & Diaconos quatuor. Mortuus eſt Romæ VI. Calend. Iunij. Anno Dominicæ Natiuitatis DXXXIIII. IMP. CAES. IVSTINIANO AVG. IIII. ET DECIO THEODORO PAVLINO COSS. Cadauer eius in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt, uacauitque ſedes Romana, dies tantum ſex.

AGAPITVS I. NVM. LXIII. ANNO. CHR. DXXXIIII.

AGAPITVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Gordiano presbytero Cardinale SS. Ioannis & Pauli tt. Pammachij, presbyter Cardinalis in Titulo SS. duodecim Apoſtolorum, IMP. CAES. IVSTINIANO AVG. ET REGE ITALIAE THEODAHATO. In Petri cathedra ſedit annum unum, menſes x. & dies xx. creatus III. nonas Iunij, IMP. IVSTINIANO AVG. IIII. ET DECIO THEODORO PAVLINO V. C. COSS. Hic Pontifex incendio conſumpſit libellum, quem Bonifacius II. contra Dioſcorũ ediderat, ſacramento, & ſubſcriptionibus presbyterorum & Diaconorum ui ab eis extortis, omneſque à periurio abſoluit. qui etiam miſſus eſt à Theodahato Rege Gotthorũ Legatus Conſtant. ad Imp. Iuſtinianum Aug. ad placandũ eum & ſatisfaciendum ſuper nece Reginę Amalaſuentę (ſiue Amalaſſunthæ) uxoris ſuæ, quam ipſe necari fecerat, quũm eſſet in tutela Imp. relicta à Patre ſuo Rege Theodorico, atque ob eam rem Imp. Iuſtinianus grauiter indignatus erat, contra eundem Theodahatum Regem. Qui Conſtãtinopolim ueniens quæſtiones multas propoſuit, in rebus fidei cum Iuſtiniano Imp. & Conſtantinopolitano Patriarcha Anthemio, quem hęreticum inuenit, duas in Chriſto naturas negantem. Qui ad ueritatem redire nolens, depoſitus eſt de Patriarchatu ab Agapito Papa, conſentiente Imp. & in exilium actus eſt. Mena presbytero Viro Venerabili in Patriarcham ſubſtituto. Quum autem omnia, pro quibus profectus fuerat, obtinuiſſet, atque Romam reuerti pararet, ſubita ægritudine correptus Conſtantinopoli mortuus eſt, XII. Calend. Iunij. Anno Dominicæ Natiuitatis DXXXV. quũm prius in Vrbe Roma unam per menſem Decembrem ordinationem feciſſet, qua Epiſcopos per diuerſa loca undecim, presbyteros uerò in eccleſia Romana . . . & Diaconos IIII. ordinauit. Cadauer eius arculæ plumbeæ impoſitum Romam relatum eſt, & in Baſilica S. Petri ſepultum. & ceſſauit eo mortuo S. Sedes Romana menſes ſex, & dies uiginti quatuor.

SILVERIVS I. NVM. LXIIII. ANNO CHRISTI. DXXXV.

SILVERIVS natione Campanus patria Fruſinone Papæ Hormiſdæ filius, S. R. E. presbyter Cardinalis, IMP. IVSTINIANO AVG. ET REGIB. GOTTHORVM THEODAHATO ET Vitige. Sedit in Petri cathedra annum unum, menſes quinque, & dies XI. creatus XVII. Calend. Iannuarij à Theodahato rege Gotthorum ſine ſuffragijs Clericorum, ut mos erat. FL. BELISARIO. V. C. SINE COLLEGA ORIENTALI COS. Qui Theodahatus pecunia corruptus, talem timorem indixit Clero, ut qui in eius electione non conſentiret, gladio feriretur. Presbyterorum autem maior pars non ſubſcripſerunt eius electioni iuxta morem antiquum. Verum eo conſecrato, partim ui, partim metu omnes ſubſcripſerunt. Non longè autem poſt mortuo Theodahato, Vitiges in eius locum factus eſt rex, contra quem ab Imp. Iuſtiniano Beliſarius miſſus eſt dux belli Gothici, quod iam uiuente Theodahato indictum erat, ob non ſeruata fœdera cum Imp. Beliſarius autem capta Sicilia omni, Neapolique de Gotthis recepta Romã ueniens eam quoque cœpit Gotthis pulſis, Anno LXI. poſtquàm ab eis capta fuerat. Tunc à Theodora Aug. Siluerius PP. rogatus eſt, ut pulſo Mena Patriarcha Conſtantinopolitano Anthemius hæreticus reſtitueretur, quem Papa Agapitus depoſuerat. Quod quũm Siluerius PP. nullo modo facere uellet, indignata Auguſta Beliſario iuſsit, ut ipſum deponeret de Papatu, Vigiliumque Archidiaconum S. R. E. ſubſtitueret.

qui ei

Digitized by Google

quí ei pollicitus fuerat Anthemium reuocare. Beliſarius autem licet hoc ægrè tulerit, tamen Theodoræ Aug. iuſsioni contraire nolens, impoſito ei proditionis crimine, & quòd Gotthis Vrbem tradere uellet, eum Epiſcopatu Romano priuauit, atque in exilium miſit, die VI. Cal. Iunij, Gotthis Vrbem Romam obſidentibus. Anno Domini. DXXXVII. iterum, poſt CONSVLATVM FL. BELISARII V. C. Quûm ordinationem unam menſe Decembri feciſſet, qua Epiſcopos per diuerſa loca XIIX. presbyteros uerò in urbe Roma XIII. & Diaconos XV. creauit. Vixit autem in exilio & priuatus, anno uno, nam ſequenti anno mortuus eſt exul, die XII. Calend. Iunij. Vacauit autem poſt eius abrogationem ſancta Romana ſedes tantum dies ſex.

VIGILIVS I. NVM. LXV. ANNO CHRISTI. DXXXVII.

VIGILIVS natione Italus, patria Romanus, ex nobiliſsimo genere ortus, Ioannis Conſularis uiri filius, ex Archidiacono Rom. Eccleſiæ, iubente THEODORA AVG. IMP. VALENTINIANI VXORE à Beliſario Patricio in locum Siluerij abrogati, Papa in Schiſmate factus eſt. die III. nonas Iunij. II. POST CONSVLATVM FL. BELISARII V. C. qui IMP. IVSTINIANO CAES. AVG. ET TOTILA GOTTORVM REGE, Sedit in Petri cathedra annos XVII. menſes ſex, & dies uiginti ſex. Quum uerò Papa factus eſſet, Theodora Aug. ſtatim eum requiſiuit, ut iuxta promiſsionem ſuam factam ante Pontificatum, Anthemium Patriarcham Conſtātinopolitanum pulſo Mena reſtitueret. Quod quum ſe facturum negaſſet, niſi prius pœnitentiæ libellum daret, ac reſipiſceret, aſſereretque ſe malè promiſiſſe, & malè promiſſa nolle exequi. Ab irata Auguſta Conſtantinopolim adduci iuſſus eſt, ubi multa & grauiſsima incommoda tulit, firmus in ſua ſententia permanens, aſſerens ſe potius millies mori uelle, quàm hominem hæreticum, ac à prædeceſſoribus ſuis damnatum reuocare. Demum animo Auguſta placato, ſuper ea quæſtione Concilium generale V. Conſtantinopolitanum conuocatum eſt, in quo CLXV. Epiſcopi interfuere, ubi denuò Anthemius Conſtantinopolitanus olim Patriarcha damnatus eſt, & omnes eius fautores excommunicati, ac tanquàm hæretici Anathemate notati. Poſt Concilium autem Vigilius Romam dimiſſus cum in Siciliam ueniſſet, grauiſsimo calculi dolore uexatus, in ciuitate Syracuſa mortuus eſt, die V. Calend. Ianuarij, Anno Dominicæ natiuitatis DLIIII. poſt CONSVLATVM FL. BASILII V. C. anno XIIII. ordinationibus duabus prius menſe Decembri factis, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero XXCI. presbyteros uerò in Vrbe Roma XLVI. & Diaconos XVI. ordinauit. Cadauer Syracuſis Romam relatum in Eccleſia S. Marcelli ſepultum eſt. Vacauit ſancta Rom. ſedes menſibus tribus & diebus quinque.

SCHISMA VII. IN ECCLESIA ROM. INTER SILVERIVM ET VIGILIVM PAPAS.

PELAGIVS I. NVM. LXVI. ANNO CHRISTI. DLV.

PELAGIVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Ioanne agnomine Vicario, ex Archidiacono S.R.E. ſub IMP. IVSTINIANO AVG. Pontifex Rom. factus eſt III. nonas Aprilis. poſt CONSVLATVM FL. BASILII ANNO XIII. Sedit uerò in Petri cathedra annos X. menſes X. & dies uiginti octo. Huic, quando electus eſt in Papam nullus religioſorum uel fidelium & bonorum Clericorum communicare uoluit, aſſerentes eum authorem fuiſſe tot perſequutionum, quas Papa Vigilius perpeſſus eſſet. Quod audiens Papa Pelagius, factis Lætanijs, & ſancto Pancratio ad S. Petrum coram omni multitudine ſuper ſancta quatuor Euangelia iurauit, quòd nihil mali contra Vigilium unquam cogitaſſet. Poſt hæc diuerſis Vaſis & ornamentis argenteis omneis ferè Vrbis Eccleſias decorauit. Incepit quoque à fundamentis Baſilicam SS. Apoſtolorum Philippi & Iacobi propè Thermas Conſtantinianas fabricare, ante cuius perfectionem, quum ordinationes duas menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos per diuerſa loca XIX. in Vrbe uerò Roma presbyteros XXVI. & Diaconos IX. creauit, mortuus eſt, die VI. nonas Martij. Anno Dominicæ natiuitatis DLXVI. poſt CONSVLATVM FL. BASILII IVNIORIS V. C. ANNO XXV. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſes tres & dies XXVI.

Digitized by Google

IOANNES III. NVM. LXVII. ANNO CHRISTI. ƉLXVI.

IOANNES III. natione Italus, patria Romanus ex patre Anaſtaſio, IMP. FL. IVSTINO IVNIORE AVG. Sedit in Petri cathedra annos x. & dies xv. Creatus die III. Calend. Iulij, poſt CONSVLATVM FL. BASILII IVNIORIS V. C. Anno xxv. Hic Papa multa Sanctorum cœmiteria reſtaurauit, oleumque pro luminarijs de Lateranen. Patriarchio ſingulis tradidit. Perfecit quoque Baſilicam SS. Apoſtolorum Philippi, & Iacobi atque dedicauit, multiſque ornamentis dotatam titulum Cardinalem eſſe conſtituit. Habitauit hic Pont. multo tempore in Cœmiterio SS. Tyburtij, & Valeriani. Demum quùm ordinationes duas menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos per diuerſa loca ſexaginta unum, presbyteros uerò in Eccl. Rom. numero XXXIX. & Diaconos XIII. creaſſet, in ſenectute bona mortuus eſt III. id. Iulij. Anno Dominicæ Natiuitatis ƉLXXVI. poſt CONSVLATVM IMP. CAES. FL. IVSTINI IVNIORIS V. C. Anno IX. Cadauer in Baſilica S. Apoſtoli Petri ſepultum eſt. Et uacauit ſedes menſes decem, dies treis.

BENEDICTVS I. NVM. LXVIII. ANNO CHRISTI. ƉLXXVII.

BENEDICTVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Bonifacio, IMPP. CAESS. TIBERIO CONSTANTINO, ET FL. MAVRITIO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos treis, menſes duos, & dies xv. Creatus XVI. Calend. Iunij, poſt CONSVLATVM IMP. IVSTINI IVNIORIS AVG. Anno x. ſub hoc Ponti. gens Longobardorum omni Italia inuaſa, Vrbem Romam obſedit. Fames quoque ſæuiſsima in tota Italia fuit, & præſertim Romæ, ubi fame periclitatum fuiſſet, niſi ex Ægipto Romam nauibus frumentum uehi feciſſet. Quo tempore ſanctiſs. hic Papa ordinatione una menſe Decembri facta, in qua per diuerſa loca Epiſcopos numero XXI. in Vrbe uerò Roma presbyteros XV. & Diaconos treis creauit. Romæ mortuus eſt, pridie Calend. Auguſti. Anno Dominicæ Natiuitatis ƉXXC. IMP. CAES. TIBERIO ANICIO CONSTANTINO AVG. SINE COLLEGA COS. Cadauer in Baſilica S. Petri Apoſtoli in Secretario ſepultum eſt. Et uacauit S. Romana ſedes menſes quatuor.

PELAGIVS II. NVM. LXIX. ANNO CHRISTI. ƉXXC.

PELAGIVS II. natione Italus, patria Romanus, ex patre Vinigildo, IMPP. CAESS. TIBERIO CONSTANTINO, ET FL. MAVRITIO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos IX. menſes duos, dies XX. Creatus pridie Calend. Decembris. IMP. CAES. TIBERIO CONSTANTINO AVG. SINE COLLEGA COS. Hic abſque Principis iuſsione ordinatus fuit, quòd Longobardi Vrbem Romam obſiderent. Quo tempore tanta fuit Tyberis inundatio, ut poſt homines natos nulla maior recordaretur, ex qua ſæuiſsima peſtis ſequuta eſt. Hic Pontifex domum ſuam fecit pauperum Xenodochium. Corpus quoque beati Petri tabulis argenteis deauratis ornauit. Cœmiterium beati Hermetis martyris conſtruxit. Corpus quoque S. Laurentij martyris additis tabulis argenteis exornauit. Mortuus eſt autem ex peſte, quæ ſæuiſsimè in Vrbem graſſabatur, die VI. Id. Februarij. Anno ƉXC. poſt CONSVLATVM IMP. CAES. TIBERII FL. MAVRITII AVG. anno VI. Cadauer in Baſilica S. Apoſtoli Petri ſepultum eſt, quùm ordinationes duas menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos XLVIII. per diuerſa loca, presbyteros XXVIII. & Diaconos VIII. creauit. Vacauit eo mortuo Romana ſedes menſes ſex, & dies XXV.

GREGORIVS I. NVM. LXX. ANNO CHRISTI. ƉXCV.

GREGORIVS natione Romanus, ex patre Gordiano Senatore, matre Siluia, nobiliſsimo, & antiquiſsimo Aniciorum genere ortus, Felicis PP. III. Rom. Ponti. pronepos, uir ab ineunte ętate, ſanctitate, doctrina, eloquentia, & morũ grauitate inſignis, qui omnibus mundi pompis relictis Monachorum monaſterium ingreſſus eſt ſub S. Patris Benedicti regula, omniaque bona ſua ſtabilia, fundos, Caſalia, uineas, olíueta monaſterijs Monachorum donauit, & demum domum propriam in Vrbe Roma Monachorum monaſterium fecit, Quùm autem eius ſanctitatis, & doctrinæ rumor ubiq; percrebeſceret, Papa Pelagius eum ex Monacho Diaconum in Eccleſia Rom. Cardinalem inſtituit, atque Conſtantinopolim legatum, ſeu (ut tunc dicebatur) Apocriſarium ad Imp. miſit pro Eccleſiæ Rom negocijs, quod munus adeò prudenter, integrè, & ſanctè adminiſtrauit, ut mortuo Papa Pelagio II. omnium Clericorum, et laicorum uotis expetitus, Rom. Ponti. creatus ſit III. Nonas Septembris poſt CONS. MAVRITII AVG. anno VI. peſte adhuc in Vrbe Roma ſæuiente. Quamobrem

obrem principio ſui Ponti. lætanias ſeptiformes inſtituit, ad placãdam diuinam maieſtatem. Sedit autem in Petri cathedra. IMPP. CAESS. MAVRITIO, ET PHOCA AVGG. annos XIII. menſes VI. & dies X. Multa in ſacra ſcriptura continuò dum uixit, ſcripſit. Homelias ſuper Ezechielẽ, ſupra Iob, Paſtorales Dialogos, Epiſtolas Decretales, et multa alia. Quapropter inter ſanctos quatuor præcipuos Eccleſię Doctores referri meruit. Anglos miſsis prędicatoribus ad CHRISTI fidem conuertit. Miſſę ſacrificium additis orationibus locupletauit, ſtationes inſtituit. Romanum Breuiarium, quo nunc Eccleſia Rom. utitur, edidit. Eccleſias Vrbis Romæ multis donis locupletauit, & exornauit. Eccleſiam S. Agathæ in Suburra dedicauit. Diem Cinerum quadrageſimæ addidit. Romanum cantum fecit, cantoribus cum eorundem primicerio in ordinem redactis, multa quoque alia conſtituit, quæ longum eſſet enumerare. Ordinationes autem Duas fecit, alteram in quadrageſima, alteram menſe Septembri, quibus Epiſcopos per diuerſa loca quadraginta duos, in Vrbe uerò Roma presbyteros XXXIX. &, Diaconos XV. creauit. Mortuus eſt autem beatiſs. Papa Gregorius die IIII. Id. Martij. Anno Dominicę Natiuitatis. DCIIII. IMP. CAES. FL. PHOCA AVG. SINE COLLEGA COS. Cadauer in Baſilica S. Apoſtoli Petri ante ſecretarium ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſes V. & dies XIX.

NOMINA PRESBYTERORVM CARDINALIVM, ET ARCHIPRESBYTERORVM TITVLORVM, AC DIACONOR. S.R.E. CARDINALIVM, VIVENTIVM ANNO DOMINICAE NATIVITATIS DC. SVB S. PAPA GREGORIO.

LAVRENTIVS . . . Presbyter Cardinalis in titulo Sancti Silueſtri in Exquilijs titulo Equirij S. R. E. Archipresbyter.
IOANNES . . . . Presb. Card. SS. Vitalis Geruaſij, & Proathaſij tt. Veſtinæ.
SPECIVS . . . . Presb. Card. in tt. S. Clementis in monte Cœlio.
DEVS DEDIT . . . Presb. Card. SS. Ioannis, & Pauli in tt. Pammachij.
ANDROMACHVS. . . Presb. Card. in tt. SS. duodecim Apoſtolorum.
CRESCENS . . . . Presb. Card. in tt. S. Laurentii qui appellatur Lucinæ.
RVSTICVS . . . . Presb. Card. in tt. SS. Gabinii, & Suſannę ad duas domos.
VILIVS . . . . . Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Marcelli.
PETRVS . . . . . Presb. Card. S. Mariæ trans Tyberim, in tt. Iulij, & Caliſti Pontificum.
STEPHANVS . . . . Presb. Card. in tt. S. Euangeliſtæ Marci.
FELIX . . . . . Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Xyſti.
PETRVS . . . . Presb. Card. Chriſti martyris Virginis Balbinæ.
IVSTVS . . . . . Presb. Card. in tt. SS. Nerei, & Achillei.
SPECIOSVS . . . . Presb. Card. S. Laurentii in tt. Damaſi Papæ.
MAVRVS . . . . Presb. Card. in tt. SS. Aquilæ, & Priſcę.
VICTOR . . . . . Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris, & uirginis Cæciliæ trans Tyberim.
IOANNES . . . . Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Chryſogoni trãs Tyberim.
AVENTIVS . . . . Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris, & uirginis Praxedis.
FELIX . . . . . Presb. Card. in tt. S. Sabinæ, quæ eſt in monte Auentino.
BONVS . . . . . Presb. Card. in tt. S. Euſebij in Exquiliis.
BASSVS . . . . . Presb. Card. SS. Pudentis, & Pudentianæ in tt. Paſtoris.
ALBINVS . . . . Presb. Card. in tt. SS. Petri, & Marcellini.
AVENTINVS. . . . Presb. Card. tt. S. Cyriaci, qui eſt in Thermis Diocletiani.
FORTVNATVS . . . Presb. Card. in tt. SS. quatuor Coronatorum.
ANDROMACHVS. . . Presb. Card. S. Petri ad Vincula in tt. Eudoxiæ.

ARCHIPRESBYTERI TITVLORVM CARDINALIVM.

STEPHANVS . . . . Archipresbyter SS. Geruaſij, & Prothaſij, & Vitalis martyrum in titulo Veſtinæ.
PLACIDVS . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti martyris, & uirginis Balbinæ.
ANDREAS . . . . Archipresb. in tt. S. Euangeliſtę Marci.

IOANNES

Digitized by Google

IOANNES . . . . . Archipresb. SS. Ioannis & Pauli, in tt. Pammachij.
AGAPITVS . . . . . Archipresb. in tt. SS. duodecim Apoſtolorum
IOANNES . . . . . Archipresb. S. Silueſtri in Exquilijs in tt. Equirii.
CANDIDVS . . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti martyris Clemẽtis in mõte Cœlio.
ROMANVS . . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti Pontificis Marcelli.
LEO . . . . Archipresb. in tt. S. Laurentii qui appellatur Damaſi Papæ.
PROBINVS . . . . . Archipresb. in tt. S. Cyriaci qui eſt in Thermis Diocletiani.
AGAPITVS . . . . . Archipresb. S. Petri ad Vincula in tt. Eudoxiæ.
GRATIOSVS. . . . . Archipresb. in tt. SS. martyrum Nerei, & Achillei.
BONIFACIVS. . . . . Archipresb. in tt. S. Chriſti martyris Xyſti Papæ.

DIACONI DESVNT NVMERO XIIII.

SABINIANVS I. NVM. LXXI. ANNO. CHRISTI. DCVI.

SABINIANVS natione Thuſcus, patria Bledeñ. ex patre Batio, IMP. PHOCA AVG. Sedit poſt S. Gregorium in Petri cathedra annum unum, menſes quinque, dies IX. Creatus die Calendarum Septembris. IMP. CAES. PHOCA SINE COLLEGA COS. Sub hoc Pontifice ingens fuit in Vrbe omnium rerum caritas. Hic Gregorii prædeceſſoris ſui actis maximè aduerſatus eſt, ipſum maximis proſequens calumniis, adeò ut aliquando non ueritus ſit referre de eius operibus cremandis, tanquàm haud ſanam doctrinam ſentientibus, quę tamen à Petro uiro doctiſs. & S. R. E. Diacono defenſa ſunt. Hic Papa Campanarum uſum inuenit, iuſsitque ut ad horas Canonicas, & Miſſarum ſacrificia pulſarentur in Eccleſia. Luminaria quoque addidit in Eccleſia S. Petri. Quùmque ab calumniis S. Gregorio inferendis non ceſſaret, ab eo bis, terue admonitus eſt per uiſionem, quod nihili faciens, ab eo in capite percuſſus mortuus eſt v. Id. Februarii. Anno Dominicæ Natiuitatis DCVI. poſt CONS. IMP. CAES PHOCAE AVG. Anno II. ordinatione una Epiſcoporum per diuerſa loca XXVI. priùs facta. Cadauer eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Et uacauit ſedes menſes. XI. dies XXVI.

BONIFACIVS III. NV. LXXII. AN. CHR. DCLVII.

BONIFACIVS III. natione Italus, patria Romanus, ex patre Ioanne, IMP. CAES. PHOCA AVG. Sedit in Petri cathedra annum unum, mẽſes duos, et dies XXVIII. Creatus Nonis Februariis, poſt CONS. IMP. PHOCAE AVG. anno tertio. Hic Pontifex ab IMP. CAES. PHOCA AVG. obtinuit, ut Eccleſia Romana Beati Petri Apoſtolorum principis ſedes, quæ iurè caput eſt omnium Eccleſiarum, ita & diceretur, & haberetur ab omnibus, quùm eum locum ſibi Eccleſia Conſtatinopolitana per uim uendicare conata eſſet, imperio temporali ſuffulta, ſub IMP. MAVRITIO AVG. Hic Pontifex in Concilio Romæ in Baſilica S. Petri congregato Epiſcoporum LXXII. Presbyterorum Cardinalium, & Archipresbyterorum XXXIII. ac reliquorum Clericorum inſtituit, ut nullus Pontifice uiuente, aut Epiſcopo Ciuitatis ſuæ, auderet de futuro Pont. eligendo loqui, uel ambitioſè quærere, niſi tertio die mortis eius, poſt quem conuocato Clero, & populo, electio inuocatione ſancti Spiritus fieret. Hic Pont. ordinatione una facta Epiſcopos per diuerſa loca numero unum & uiginti ordinauit. Mortuus eſt autem die VI. Nonas Maii. Anno Domini DCVIII. poſt. CONS IMP. CAES. FL. PHOCAE AVG. Anno quarto. Cadauer in Baſilica beati Petri Apoſtoli ſepultum eſt. Et ceſſauit Epiſcopatus Romanus menſem unum, & dies ſex.

BONIFACIVS IIII. NVM. LXXIIII. ANNO CHRISTI. DCVIII.

BONIFACIVS natione Marſus, patria Valerieñ. Ioãnis Medici filius, IMPP. CAESS. PHOCA, ET HERACLIO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos ſex, menſes octo, & dies tredecim. Creatus V. Id. Iunii. poſt CONS. IMP. CAES. PHOCAE AVG. anuno IIII. Huius temporibus fames, peſtilentia, & inundationes aquarum grauiſsimæ fuère. Hic Pont. à Phoca Aug. petiit donum Eccleſiæ CHRISTI Romanæ Templum (quod ab antiquis Pantheon uocabatur) in quo fecit Eccleſiam Dei, beatæ MARIAE, omniumque Sanctorum, multaſque reliquias in eo collocauit. Et in ea Eccleſia Phocas Imp. multa dona obtulit, beatusque Papa domum ſuam in monaſterium conuertit, illudque multis redditibus dotauit. Ordinatiònes uerò duas in Vrbe Roma menſe Decembri fecit, in quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero XXXVI. in Eccleſia uerò Romana Presbyteros. . . . , & diaconos nouem creauit. Mortuus eſt Romæ nono Cal. Martii. DCXV. poſt CONS. IMP. CAES. FLAVII HERACLII AVG.

Digitized by Google

Anno quarto. Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Et uacauit ſancta Romana ſedes menſes ſeptem, & dies uigintiquinque.

DEVS DEDIT I. NVM. LXXIIII. AN. CHR. D.CXV.

DEVS DEDIT natione Italus, patria Romanus, ex patre Petro, S. R. E. Subdiacono, eiuſdem Eccleſiæ presbyter Cardinalis SS. Ioannis & Pauli titulo Pammachii. IMP. CAES. FL. HERACLIO AVG. Sedit in Petri cathedra annos treis & dies uiginti treis. Creatus XVI. Cal. Nouembr. poſt CONSVLATVM HERACLII AVG. ANNO QVARTO. Hic Clerum impensè dilexit, & presbyteros ad publica loca reuocauit. Secundam quoque miſſam in Clero inſtituit peragendam ſingulis diebus. Cuius tempore ingens fuit Terræ motus, & poſt terræ motum, ſcabies in corporibus humanis ſæuiſſima. Hic uiritim omni Clero nummos diuidendos moriens reliquit. Ordinationibusque tribus menſe Decembri in Vrbe Roma factis, quibus Epiſcopos numero XXIX. per diuerſa loca, in Eccleſia Romana uerò presbyteros XIIII. & Diaconos ordinauit, mortuus eſt Romæ die V. Id. Nouembr. Anno Dominicæ Natiuitatis DCXVIII. poſt CONSVLATVM IMP. CAES. FLAVII HERACLII AVG. anno ſeptimo. Cadauer in Baſilica Apoſtolorum Principis digno cum honore ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes menſe uno & dies XVI.

BONIFACIVS V. NVM. LXXV. AN. CHR. DCXXII.

BONIFACIVS V. natione Campanus, patria Neapolitanus, ex patre Ioanne, IMP. CAES. FL. HERACLIO AVG. Sedit in Petri cathedra annos treis, menſes nouem, & dies decem & nouem. Creatus VIII. Calendas Ianuarii, poſt Conſulatum IMP. HERACLII. anno ſeptimo. Hic Papa fuit mitiſſimus, humilis, & miſericors. Cõſtituit, ut ad Eccl. fugientes tanquàm in Aſylo ſecuri eſſent, utque presbyteris tantum, & Diaconis liceat reliquias Sanctorum tangere, & ne Acolyti auderent Laterani baptizare. Cœmiterium quoque S. Nicomedis perfecit, & dedicauit. Pecunias uiritim Clero diſtribuit. Ordinationes uerò duas menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero XXIX, in Vrbe uerò Roma presbyteros XXVI. & Diaconos IIII. creauit. Mortuus eſt autem Romæ IIII. Id. Octobris. Anno Dominicæ Natiuitatis DCXXXII. poſt CONSVL. IMP. CAES. FL. HERACLII. Anno undecimo. Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Et uacauit ſedes Romana tantum dies tresdecim.

HONORIVS I. NVM. LXXVI. ANNO CHR. DCXXII.

HONORIVS natione Campanus, ex patre Petronio Viro Conſulari, IMP. CAES. HERACLIO AVG. Sedit in Petri cathedra annos XII. menſes XI. & dies XVII. Creatus Romæ ſeptimo Calend. Nouemb. poſt. Conſul. IMP. CAES. HERACLII. anno undecimo. Hic ſedem beati Petri Apoſtoli renouauit, & tegulis æreis de Templo Capitolino tranſportatis cooperuit, altareque S. Petri argento incruſtauit, multis aliis additis ornamentis. Multas Eccleſias, oratoria, & cœmiteria in Vrbe Roma à ſolo conſtruxit, & nonnullas præ uetuſtate collabentes reſtaurauit. In omnibus Eccleſiis multa dona obtulit, tàm aurea quàm argentèa, eaſque picturis uariis decorauit, inter quas Eccleſiam S. Agnetis à ſolo reſtituit præ uetuſtate collabentem. Hic lætaniarum, hoc eſt, Rogationum quæ Sabbatis omnibus fiebant, uſum inuenit. Baſilicam S. Cyriaci uia Oſtieñ. & SS. quatuor Coronatorum refecit. Ordinationes quoque treis menſe Decembri fecit in Vrbe Roma, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero octuaginta unum, presbyteros uerò in Eccleſia Rom. XIII. & Diaconos XI. inſtituit. Mortuus eſt Romæ IIII. Id. Octobris. Anno Dominicæ Natiuitatis DCXXV. poſt Cons. IMP. CAES. FL. HERACLII AVG. Anno uigeſimo quarto. Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Et uacauit eo mortuo S. Romana ſedes menſes nouem, & dies decem, & ſeptem.

SEVERINVS I. NVMERO LXXVII.
ANNO CHRISTI. DCXXXVI.

SEVERINVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Labieno, IMP. CAES. FL.

HERACLIO

HERACLIO AVG. Sedit in Petri cathedra annos duos, & dies quatuor. Creatus die III. Calen. Auguſti. Anno XXV. poſt CONS. IMP. CAES. FL. HERACLII AVG. Hic Pont. multa incommoda perpeſſus eſt, ab Iſaacio Patricio, & Hexarcho Italiæ. A' quo Patriarchium, & Sacrarium Lateraneñ. omnibus ornamentis, aureis, & argenteis, quæ à Chriſtinianiſs. Principibus Eccleſiæ Romanæ donata fuerant, ſpoliata ſunt, & uniuerſa conflata. Poſt hæc Seuerinus Papa Eccleſiam Beati Petri muſæo ornauit, ſuiritimque Clericis pecunias diuiſit, quos ſuper omneis Pontifices amauit, Ordinationes uerò nonnullas fecit, quibus per diuerſa loca Epiſcopos nouem conſtituit. Mortuus eſt Romæ IIII. nonas Auguſti. Anno Dominicæ Natiuitatis. DCXXXVIII. poſt CONS. IMP. HERACLII AVG. Anno. XXVII. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Et uacauit ſedes Romana menſes quatuor, & dies XXI.

IOANNES IIII. NVMERO LXXVIII.

ANNO CHRISTI. DCXXXVIII.

IOANNES IIII. natione Dalmata, patria Iadereñ. ex patre Venantio Scholaſtico, IMP. CAES. FL. HERACLIO AVG. Sedit in Petri cathedra annũ I. menſes IX. & dies XIX. Creatus Romæ in uigilia Natalis Domini, IX. Calend. Ianuarij. poſt CONS. HERACLII AVG. Anno XXVII. Hic miſit multam pecuniam per omnem Dalmatiam, & alias regiones per S. Martinum fideliſs. Abbatem pro redemptione captiuorum. Eccleſiam quoque propè fontem Lateraneñ. beatis martyribus Venantio, Anaſtaſio, Mauro, & alijs eorum ſocijs, à fundamentis extruxit, quorum Corpora ex Dalmatia, ex Iſtria adduci fecit, atque in ea recondidit, quam, & ornauit, & multis muneribus locupletauit, addita dote pro Sacerdotibus in ea ſeruientibus. Ordinationes autem Duas menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca decem, & octo in Vrbe uerò Roma presbyteros XIX. & Diaconos quinque creauit. Mortuus eſt IIII. Id. Octo. Anno Dominicæ Natiuitatis. DCXL. XXIX. poſt CONS. IMP. HERACLII AVG. Anno. Cadauer in Eccleſia beati Petri Apoſtolorum Principis honorificè conditum eſt. Et uacauit eo mortuo S. Romana ſedes menſem unum, & dies quatuordecim.

THEODORVS I. NVMERO LXXVIIII.

ANNO CHRISTI DCXL.

THEODORVS natione Græcus, patria Hieroſolymitanus, Theodori Epiſcopi filius. IMPP. CAESS. FL. HERACLIO SENIORE, FL. HERACLIO CONSTANTINO, FL. HERACLEONA, EX FL. HERACLIO CONSTANTE AVGG. Sedit in Petri cathedra annos ſex, menſes quinque, dies decem & octo. Creatus V. Calend. Decembr. poſt CONS. FL. HERACLII AVG. Anno XXIX. Sub hoc Pont. Pyrrhus Conſtantinopolitanus Patriarcha in Vrbem uenit ad Limina Apoſtolorum, & libellum fidei ſuæ Pont. Theodoro obtulit, à quo ſuſceptus eſt honorificè, & tanquam Regiæ Vrbis Epiſcopus honoratus. Hic Papa corpora SS. martyrum Primi, & Feliciani in Eccleſia S. Stephani in Cœlio monte recondidit, & dona multa ibidem obtulit, Aliquot oratoria fecit, Baſilicam S. Valentini presbyteri à ſolo uia Flaminia erexit ac dicauit, & multa donec largitus eſt. Patriarcham Conſtantinopolitanum in hęreſim lapſum, anathemate prius petitum, nec reſipiſcentem Epiſcopatu priuauit. Ordinationem autem unam menſe Decembri in Vrbe Roma fecit in qua Epiſcopos per diuerſa loca numero XLVI. presbyteros uerò XXI. & Diaconos IIII. in Eccleſia Rom. ordinauit. Mortuus eſt Romæ pridie Id. Maij. Anno Dominicæ Natiuitatis DCXLVII. poſt CONS. IMPP. CAESS. FL. HERACLII CONSTANTIS. AVGG. Anno quinto. Sepultum corpus in Baſilica S. Petri Apoſtoli. Et uacauit S. Romana ſedes menſes quatuor, & dies quatuor.

MARTINVS I. NVMERO LXXX.

ANNO CHRISTI. DCXLVII.

MARTINVS natione Thuſcus, patria Tudertinus ex patre Fabricio. IMP. CAES.

FL. HERACLIO CONSTANTE AVG. Sedit in Petri cathedra annos ſex, menſem unum, & dies XXVI. Creatus Romæ XIIII. Calend. Octobris poſt CONS. IMP. CAES. CONSTANTIS. AVG. Anno quinto. Hic Paulum, qui poſt Pyrrhum Patriarcha Conſtantinopolitanus factus fuerat, ob hæreſim anathematizauit, ac fidelium communione priuatum, ab Epiſcopatu depoſuit. Tunc IMP. Conſtans, qui Pauli Patriarchæ hereſibus inquinatus erat, hoc audiens nimis indignatus eſt. Statimque in Italiam miſit Theodorum cognomento Calliopam Italiæ Hexarchatu fungentem. Mandans ei, ut niſi Martinus Papa hæreſibus Pauli acquieſceret, atque eum à uinculo excommunicationis abſolueret, ipſum Roma pulſum in exilium mitteret in Ponti Vrbē Cerſonam. Hexarchus uerò cum his mandatis Romam ueniens beatiſs. Papam Martinum, conſtantiſsimum in depoſitione catholicæ ueritatis inuenit. Quam ob rem ipſum ex Baſilica Conſtantiniana ui abſtractum, uinctum Conſtantinopolim miſit, ubi ab Imp. in exilium actus eſt in Ponti. Vrbe Cerſona, in qua Ciuitate paulò poſt egregius Dei athleta pro cõfeſsione ueræ fidei martyr obdormiuit in Domino, pridie Id. Nouembris. Anno Dominicæ Natiuitatis DCLIII. poſt CONS. IMP. CAES. CONSTANTIS AVG. Anno undecimo. Cadauer in eadem Vrbe ſepultum eſt. Et uacauit eo mortuo S. Romana ſedes menſes octo, & dies uiginti octo.

EVGENIVS I. NVMERO. LXXXI.

ANNO CHRISTI. DCLIIII.

EVGENIVS natione Italus, patria Romanus, ex regione tertiadecima Auentina, patre Ruſiniano, IMP. CAES. FL. CONSTANTE AVG. Sedit in Petri cathedra annos duos menſes nouem, & dies XXIIII. Creatus die III. Id. Auguſti. poſt CONS. CONSTANTIS. AVG. Anno duodecimo. Fuit hic Pontifex pius, mitis, benignus, humilis, & omnibus uirtutibus ornatus, uiritim Clero grandem pecuniam diſtribuit, & pauperibus multas eleemoſinas fecit. Hic epiſtolam Synodicam fidei ſuæ miſſam à Petro Patriarcha Conſtantinopolitano (qui in locum Pauli hæretici factus fuerat) ſedi Apoſtolicæ, cum conſilio Sacerdotum reſpuit, quòd obſcuris uerborum inuolucris fidem rectam palliaret, nec palam (ut decretum fuerat) duas naturas in CHRISTO confitebatur, populusque omnis huic rei acquieuit. Ordinationes uerò duas fecit in Vrbe Roma, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero uiginti unum creauit. Mortuus eſt Romæ die IIII. Nonas Iunij. Anno Dominicæ Natiuitatis DCLVII. poſt CONS. FL. CONSTANTIS AVG. Anno XV. Cadauer eius in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Et uacauit Sancta Romana ſedes menſem unum, & dies XXVIII.

VITALIANVS I. NVMERO LXXXII.

ANNO CHRISTI. DCLVII.

VITALIANVS natione Italus, ex Volſcis, patria Signinus ex patre Anaſtaſio, IMPP. CAESS. FL. HERACLIIS CONSTANTE, ET CONSTANTINO EIVS FILIO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos quatuordecim, menſes quinque, & dies XXVIII. Creatus pridie Calend. Auguſti. poſt. CONS. IMP. CAES. FL. HERACLII CONSTANTIS. AVG. Anno XV. Hic ubi Pontifex ordinatus eſt, ſtatim miſit legatos ſuos Conſtantinopolim ad Imp. ſignificans eis ordinationem ſuam, qui renouantes priuilegia Eccleſiæ Rom. in Vrbem cum Donis reuerſi ſunt, miſsis ab Imp. ad S. Petrum. Sub hoc Pontifice Conſtans Imp. in Vrbem uenit, eamque duodecim dierum interuallo omnibus ornamentis ſuis ſpoliauit, tàm æreis quàm lapideis. Pantheo quoque tegulas æreas ſurripuit, & omnia Conſtantinopolim deuexit, adeò ut magis peſsimus hic Tyrannus damni XII. diebus Vrbi intulerit, quàm tot annorum ſpacio infinita Barbarorum millia. Sed dignus pœnas luit, nam Conſtantinopolim reuertens, dum eſt in Sicilia Syracuſis à ſuis dolo in balneo necatus eſt. Hic Pont. in Angliam miſit ad erudiendos in CHRISTI fide illos populos Theodorum Epiſcopum, & Hadrianum Abbatem, ex quibus Theodorus pœnitentiale compoſuit, quod appellatur Theodori. Hic uerò Papa quùm ordinationes quatuor in Vrbe Roma feciſſet, quibus per diuerſa loca Epiſcopos numero XCVI. in Eccleſia uerò Romana presbyteros XXII. & Diaconos XI. creauit, Romæ mortuus eſt, die VI. Calendas Februarij, anno Dominicæ Natiuitatis DCLXXII. poſt. CONS. IMP. CAES. FL. HERACLII

CLII

CLII CONSTANTINI. Anno quinto. Cadauer eius in Baſilica S. Petri Apoſtolorum Principis ſepultum eſt. Et uacauit S. Romana ſedes menſes duos, & dies XXV.

ADEODATVS I. NVMERO LXXXIII.

ANNO CHRISTI. DCLXXII.

ADEODATVS natione Italus, patria Romanus, profeſsione Monachus, ordinis S. Patris Benedicti, ex patre Iouiano. IMP. CAES. FL. HERACLIO CONSTANTINO AVG. Sedit in Petri cathedra annos quatuor, menſes duos, & dies quinque. Creatus x. Calend. Marij, poſt CONS. IMP. CONSTANTINI AVG. Anno quinto. Hic Pontifex uirium Clero pecunias diſtribuit, & pauperibus largisſimas eleemoſinas dedit, Eccleſiam S. Petri uia Portuen. reſtaurauit, pœne collabentem, atque dedicauit monaſterium S. Eraſmi in monte Cœlio, multis additis ædificijs augmentauit, & multa prædia donauit ibidem Abbate, & Monachorum congregatione locatis, ſub quo ingentia fulgura, & Terręmotus fuerunt, & maximę aquarum illuuiones quales poſt homines natos non recordabantur. Ordinationem autem unam menſes Decembri fecit, qua Epiſcopos per diuerſa loca numero XLVI. in Vrbe uerò Roma presbyteros XIIII. & Diaconos duos creauit. Mortuus eſt Romæ die VI. Calend. Iulij. Anno Dominicæ Natiuitatis. DCLXXVI. poſt CONS. IMP. CAES. FL. HERACLII, CONSTANTINI AVG. Anno nono. Cadauer. in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Et uacauit Sancta Romana ſedes eo mortuo menſes quatuor, & dies ſex.

DONVS I. NVM. LXXXIIII. AN. CHRISTI. DCLXXVI.

DONVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Mauritio, IMP. CAES FL. CONSTANTINO AVG. Sedit in Petri cathedra annos duos, menſes quinque, & dies X. creatus die IIII. nonas Nouembr poſt CONS. CONSTANTINI AVG. Anno nono. Hic Papa Atrium Baſilicæ S. Apoſtoli Petri in quadriparte ſitum, ante fores Baſilicæ candidis & magnis marmoribus ſtrauit. Et Eccleſiam S. Pauli uia Oſtien. & S. Euphemiæ uia Appia reſtaurauit. Clerum diuerſis ordinibus & honoribus ampliauit. Sub hoc Eccleſia Rauennas, (quæ ſe ab Eccleſia Rom. ſeggregauerat,) ad obedientiam ſedis Apoſtolicæ redijt, Reparato eius Eccleſiæ Epiſcopo exiſtente, ſub eo maxima quoque peſtis fuit. Ordinationem uero unam fecit in Vrbe Roma, qua Epiſcopos per diuerſa loca numero ſex, presbyteros uerò X. & Diaconos V. in Eccleſia Rom. inſtituit. Mortuus eſt Romæ die III. Id. Aprilis. Anno Dominicę natiuitatis DCLXXIX. poſt CONS. IMP. CONSTANTINI AVG. Anno XII. Cadauer eius in Baſilica S Petri Apoſtolorum Principis ſepultum eſt, & uacauit S Rom. ſedes eo mortuo menſes duos, & dies XXV. peſte in Vrbe graſſante.

AGATHO I. NV. LXXXV. AN. CHR. DCLXXIX.

AGATHO natione Siculus, patria . . . . profeſsione Monachus, ordinis S. Benedicti, ex patre Pannonio, IMP. CAES. CONSTANTINO AVG. Sedit annos ſex, & dies IIII. creatus nonis Iulij, poſt CONS. IMP. FL. Conſtantini. Anno XII. Huic obedientiam uouit Theodorus Archiepiſcopis Rauennas (qui Reparato ſucceſſerat) atque ab eo conſecrationem ſuſcepit. Hic ſuſcepit Imp. Conſtantini Aug. Epiſtolam Dono Papæ prædeceſſori ſuo directam, exhortantem eum, ut legatos ſuos Conſtantinopolim mitteret, ad Concilium pro Eccleſiarum unione fienda, indictum in Regia Vrbe Conſtantinopoli, ſuper materia hæreſum, quæ tantæ Schiſmatis inter Eccleſiam Rom. & Conſtantinopolitanam cauſæ fuerant, quod ſtatim fecit. Eò enim Abundantium Portuen. Ioannem Paternen. & Ioãnem Rheginum Epiſcopos, Theodorum, & Georgium S. R. E. presbyteros & Ioannem Diaconum Cardinales, & nonnullos alios minorum ordinum tranſmiſit. Qui Conſtant. uenientes nomine ſedis Apoſtolicæ, ſanctæ & uniuerſali Sexto ſynodo Conſtantinopolitanæ tertiæ CCC. ferè Epiſcoporum pręſederunt, in qua Paulus, Macarius, Theodorus, Pyrrhus, Sergius, Cyrius Epiſcopi hæretici, & omnes duas naturas in Chriſto negantes, damnati ſunt. Et tunc Eccleſiarum maxima unio & concordia facta fuit, Schiſmatibus & hæreſibus ſublatis. Hic Pont. quoque procurauit Priuilegium, per quod ſublata eſt illa peſsima conſuetudo, ut

pecunia

Digitized by Google

pecunia in ordinatione Epiſcopi Romani Imp. Conſtantinopolitano pro confirmatione ſolueretur. Hoc tantum relictum eſt, ut electus non ante conſecraretur, quàm Imp. aſſenſum haberet, quòd gratis dare teneatur. Sæuiſsima peſtis ſub hoc Pont. in Vrbem Romam grauiter debacchata eſt. Hic Papa nouum officium Ærarij S. R. E. inſtituit. Ordinationem uerò unam menſe Decembri fecit, qua Epiſcopos per diuerſa loca numero decem & octo, presbyteros uerò x. & Diaconos tres creauit in Vrbe Roma. Mortuus eſt autē die IIII. Id. Ianuarij Anno Dominicæ natiuitatis DCLXXXII. Cadauer in Baſilica S. Petri Apoſtoli ſepultum eſt poſt CONS. IMP. CAES. CONSTANTINI AVG. Anno XV. & uacauit Ro. ſedes menſes ſeptem & diem unum.

LEO IVNIOR NVM. LXXXVI ANNO CHRISTI. DCLXXXII.

LEO II. natione Siculus, ex patre Paulo S. R. E. presbyter Cardinalis, IMP. CAES. CONSTANTINO AVG. Sedit in Petri cathedra menſes x. & dies XVII. creatus pridie Id. Auguſt. poſt CONS. CONSTANTINI AVG. Anno XV. Vir ſanctiſsimus fuit & eruditiſs. Hic ſanctam Synodum Vniuerſalem Conſtantinopoli celebratam, ſuſcepit atque approbauit Apoſtolica auctoritate. Inſtituit quoque ut Archiepiſcopi pallium à ſede Ro. obtinerent, & pro eius obtentu nihil perſolueretur, ſed gratis concederetur. Fecit Baſilicam unam in Vrbe Roma, iuxta S. Vibianam, ubi corpora ſanctorum martyrum ſimplicij, Fauſtini, & Beatricis recondidit, & nomini beati Pauli Apoſtoli dedicauit. Ordinationem autem fecit unam, die XXVI. Iulij, qua Epiſcopos per diuerſa loca, numero XXIII. presbyteros uerò XIII. & Diaconos III. creauit. Mortuus eſt die IIII. Calend. Iulij. Anno Dominicæ Natiuitatis DCXXCIII. poſt CONS. IMP. CONSTANTINI AVG. Anno ſextodecimo. Cadauer eius in Baſilica principis Apoſtolorum beati Petri ſepultum eſt. & uacauit eo mortuo S. Rom. ſedes menſes undecim, & dies XXII.

BENEDICTVS II. NVM. LXXXVII. AN. CH.R DCLXXXIII.

BENEDICTVS Iunior natione Italus, patria Romanus, ex patre Ioanne S. R. E. presbyter Cardinalis, IMP. CAES. FL. CONSTANTINO AVG. Sedit in Petri cathedra menſes x. & dies duos. creatus XIII. Calend. Iulij poſt CONS. IMP. CONSTANTINI AVG. Anno XVI. Huius Pont. uerè ſanctiſs. fama per motus Imp. Conſtantinus Aug. priuilegium Eccleſiæ Rom. dedit, ut electus in Romanum Pont. ſtatim Pont. ordinaretur, non expectata amplius imperiali confirmatione (ut mos erat) in conſecratione Rom. Pontificis. Reſtaurauit hic beatus Papa Eccleſiam S. Petri Apoſtoli & S. Laurentij, quæ appellatur Lucinæ. item S. Valentini uia Flaminia, & Eccleſiam S. Mariæ ad martyres exornauit. Sub hoc Pont. mons Veſeuus in Campania haud procul à Neapoli Flammas eructauit. Ordinationem uerò fecit hic ſanctiſ. Pont. unam menſe Decembri, qua in urbe Roma Epiſcopos XXII. per diuerſa loca creauit. Mortuus uerò eſt die Iduum Maij. Anno Dominicæ Natiuitatis DCXXCV. poſt CON. IMP. CAES FL. CONSTANTINI AVG. ANNO XVII. Cadauer eius in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Et uacauit ſancta Rom. ſedes eo mortuo menſes duos & dies nouem.

IOANNES V. NVM. LXXXVIII. ANNO CHR. DCXXCV.

IOANNES natione Syrus, patria Antiochenus ex patre Cyriaco, IMP. CAES. IVSTINIANO IVNIORE AVG. Sedit in Petri cathedra annum unum, & dies nouem. creatus VIII. Calend. Auguſti, quum eſſet S. R. E. presbyter Cardinalis, conſecratus uerò III. Calē. Auguſti, poſt CONS. IMP. CAES. FL. HERACLII CONSTANTINI AVG. Anno XVII. Hic primus poſt multa tempora inexpectata Imp. Conſtantinopolitani auctoritate in Pont. Rom. conſecratus eſt. Interfuit ſanctæ ſextæ Synodo legatus Apoſtolicæ ſedis ſub ſanctiſs. Papa Agathone Pontifex uerò creatus, iura eccleſiæ Rom. in Epiſcoporum conſecratione, quæ Archiepiſcopi ſibi paſsim uſurpauerant, reſtituit. Et quum ordinationem unam in urbe Roma per menſem Decembrem feciſſet, in qua Epiſcopos per diuerſa loca numero tredecim creauit, longa & graui infirmitate correptus mortuus eſt Romæ IIII. nonas Auguſti. Anno Dominicæ natiuitatis DCXXCVI. D. IMP. CAES. IVSTINIANO IVNIORE AVG. SINE COLLEGA COS. Magno donatiuo uiritim diuidendo Eccleſiæ Rom. Clero relicto.

Cadaue

Cadauer in Baſilica S. Petri Apoſtoli ſepultum eſt. Et uacauit S. Romana ſedes menſes duos, & dies decem & ſex.

CANON I. NVM. LXXXIX. AN. CHR. DCLXXXVI.

MORTVO Ioanne v. ſtatim in Clero & populo Schiſma exortum eſt. Alij enim in Rom. Pontificem Petrum Archipresbyterum S. R. E. elegerunt, alij uerò Theodorum Cardinalem presbyterum Papam depoſcebant. Quumque certamen in longum protraheretur, & alter alteri cędere nollet, de conſilio antiquorum presbyterorum actum eſt, quòd uterque electus electionem ſuam abnueret, tertiusque in amborum locum pacificè ſubrogaretur, quod & factum eſt. Nam ex conſenſu totius Cleri, S.P.Q.R. Papa factus eſt CONON natione Thrax, patria Tomitanus, ex patre . . . . S. R. E. presbyter Cardinalis, qui IMP. CAES. FL. IVSTINIANO AVG. ſedit in Petri cathedra menſes XI. & dies tres, creatus XIIII. Calend. Nouembr. conſecratus uerò Calen. Nouembr. IMP. IVSTINIANO IVNIORE AVG. SINE COLLEGA COS. Hic Pont. multa priuilegia ab eodem Imp. habuit. Rectores in patrimonijs S. Petri conſtituit, & multa alia bona fecit. Demum ſacris ordinibus ſemel menſe Decembri habitis, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero XVI. creauit, in bona ſenectute quieuit in Domino, die XI. Calend. Octobr. Anno Dominicæ natiuitatis DCXXCVII. poſt CONS. IMP. CAES. IVSTINIANI IVNIORIS AVG. Anno . . . . . Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum S. Petri ſepultum eſt, & uacauit eo mortuo S. R. ſedes menſes duos & dies uiginti quinque.

SERGIVS I. NVM. XC. ANNO CHRISTI. DCXXCVII.

VIX mortem obierat beatus PP. Canon, quùm ſtatim in noua Pont. electione maximus tumultus & ſeditio ingens excitata eſt inter Clerum & populum. Alij enim Paſchalem Archipresbyterum, alij uerò Theodorum S. R. E. presbyterum Cardinalē in Pontificem eligi procurabant, quumque res ad cædes ſpectaret, ſtatim id conſilium acceptum eſt (quod in ordinatione quoque beati Papæ Cononis uſurpatum fuerat) ſtatutumque eſt à maiori & ſaniori presbyterorum Cardinalium parte, ut utriſque competitoribus Pontificatu pulſis, Tertius alius in utriusque locum ſubrogaretur, quod & factum eſt. Nam ex conſenſu Cleri, Senatus, exercitus, populique Romani pronunciatus eſt in ſummum Pont. atque Vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem uir ſanctus & Venerabilis SERGIVS natione Syrus, patria Antiochenus, ex patre Tiberio mercatore, Panormi in Sicilia ortus, S. R. E. presbyter Cardinalis in titulo SS. Gabinij & Suſannæ ad duas domos, à Conone Papa creatus. qui IMPP. CAESS. IVSTINIANO IVNIORE, LEONTIO, ET TIBERIO HABSIMARO AVGG. In ſacratiſsima ſede beati Petri Apoſtoli ſedit annos tredecim, menſes octo, & dies uiginti treis, creatus XVI. Calend. Ianuarij, iterum poſt CONS. IVSTINIANI IVNIORIS AVG. Anno . . . . . Hic quùm cogeretur ab Imp. Iuſtiniano ad ſubſcribendum cuidam libello hæreſim ſentienti, & recuſaret conſtantiſsimè, iuſſus eſt Conſtantinopolim duci, ut in exilium mitteretur. Tunc uniuerſa militia Rom. in fauorem Pont. ſurrexit, & Zachariam Protoſpatarium, (qui id facere moliebatur) interficere uoluit, quod (niſi pijſsimus Pont. prohibuiſſet) factum eſſet. Hic partem Dominicæ Crucis in locello argenteo in ſacrario S. Petri abſconſum inuenit, quam è Tenebris eductam in Patriarchio Lateranen̄. repoſuit. Multa dona argētea & aurea in omnibus eccleſijs fecit, & præſertim in Baſilica S. Petri Apoſtoli. Ordinationes autem duas per menſem Martium fecit, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero nonagintaſeptē, (inter quos treis Archipresbyteros Rauennatem, Cantuarienſem in Anglia, & Friſiorum) presbyteros uerò in Eccleſia Rom. decem & octo, & Diaconos quatuor ordinauit. Mortuus eſt autem Romæ VI. Id. Septembris, indictione quartadecima. Anno Dominicę natiuitatis. DCCI. poſt CONS. IMP. CAES. FL. TIBERII HABSIMARI AVG. Anno . . . . Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit S. Rom. ſedes menſem unū, & dies XXIII.

IOANNES VI. NVM. XCI. ANNO CHRISTI. DCCI.

IOANNES VI. natione Græcus, IMP. FL. TIBERIO HABSIMARO AVG. ſedit in Petri cathedra annos treis, menſes duos, dies tredecim. creatus Calend. Nouembr. poſt

CONS.

Digitized by Google

Conſ. Imp. Cæſ. Tiberij Habſimari. Hic populum contrà Hexarchum furentem monitis, ſuis compeſcuit. Longobardi quoque contrà Vrbem Romam ſub eo bellum agere cœperũt, & multos captiuos abduxerunt quos omneis data pecunia in libertatem uendicauit. Eccleſias S. Andreæ iuxta Baſilicam S. Petri Apoſtoli, S. Marci & S. Pauli extrà muros Vrbis uia Oſtieñ. multis ornamentis auxit, & locupletauit. Ordinationem autem unam menſe Decembri in Vrbe Roma fecit, in qua Epiſcopos per diuerſa loca numero XV. presbyteros uerò in Rom. Eccleſia nouem & Diaconos duos inſtituit. Mortuus eſt Romæ anno Dominicæ Natiuitatis DCCV. die Iduum Ianuarij. Indictione tertia poſt CONS. IMP. TIBERII HABSIMARI Anno quinto. Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacat tunc Romana ſedes menſem unum, dies XIIX.

IOANNES VII. NVM. XCII. ANNO CHRISTI. DCCVI.

IOANNES VII. natione Græcus ex patre Platone IMPP. CAESS. TIBERIO HABSIMARO ET IVSTINIANO IVNIORE AVGG. Sedit in Petri cathedra annos duos, menſes ſeptem, dies decem & ſeptem, creatus Calend. Martij. poſt CONS. IMP. CAES. TIBERII HABSIMARI AVG. Anno V. Hic oratorium B. Mariæ propè Eccleſiam S. Petri Apoſt. (cuius parietes opere muſaico (ut uulgo dicitur) depinxit, Eccleſ. quoque S. Eugeniæ uetuſtate collapſam reſtituit. Multa Cœmiteria SS. martyrũ corruentia reparauit, inter quæ fuit SS. martyrum Marci & Marcellini, multas quoq; Vrbis Eccleſias uarijs picturis decorauit. Eccleſiam S. Mariæ ſitam ſuper Viam Sacram (quæ Antiqua appellabatur) à fundamento reſtitutam Nouam appellauit. Sub hoc ARTIPERTVS Longobardorum Rex donationem Alpium Cottiarum beato Petro & Apoſtolicæ ſedi fecit, & Donationis ſchedulam aureis literis exaratam Romam miſit. Non longè poſt ordinationibus factis aliquot, quibus per diuerſa loca Epiſcopos decem & nouem, presbyteros in Vrbe Roma decem, & Diaconos duos creauit, in pace mortuus eſt die XV. Calend. Nouembr. Indictione ſexta. Anno Domini DCCVII. IMP. CAES. FL. HERACLIO IVSTINIANO IVNIORE AVG. ITERVM (SINE COLLEGA) COS. Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes Romana dies ſex, mortuo Ioanne VII.

SISINIVS I. NVM. XCIII. ANNO. CHR. DCCVII.

SISINIVS natione Syrus, patria Antiochenus, ex patre Ioanne, IMP. CAES. FL. IVSTINIANO AVG. Sedit in Petri cathedra dies tantum uiginti, creatus die X. Calend. Nouembr. & Curdiæ conſecratus IMP. CAES. FL. IVSTINIANO AVG. ITERVM (SINE COLLEGA) COS. Hic adeò podagra laborauit, ut proprijs manibus cibum capere nequiret, tamen animo, & uiribus conſtantiſsimus erat, & præcipuam curam gerens pro Vrbis Rom. incolumitate. iuſsitque calcarias calcis concoqui pro murorum reparatione. Verum dum multa & ingentia molitur, die XX. Pontificatus, id eſt, VIII. Id. Nouembr. eiuſdem anni mortuus eſt, ordinatione una facta qua Epiſcopum unum in Corſica creauit. Cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſancti Petri ſepultum eſt. Et Vacauit eo mortuo S. R. ſedes menſem unum, & dies ſexdecim.

CONSTANTINVS I. NVM. XCIIII. AN. CHRISTI. DCCVII.

CONSTANTINVS natione Syrus, ex patre Ioanne, patria Antiochenus, IMPP. CAESS. FL. IVSTINIANO, ET FL. PHILIPPICO DARDANIO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos ſeptem, menſem unum, dies uiginti, creatus & conſecratus X. Calend. Ianuarij. IMP. IVSTINIANO AVG. ITE. SINE COLLEGA COS. Sub hoc Pont. ingens fames, & poſt famem maxima ubertas in Vrbe fuit. Hic Archiepiſcopum Rauennatem conſecrauit. Euocatus autem Conſtantinopolim ab Imp. Iuſtiniano pro rebus fidei, eò profectus eſt, cum aliquot presbyteris & Epiſcopis ac Diaconis Cardinalibus. Vbi ab Imp. honeſtiſsimè ſuſceptus eſt, obuiam ei miſſo Tiberio filio ſuo primogenito, ibique in unũ cõuẽtum uentũ eſt, rectæ fidei normam ab eo accipere uoluit Imp. Confirmatis autem omnibus Rom. Eccleſiæ priuilegijs, cum bona gratia optimi Principis Romam remeauit beatus Pont. Vix Romam reuerſus eſt, quùm ſtatim literæ uenerunt Conſtantinopoli, Iuſtinianum cum filio occiſum, & Philippicum hæreticum Imperio potiri, qui Epiſtolam praui dogmatis ad beatiſs. Papam (more

(more maiorũ)de ſua fide dirigens,à S. Pontifice cum Concilio reiecta eſt,quod cõtra imagines & eorum uſum ſentiret. Duo quoque Saxonum reges ad limina Apoſtolorum ſub eo uenerunt. Eccleſia Mediolanẽ.(quæ à Rom.diu ſegregata fuerat) ſub eius Epiſcopo Benedicto,ſedi Apoſtolicæ reconciliata eſt. Philippus quoque Imp.hæreticus imperio exactus, Anaſtaſius Catholicus Imp. factus eſt. Hic autem B. Pontifex ordinationibus multis factis Epiſcopos per diuerſa loca numero LXIIII.creauit,presbyteros uerò in Vrbe Roma decem, et Diaconos duos. Mortuus eſt die III.Id. Februarij. Anno Dominicę natiuitatis DCCXIIII. Indictione XIIII. poſt CONS. IMP. CAES. FL. PHILIPPICI AVG. Anno . . . . Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſem unum, & dies XVI.

GREGORIVS II. NVM. XCV. AN. CHRISTI. DCCXIIII.

GREGORIVS II. natione Italus, patria Romanus, ex patre Marcello, S. R. E. Diaconus Cardinalis,à PP. Conſtantino creatus,uir pietate,doctrina, religione & morum honeſtate pręclarus,ſedit IMPP. CAESS. ANASTASIO BARDANIO THEODOSIO ADTRAMITENO, ET LEONE YSAVRO AVGG. in ſacratiſsima ſede beati Petri Apoſtoli annos quindecim,menſes decem,& dies uiginti unum, creatus & conſecratus XI.Calend. Aprilis, poſt CONS. FL. PHILIPPICI AVG. Anno . . . . . Hic Pont.tectum Baſilicæ S Apoſtoli Pauli(trabibus ex Calabria adductis)collabentis reſtituit, & multa ornamenta in ea fecit.idem fecit Eccleſiæ S Laurentij extrà muros urbis ſuæ. Germanos Idolatras ad Chriſti cultum per Bonifacium Epiſcopum traduxit. Monaſterium S. Pauli à fundamentis refecit, &(ut multa paucis uerbis complectar) omneis Eccleſias,oratoria,cœmiteria, Titulos, Diaconias Vrbis Romæ,uel à fundamentis reſtituit,uel in parte reparauit, ſeu uarijs ornamentis auxit & dotauit. Donationem uerò Alpium Cottiarum (quam ARTIPERTVS Longobardorum Rex fecerat, HVLDERICVSQVE ſucceſſor fregerat)huius Pont.monitis LVITPRANDVS eiuſdem gentis Rex denuo confirmauit, terraſque Eccleſiæ Rom. reddidit. Theuto Dux Bauarorum ad Apoſtolorum limina primus ex illa gente uenit. Tyberij incredibilis colluuies fuit ſub eo. Huius quoque tempore memoranda Saracenorum ſtrages ſub Carolo Marcello Francorum Duce fuit, CCC. & LX.millibus ex eis occiſis.Multa quoque cognitu digna ſub hoc Pont.fuère,quę breuitatis cauſa prætermitto,ne ab inſtituti propoſito diſcedere uidear. Epitomen enim Rom.Pontificum agere propoſuimus. Ordinationes uerò quinque,uel (ut alijs placet)nouem,menſe Martio,Iunio,Septembri, & Decembri fecit,quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero centum & quinquaginta,presbyteros uerò in Rom.Eccleſia numero XXXV & Diaconos quatuordecim ordinauit. Mortuus eſt Romæ die III.Id. Februarij. Anno Dominicæ natiuitatis DCCXXXI. Indictione XIIII. poſt CONS. IMP. CAES. FL. LEONIS YSAVRI AVG.Anno XIIII.Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt.Vacauit eo mortuo ſancta Romana ſedes menſem unum, & dies V.

GREGORIVS III. NVM. XCVI. AN. CHRISTI. DCCXXXI.

GREGORIVS III. natione Syrus,ex patre Ioanne,S R.E. presbyter Cardinalis. IMP. CAES. FL. LEONE YSAVRO AVG. ſedit in Petri cathedra annos decẽ,menſes octo, & dies decem,creatus XIIII. Calend. Aprilis, poſt CONS. IMP. LEONIS YSAVRI AVG. Anno quartodecimo, uir diuinarum literarum eruditiſs. & ſanctitate uenerabilis, morum quoque grauitate conſpicuus. Sub hoc Pont.quùm Impp.Conſtantinopolitani contrà imaginum uſum graſſarentur,Gregoriumque Papam eas tollere negantem interimi curaſſent, Italia omnis cum Vrbe Roma,atque reliqua Imperij Occidentalis pars (quæ à Barbarorum Tyrãnide ſupererat)Sicilia excepta,& extrema Lyguria Calabriaque fretum Siculum uerſus, ab Imp. Conſtantinopolitano LEONE Iconomacho hæretico ſanctarum imaginum perſequutore,eiuſdem Pont.ſuaſu deſciuere. Tumque Eccleſia Romana Orientalibus deſtituta auxilijs,ad Francorum regum ſubſidia primùm reſpicere cœpit. Synodo quoque congregata in Vrbe Roma ſanctarum, imaginum uſum approbauit,atque contrà ſentientes anathematizauit,haud dubiè Impp.Conſtatinopolitanos contrà facientes petens.Baſilicas Vrbis Romæ multis ornamentis,tàm in auro quàm in argento dotauit. Oratoria multa extruxit,monaſteria aliquot fecit, atque in eis congregationes Monachorum locauit, Tectum Baſilicarum reſtituit, Diaconiarum numerum ampliauit, Cœmiteria reſtituta muneribus dotauit.

Digitized by Google

dotauit. Vrbe Roma à Longobardis obſeſſa Francorum auxilia implorauit, magnam murorum Vrbis Romæ partem refecit. Demum bonis operibus plenus, quùm ordinationes treis menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero octuaginta, presbyteros uerò in Eccleſia Romana uiginti quatuor, Diaconos tredecim ordinauit, in pace dormiuit in Domino, die IIII. Calend. Decembr. Anno dominicæ Natiuitatis DCCXLI. Indict. X. poſt Cons. IMP. CAES. LEONIS AVG. Anno XXIIII. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Et uacauit eo mortuo S. Rom. ſedes dies tantum octo.

NOMINA PRESBYTERORVM ET DIACONORVM S. R. E. CARDINALIVM, VIVENTIVM

ANNO DOMINICAE NATIVITATIS DCCXXXV.

GREGORIVS III. PAPA.

Cardinales presbyteri.

Sisinivs	Presbiter Cardinalis in Titulo S. Laurentij in Lucina S. R. E. Archipresbyter.
Ioannes	Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris uia Appia.
Sisinivs	Presb. Card. in tt. S. Chriſti uirginis & martyris Cæciliæ.
Ioannes	Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Marcelli.
Ioannes	Presb. Card. in tt. SS. martyrum quatuor coronatorum.
Evstrasivs	Presb. Card. in tt. S Chriſti maryris & uirginis Anaſtaſiæ.
Georgivs	Presb. Card. in tt. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij.
Thalasivs	Presb. Card. tt. S. Dei genitricis, quæ appellatur Calliſti, trans Tyberim.
Marinvs	Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Sabinæ, quæ eſt in monte Auentino.
Constantinvs . . .	Presb. Card. in tt. S. Cyriaci in Thermis Diocletiani.
Gregorivs	Presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Clemētis in mōte Cœlio.
Epiphanivs	Presb. Card. in tt. S Laurentij, qui appellatur Damaſi Papæ.
Marinvs	Presb. Card. in tt. SS. duodecim Apoſtolorum.
Ioannes	Presb. Card. in tt. SS. martyrum Aquilæ & Priſcæ.

CARDINALES DIACONI.

Petrvs	Sanctæ ſedis Apoſtolicæ Archidiaconus Diac. Cardinalis in regione prima.
Mvschvs	Diaconus Card. in regione ſecunda.
Gregorivs	Diaconus Card. in regione tertia.
Benedictvs	S. R. E. Diaconus Card. in regione quarta.

ZACHARIAS I. NVM. XCVII. AN. CHRISTI. DCCXLI.

ZACHARIAS natione Græcus, ex patre Polychionio S. R. E. presbyter Card. IMP. CAES. CONSTANTINOE COPRONYMO (hæretico impijſsimo) YCONOMACHO AVG. Sedit in ſacratiſsima ſede beati Apoſtoli Petri annos decem, menſes treis, dies nouem, creatus VII. Id. Decembris poſt Cons. LEONIS YSAVRI AVG. Anno XXIIII. uir pijſs. doctrina, ſanctitate & eloquētia inſignis. Hic pro conſeruatione nominis Romani ad Luitprandum Longobardorum regem profectus eſt, & omnia pro quibus profectus fuerat impetrauit. Qui Luitprandus eo tempore Rauennam & omnem Hexarchatum pulſis Romanorum præſidijs occupauerat. Romam deinde reuerſus animum ad monaſteriorum, Baſilicarum, Templorum & Cœmiteriorum reparationem conuertit. Omnia enim loca ſacra in Vrbe Roma aut reparauit, aut muneribus datis ditiores fecit. Inuenit etiam in Patriarchio Lateraneñ. multas ſanctorum reliquias, quas per diuerſa Vrbis Templa diſtribuit. Inſtituit quoque ut de Patriarchij Lateraneñ. redditibus continuè pauperes Chriſti alerentur, eorum numerum ad certam ſummam redigens. Clerum ualde dilexit, & donatiuum ſingulis presbyteris

teris

teriis, & Diaconiis erogauit. Murorum Vrbis Romæ partem additis firmiſsimis turribus reparauit. Libros quoque Dialogorum beatiſs. Papæ Gregorij de Latino in Græcum conuertit. Demum bonis operibus plenus, quùm ordinationes treis per menſem Martium in Vrbe Roma feciſſet, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero octuaginta quinque, in Eccleſia uerò Rom. presbyteros triginta, & Diaconos quinque creaſſet, migrauit ad CHRISTVM die Id. Martij. Anno dominicę Natiuitatis DCCLII. Indict. V. poſt CONS. IMP. CAES. FL. CONSTANTINI COPRONYMI AVG. Anno decimo. Eius cadauer in Baſilica pricinpis Apoſtolornm ſepultum eſt. Et uacauit Sancta Rom. ſedes dies nouem.

STEPHANVS II. NVM. XCVIII AN. CHR. DCCLII.

STEPHANVS II. natione Italus, patria Romanus, S. R. E. presbyter Card. IMP. CONSTANTINO COPRONYMO AVG. ſedit in Petri cathedra tantum dies treis, creatus VIII. Calendas Aprilis, qui tertio die creationis ſuæ dum negocia familiaria domus ſuę diſponeret, morte repentina ſublatus eſt ante adeptam conſecrationem, die V. Calendas Aprilis. Vacauit ſedes dies unum. Hunc ſcriptores geſtorum Rom. Pont. in numero Paparum non recenſent. Opinor quia conſecratus non fuerit, & propter temporis breuitatem, quod haud recte factum eſt, quàm, & legitimè creatus fuerit, & uir ingentis ſpiritus ac animi ſemper exiſtimatus ſit, eum in Pontificum Rom. numero ponere nobis placuit, notam tamen nominis non addidimus, propter uitandam in ſequentibus Pontif. qui Stephani nomen habuere confuſionem. Ipſi enim in nominis appellatione & numero huius Stephaui rationem non habuere.

STEPHANVS III. NVM. XCIX. AN. CHRISTI. DCCLII.

STEPHANVS III. natione Italus, patria Romanus, S. R. E. Diaconos Card. à Zacharia factus cum fratre ſuo Paulo. IMP. CONSTANTINO COPRONYMO hæretico, ſedit in Petri cathedra annos quinque, & dies uiginti nouem, creatus IIII. Calendas Aprilis. poſt CONS. IMP. CONSTANTINI. Anno X. conſecratus uerò eodem anno, IIII. Nonas Aprilis. Hic Pont. auaritia & ſimul tyrannide ARSTVLPHI Longobardorum regis coactus, PIPINVM in Italiam pro ſubſidio Vrbis Romę ex Francia euocauit, contrà impium regem, quē Pipinus Francorum rex uictum ęquas pacis conditiones accipere coëgit. Tunc Hexarchatus Rauennas, & omnes prouinciæ Æmiliæ Rom. reſtitutæ ſunt, quæ Longobardi pulſis Imp. pręſidijs ui acceperant. Pace igitur foris parta Synodum Romæ congregauit, mores Eccleſiaſticos paulatim Labantes reſtituturus, in ea quid omnibus ordinibus conueniret, præſcripſit. Ad diuinam quoque iram placandam, lętaniarum (hoc eſt) rogationum ordinem inſtituit. Demum Vrbis Baſilicas, & cætera loca ſacra multis additis ornamentis illuſtrauit. Ordinationibus uerò duabus menſe Martio factis, quibus per diuerſa loca Epiſcopos quindecim, presbyteros uerò duodecim, & Diaconos duos in Vrbe Roma ordinauit, plenus bonorum operum in pace dormiuit in CHRISTO die VI. Calendas Maij, Indict. X. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCLVII. poſt CONS. IMP. CAES. CONSTANTINI COPRONYMI. Anno XV. Cadauer in Baſilica Sancti Petri Apoſtoli ſepultum eſt. Et uacauit S. Romana ſedes dies duos, & triginta.

PAVLVS I. NVM. C. AN. CHR. DCCLVII.

PAVLVS natione Italus, patria Romanus, Stephani II. ſuperioris frater Germanus ex patre Conſtantino, S. R. E. Diaconus Card. à Papa Zacharia cum fratre ſuo creatus, Sedit in Petri cathedra IMP. CAES. FL. CONSTANTINO COPRONYMO AVG. Annos decem, & menſem unum, creatus die IIII. Calendas Iunij, & eo die conſecratus eſt, poſt CONS. CONSTANTINI COPRONYMI impijſsimi Imp. anno XV. Hic cum Thephilacto S. R. E. Archidiacono in ſchiſmate creatus eſt. Verum poſt aliquot dies cognita Pauli uirtute, & ſufficientia, omnium ſuffragijs exploſo Theophilacto, Paulus in ſede Apoſtolica confirmatus eſt. Hic fecit Eccleſiam Siluestri, & Pauli in uia ſacra. Corpus quoque beatæ Petronellæ uirginis & martyris, filiæ beati Petri Apoſtoli in Cœmiterio antiquo inuenit, illud argentea capſa in Baſilica S. Petri recondidit cum Elogio. Tantæ pietatis fuit,

Digitized by Google

ut cum duobus uel tribus ſocijs Xenodochia circuiret, pauperes infirmos uiſitans. Carceres frequenter adibat, atque ære alieno nexos, data pecunia liberos abire faciebat. Demum poſt ordinationem unam menſe Decembri factam, in qua Epiſcopos per diuerſa loca numero treis, presbyteros uerò duodecim, & Diaconos undecim in Eccleſia Romana ordinauit, plenus bonorum operum quieuit in Domino. die IIII. Calendas Iulij. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCLVII. indict. XIII. Cadauer in Baſilica Sancti Petri ſepultum eſt. Et uacauit S. Romana ſedes menſem unum, & dies octo.

THEOPHILACTVS I. NV. CI.

THEOPHILACTVS natione Romanus, ex Archidiacono Romanæ Eccleſiæ in ſchiſmate quorundam Clericorum, & Laicorum ſuffragijs creatus eſt. Verum poſt aliquam contenſionem, quùm omnes Paulo tanquàm digniori adhęſiſſent, ipſeque ab omnibus deſertus eſſet, ſe abdicauit, Paulumque ut uerum CHRISTI Vicarium ueneratus eſt in presbyterij gradu permanens.

SCHISMA VII. IN ECCLESIA ROMANA INTER PAVLVM ET THEOPHILACTVM.

SCHISMA VIII. IN ECCLESIA ROMANA INTER CONSTANTINVM ET PHILIPPVM.

CONSTANTINVS II. NEPESINVS NVM. CII. ANNO CHRISTI. DCCLXVII.

VIX mortem obierat PP. Paulus I. quùm ſtatim TOTO Dux Nepeſinus, Paſſiuus & Paſchalis eius frater Conſtantinum eorum Germanum adhuc laicum exiſtentem, in ſummum Pontificem contrà canones ordinare inuito Clero contendunt. Ac eodem die (quo Paulus mortuus eſt) is erat Dominicus dies IIII. Calendas Iulij in domo Totonis Ducis fratris eius eundem Conſtantinum Laicum ut in Rom. Pontif. elegerunt, ac ad Palatium Lateraneñ. deducentes Georgium Oſtieñ. Epiſcopum, inuitum ac reluctantem eum ordinare, & conſecrare compellunt. Demum Dominica ſequenti apud S. Petrum ipſum in Papam coronauerunt. Hic quùm Pontificatum Rom. ui, & armis anno uno, menſe uno, & diebus undecim inuaſiſſet, coactus ab omni Clero uel pop. Rom. auctore Chriſtophoro Primicerio Pontificatu ſe abdicauit. die VII. Id. Auguſti. Anno DCCLXVIII. in cuius locum eo die Stephanus Venerabilis Roma. Eccleſiæ presbyter Card. in titulo S. Cæciliæ, omnium Clericorum, & laicorum fidelium ſuffragijs ſuffectus eſt.

PHILIPPVS I. NVMERO CIII. ANNO CHRISTI. DCCLXVII.

PHILIPPVS natione Romanus, ex S. R. E. presbytero Card. monacho & Abbate S. Viti in Vrbe Roma in ſchiſmate contrà Conſtantinum Pſeudopontificem à quibuſdam Clericis, & Laicis autore VALDIPERTO quodam nobili Romano factus, ſedit annum unum, & dies quatordecim. IMP. CONSTANTINO YCONOMACHO AVG. conſecrationem, & coronationem accepit, ſeditque in Patriarchio Lateraneñ. per annum, donec coactus à Chriſtophoro primicerio (cui omnis Clerus & Populus fauebat) pridie Nonas Iunij. Anno Domini DCCLXVIIII. Pontificatu ſe abdicans ad monaſterium ſuum reuerſus eſt. poſt quem Conſtantino etiam (ut dixi) falſo Pontif. abdicato, in Vtriuſque locum alter factus eſt, qui fuit ſanctiſs. uir Stephanus S. R. E. presbyter Card. in titulo S. Cæcilię, de quo mox uerba faciam.

STEPHANVS

Digitized by Google

STEPHANVS III. NV. CIIII. AN. CHR. DCCLXIIX.

STEPHANVS natione Romanus, ex Sicilia oriundus, monachus congregationis S. Benedicti, quæ Caſsineñ. appellata eſt, & Venerabilis Abbas ac S. R. E. Presbyter Card. in titulo S. uirginis, & martyris Cæciliæ à Paulo factus eſt. IMP. CAES. CONSTANTINO COPRONYMO AVG. Sedit in Petri cathedra annos treis, menſes quinque, & dies uiginti ſeptem, creatus. ſublato duorum Pontif. de Rom. Pontificatu ad inuicem certantium ſchiſmate VII. Id. Auguſti, poſt CONS. IMP. CAES. FL. CONSTANTINI AVG. Anno uigeſimo ſexto. Hic Venerabilis Pont. in ſui Pontificatus initio coacta maxima Synodo in Baſilica S. Apoſtolorum principis Petri, Conſtantinum S. Apoſtolicæ ſedis inuaſorem damnauit, & omnia eius acta geſta, & conſtituta irrita eſſe uoluit. Deinde legem tulit, ut nullus audeat in ſummum Pontif. ſe eligi procurare, niſi qui per diſtinctos gradus aſcendens, Diaconus aut presbyter Card. factus fuerit. Multas quoque alias ſaluberrimas Eccleſiæ Dei inſtitutiones fecit, de electione Epiſcoporum, de his qui conſecrati fuerant à Conſtãtino falſo Papa, de imaginibus, & pleriſque aliis. Ordinationibus uerò duabus menſe Decembri in Vrbe Roma factis, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero quindecim, in Eccleſia uerò Romana presbyteros quinque, & diaconos quatuor creauit, Romæ mortuus eſt, pridie Calend. Februarii. Anno Domini DCCLXXII. poſt CONS. IMP. CAES. FL. CONSTANTINI CAPRONYMO AVG. Anno XXX. Cadauer in Baſilica Apoſtolorum Principis ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo S. Romana ſedes tantum dies nouem.

HADRIANVS I. NVM. CV. ANNO CHR. DCCLXXII.

HADRIANVS natione Italus, patria Romanus ex regione uiæ latæ, nobiliſs. familia ortus ex patre Theodoro Cos. Ro. S. R. E. Diaconus Car. à Papa Stephano prędeceſſore III. ſuo factus. Sedit in Pe. cathedra IMPP. CAESS. FL. CONSTANTINO CAPRONYMO, LEONE EIVS FILIO, ET CONSTANTINO VIII. EIVS NEPOTE AVGG. Annos XXIII. menſes X. dies XXVII. creatus IIII. Id. Februarii, cõſecratus Dominica ſequenti, poſt CONS. IMP. CAES. FL. LEONIS AVG. Anno tertio. Hic Pont. euocauit contra DESIDERIVM Longobardum regem Romanos. accerbiſsimè infeſtantẽ, CAROLVM MAGNVM Francorum Regem, & Patricium Rom. qui cum ingenti exercitu Francorum Alpeis transgreſſus, Longobardos acie uictos profligauit ac Deſiderium eorum regem Ticini diu obſeſſum, tandem deditionem facere compulit, atque in Franciam in exilium cum uxore, & Liberis miſit, omni poteſtate regia exutum, & ſic regnum Longobardorum in Italia defecit, atque ſub Francorum ditionem ea omnis Italiæ pars uenit quæ Longobardorum erat. Carolus uerò Magnus ea omnia quæ Longobardi ſub Regibus Arſtulpho. Luitprando & Deſiderio, Rom. & Impp. Conſtantinopolitanis adẽpta iuris ſui fecerant, ut Hexarchatum Rauennatem, Romandiolam, Picœnum, Vmbriam, & Thuſciæ partem, beato Papæ Hadriano, & Apoſtolicæ ſedi in perpetuum donauit, ſibi omnem Longobardiam, & Thuſciæ partem retinuit. Venetis ſuis legibus uti permiſit, Parteis eas Italiæ quæ ſiculum fretum aſpiciunt Imp. Conſtantinopolitano permiſit. Vrbem Romam liberam eſſe uoluit. Atque hic erat Italiæ ſtatus Longobardorum regno ſublato. Hadrianus autem Papa poſt omnium ferè Vrbis Baſilicarum, Templorum, Titulorum, Diaconiarum. Monaſteriorum, Oratoriorum, & Cœmiteriorum aut reſtitutionem aut à ſolo ædificationem, bonis operibus plenus, quum ordinationes duas menſe Martio feciſſet, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero Centum octuaginta quinque, presbyteros XXIIII, & Diaconos ſeptem creauit, Romæ mortuus eſt, die ſeptimo Calendas Ianuarij. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCXCV. poſt CONS. FL. CONSTANTINI VIII. HIRENES FILII. Anno XVI. Cadauer eius in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit S. Romana ſedes diem unum. ſub hoc Pont. congregata eſt ſancta, & uniuerſalis Synodus Nicęna ſecunda CCCL. Epiſcoporum contra hæreſim eorum, qui imagines perſequebantur.

LEO III. NVM. CVI. AN. CHR. DCCXCVII.

LEO III. natione Italus, patria Romanus, ex patre Azzuppio. S. R. E. presbyter Card. IMPP. CAESS. FL. CONSTANTINO, ET HIRENE MATRE EIVS, NICEPHORO, ET STAVRATIO EIVS FILIO AVGG. Sedit in ſacratiſs. ſede beati Petri Apoſtoli,

annos uiginti, menſes quinque, & dies x. creatus VII Calendas Ianuarii, die obitus Papæ Hadriani primi, conſecratus die ſequenti VI. Calendas Ianuarii Hic bona populi Rom. Scito, Clerique rogatu, quûm Imp. Rom. maieſtas (omnia ſibi Barbaris uendicantibus) obſoleſceret, nec in fœmina Irene Byzantii rerum potiente, quamuis altę indolis, multum præſidii ineſſe uideretur. Carolum Pipini filium Francorum regem ob egregia in Chriſtianum nomen, & Rom. ſedem merita Romanorum Imp. (auito in occidente impetrandi more reſtituto) primus appellauit, inuictumque Auguſtũ conſecrauit, anno poſtquàm in Italia imperare deſitum eſt, poſt Auguſtale Imp. CCCXXV. ſubſequutaque mox fuit. S. P. Q. R. his uerbis acclamatio. CAROLO MAGNO IMP. CAES. AVG. PIISS. PACIFICO A' DEO CREATO VITA, ET VICTORIA. Huic Pont. Leoni diuino Beneficio loquela, & uiſus quibus ab impiis priuatus fuerat, reſtituta ſunt. Eccleſias reparauit, pauperes aluit, captiuos redemit Diaconias, titulos, & monaſteria Vrbana uarijs, & precioſis donis exornauit. Ordinationes autem treis menſe Martio fecit, quibus per diuerſa loca Epiſcopos centum, & uiginti ſex presbyteros XXX. & Diaconos XI. in Eccleſia Romana ordinauit. Mortuus eſt plenus dierum in ſenectute bona, præclariſsimis operibus geſtis, inſignis, pridie Id. Iunij indict. Nona. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCCXVI. LVDOVICO PIO Caroli Magni filio Rom. in occidente Imp. Cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Et uacauit Sancta Romana ſedes dies tantum decem.

STEPHANVS IIII. NVM. CVII. ANNO CHRISTI. DCCCXVI.

STEPHANVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Iulio Mauricio S. R. E. presbyter Card. à Papa Leone III. factus IMPP. CAESS. LVDOVICO PIO CAROLI MAGNI FILIO AVG. Sedit menſes VII. & dies quatuor, creatus, & conſecratus die XI. Calendas Iulij. Hic Pont. ſtatim poſt electionem ſuam pro pace confirmanda, & unitate Eccleſiæ reſarcienda, in Franciam ad Imp. Ludouicum Pium Aug. profectus eſt. A' quo quûm honorificientiſsimè ſuſceptus eſſet (ut Beati Petri ſucceſſorem, Chriſtique uicarium decebat) omnia pro quibus ierat, impetrauit. Cui Imp. Pius multa quoque dona tàm in auro, quàm in Argento Largitus eſt. Omnium quoque exulum Rom. qui in Gallias relegati fuerant, propter facinora in Papam Leonem III. commiſſa, reſtitutionem obtinuit, quos omneis ſecum ſanos, & incolumes Romam reduxit. Poſt cuius aduentum beatus Pont. infirmatus, quûm ordinationem unam menſe Decembri feciſſet, in qua per diuerſa loca Epiſcopos quinque, Præsbyteros nouem, & Diaconos quatuor ordinauit, Romæ mortuus eſt, eiusque cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum. Vacauit Sancta Romana ſedes dies duos. Obijt uerò VIII. Calend. Februarij. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCCXVII. indict. decima.

PASCHALIS I. NVM. CVIII. ANNO CHRISTI. DCCCXVII.

PASCHALIS natione Italus, patria Romanus, ex patre Bonoſo monachus ordinis S Benedicti ac Abbas monaſterii S. Stephani iuxta S. Petrum, Et S. R. E. Presbyter Card. à Papa Leone III. factus IMPP. CAESS. LVDOVICO PIO, ET LOTHARIO EIVS FILIO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos ſeptem, menſes treis, & dies decem & ſeptem, creatus VI. Calendas Febuarii, conſecratus . . . . Calendas Februarii. Hic Pont. ſupra quàm credi poteſt benignus, humilis, pius, ac manſuetus fuit. Congiarium Clero dedit, Captiuos ubicunque inuenire poterat, redemit, multas Eccleſias reſtituit, inter quas S. Cæciliæ, S. Praxedis, S. Pudentianæ, S. Mariæ in Dominica precipuè referuntur. Multa corpora Sanctorum, quæ per cæmiteria latebant, inuenit, eaque in Baſilicis Vrbis locis dignis honorificè recondidit, inter quæ fuerunt S. Cæciliæ, Tiburtii, Valeriani, & Maximii, quæ repoſuit in Eccleſia S. Cæciliæ uirginis à ſe reparata. omniumque Eccleſiarum, quas reparauit, apſidas ex muſaico depingi fecit. Omnibus denique tàm in auro quàm in argento maxima obtulit dona. Diaconiam SS. Coſmæ, & Damiani exornauit. Demum cum ordinationes duas, alteram menſe Decembri, alteram Martio feciſſet, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero XV. diaconos uerò ſeptem, & presbyteros in Eccleſia Romana ſeptem ordinauit, plenus bonorum operum obdormiuit in CHRISTO, die III. Id. Maij. Anno Dominicæ incarnationis DCCCXXIIII. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies IIII.

EVGE-

Digitized by Google

EVGENIVS II. NVM. CIX. AN. CHR. DCCCXXIIII.

EVGENIVS natione Italus patria Romanus,ex patre Boëmundo S. R. E. Presbyter Card. in titulo S. Chriſti martyris Sabinæ, quæ eſt in monte Auentino ex S. R. E. Archipresbytero à Leone III. Papa facto. Sedit in Petri cathedra IMPP. CAESS. LVDOVICO PIO, ET LOTHARIO AVGG. Annos quatuor, menſes ſex,& dies uiginti quatuor, creatus XVI. Calend. Iunii , coronatus ,& conſecratus undecimo Calend. eiusdem menſis. Hic Pont. humilis, comis, benignus, & manſuetus fuit, ſub quo maxima omnium rerum ubertas extitit, uiduarum, pupillorum, captiuorum, & aliorum pauperum miſericordisſimus ſubuentor. Eccleſiarum reparator, monaſteriorum & monachorum ac Cleri feruentisſimas cultor. Hic titulum ſuum S. Sabinæ multis ornamentis,& picturis undique decorauit. Huius quoque precibus nonnulli ciues Rom. qui in Francia captiui tenebantur. Liberati ſuæ reſtituti ſunt Romam remisſi. Demum quùm ordinationes nonnullas Epiſcoporum Presbyterorum, & Diaconorum multorum feciſſet, plenus bonis operibus in Eccleſiæ pace obdormiuit in CHRISTO. Romæ die quarto Id. Decembris Anno Dominicæ Natiuitatis DCCCXXVII. Cadauer in Eccleſia S. Apoſtolorum principis Petri ſepultum eſt. Et uacauit ſacroſancta Rom. Eccleſia dies tantum treis.

VALENTINVS I. NVM. CX ANNO. CHR. DCCCXXVII.

VALENTINVS natione Italus,patria Romanus,ex patre Leontio S. R. E. Archidiaconus Card. à Papa Paſchali I. factus, IMP. CAES. LOTHARIO AVG. Sedit in Petri cathedra menſem unum, & dies decem, magnæ ſanctitatis,& ſpiritu ſancto plenus fuit hic Pont. Res mundanas, & hominum uanitates abhorrens, erat autem frugalitate clarus actione præcipuus, ſermone luculentus, uiduarum, pupillorum, capitiuorum, & pauperum CHRISTI conſtantisſimus amator. Denum quûm multa & ingentia animo concepiſſet, maxima ui morbi afflictus poſt multa ſua opera bona in uita ſua facta raptus eſt, ut malitia mutaret intellectum eius. Obdormiuit autem in CHRISTO die undecimo Calendas Februarij. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCCXXVIII. quûm creatus eſſet circa finem anni ſuperioris XIX. Calendas Ianuarii, & die ſequenti conſecratus. Cadauer eius in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauitq; eo mortuo Sancta Romana ſedes dies treis.

GREGORIVS IV. NVM. CXI. AN. CHRISTI. DCCCXXIIX.

GREGORIVS IIII. natione Italus, patria Romanus, ex patre Ioanne ex S. R.E. Diacono Card. SS. Coſmæ, & Damiani à Leone Papa III. facto, Rom. Pont. pronunciatus ſedit IMPP. CAESS. LOTHARIO, ET LODOVICO IVNIORE EIVS FILIO AVGG. annos XVI. creatus tertio Calendas Februarii, uir ſanctitate, pietate, religione, eloquentia, ſcientia & ſapientia ornatus, pater pauperum, Eccleſiarum reparator, generis illuſtris fide illuſtrior. Hic ingentia munera tàm aurea, quàm argentea omnibus Chriſti Eccleſiis in Vrbe Roma donauit. Corpus quoque beatiſs. Papæ Gregorii primi ex loco ubi ſepultum fuerat ante Secretariũ ſub altari nominis ſui collocauit, cratis ferreis undique, ſicut modo cernimus, munitum, ibique eius ſolemnitatis celebrationem fieri uoluit in futurum, ſeruis Dei ibidem certatim pernoctantibus, Pallium quoque eius Dalmaticas, Philateria baltheum, & cæteras eius ſacras ueſtes inuenit, & in ſacrario S. Petri Apoſtoli repoſuit, populo ſtatis diebus oſculanda oſtendens, qui beatiſsimus, & ſanctiſsimus Papa ordinationibus quinque menſibus Martio, Septembri, & Decembri factis, quibus Epiſcopos per diuerſa loca, in Eccleſia uerò Romana Presbyteros, & Diaconos centum octuaginta quinque omnino ordinauit. Plenus bonorum operum dormiuit in CHRISTO die VIII. Calendas Februarii. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCCXLIIII. Vacauit Sancta Romana ſedes dies quindecim. Cadauer eius in Baſilica Principis Apoſtolorum Sancti Petri, digno cum honore ſepultum eſt.

SERGIVS II. NVM. CXII. AN. CHRISTI. DCCCXLIIII.

SERGIVS iunior natione Italus, patria Romanus, de regione quarta, patre Sergio S. R. E. Archipresbyter Card. à Papa Paſchali factus, IMPP. CAESS. LOTHARIO ET LV-

DOVICO II. AVGG. Sedit in Petri cathedra annos treis, menſes duos, dies treis, creatus IIII. Id. Februarij, & eo die conſecratus. Sunt qui ſcribant hunc Sergium primum Rom. Pontificum fuiſſe, qui mutandi nominis author fuerit, proprij nominis deformitate motus, quod minùs idoneum Pontificiæ maieſtati arbitrabatur. Quùm enim OSPORCVS ante Pontificatum appellaretur, Pont. max. pronunciatus paternum nomen tanquam magis honeſtum, tantæque dignitati congruentius aſſumpſit. Ab hoc igitur ſcribunt mutandi nominis Rom. Pontificib. recenter creatis conſuetudinem manaſſe. Quod quùm apud ſcriptores huius rei antiquos nunquam me uidiſſe ſciam, hoc neque refellere, quùm communis opinio ſit, neque adfirmare auſim. Fuit autem hic Pont. humilis, pius, benignus & manſuetus. Venit ſub eo ad Vrbem Imp. Lotharius Aug. cum Ludouico filio ſuo, quem à Pont. in Auguſtum inungi fecit. Peſtis quoque ingens huius tempore fuit. Hic Pont. Ecclesiam S. Martini in mõtibus, quæ uetuſtate pœnè diſiecta erat, à nouo refecit, atque in ea plurima SS. martyrum corpora recondidit, & ibi multa obtulit dona. Monaſterium prope eandem Baſilicam monachorum cum Ablate inſtituit. Demum poſt multa bona opera quùm ordinationem unam menſe Martio feciſſet, qua Epiſcopos per diuerſa loca numero XXIIII. creauit, presbyteros uerò in Vrbe Roma VIII. & Diaconos treis ordinauit, mortuus eſt in bona Eccleſiæ pace, pridie Id. Aprilis. Anno Dominicę natiuitatis DCCCXLVII. Cadauer eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Non uacauit ſancta Rom. ſedes, quia eo die ſucceſſor factus eſt.

LEO IIII. NVM. CXIII. AN. CHR. DCCCXLVII.

LEO IIII. natione Italus, patria Romanus, ex patre Rodulpho, S. R. E. presbyter Card. in Titulo SS. quatuor Coronatorum à Sergio PP. II. factus, ſedit in Petri cathedra IMPP. CAESS. LOTHARIO ET LVDOVICO II. EIVS FILIO AVGG. Annos VIII. menſes treis & dies VI. Hic Pont. Vaticano propter repentinas Saracenorum Italiam omnem infeſtantiũ incurſiones, Baſilicamque S. Petri Apoſtoli deprędantium, muris cincto, Vrbem fecit, eamque nomine ſuo dedicatam Leonianam appellauit, atque beato Petro Apoſtolorum Principi cuſtodiendam tradidit, portas in ea ſex poſuit, muros fortes, turres ac propugnacula fecit, ſicque S. Petri Baſilicam tutiorem reddidit, quam ſub Papa Sergio prædeceſſore ſuo Saraceni inuadentes omnibus ornamentis expoliauerant. Fuit uerò uir ſanctitate, doctrina, conſilio, prudentia & Vrbanitate inſignis. Eccleſias ornamentis auxit, monaſteria reſtituit uel dotauit. Cœmiteria SS. martyrum refecit. Captos à Saracenis data pecunia redemit. Ignem accenſum in Vrbe precibus extinxit. Saracenos maximis cladibus per Duces cruce ſignatos affecit. Diaconias urbis Romæ ornauit. Congiarium Clero dedit, pauperes, uiduas, pupillosque fouit, omnibus ſubueniẽdo, pulcherrimas orationes & Collectas in Apoſtolorum Petri & Pauli honorem compoſuit, quibus Eccleſia Romana hodie utitur. Corpora multa SS. martyrum inuenit in Cœmiterijs, & in Eccleſijs eorum nomine fabricatis honorificè collocauit. Synodum Epiſcoporum fecit. Mores eccleſiaſticos paulatim labantes emendauit. Demum bonis operibus multis editis, quùm ordinationes duas feciſſet, alteram menſe Decembri, alteram menſe Martio, quibus Epiſcopos per diuerſa loca numero LXIII. presbyteros XIX. & Diaconos VIII. in Vrbe Roma fecit, mortuus eſt, die XVI. Calend. Auguſti. Anno Dominicæ natiuitatis DCCCLV. quùm creatus fuiſſet pridie Idus Aprilis, die depoſitionis beati Papæ Sergij. Vacauit Rom. ſedes menſem unum & dies XV. Cadauer eius honorificè ſepultum eſt in Baſilica S. Apoſtoli Petri.

IOANNES FOEMINA NVM. CXIIII. AN. CHR. DCCCLV.

POST Leonem, à quibuſdam recentioribus, quorum author & anteſignanus eſt Martinus Polonus mendaciorum loquaciſsimus, in ordine Rom. Pontificum ponitur Ioannes quidam, quem ſeptimum appellant, natione Anglicum, eamque fœminam fuiſſe aſſeruit, ſediſſeque in Petri cathedra annos duos, menſem unum, & dies quatuor, & poſt à familiari compreſſam, in partu exceſsiſſe. De hoc quid ſentiam, non eſt modo dicendum, hoc tamen non prętermittam, huius rei à nullo Veterum ſcriptorum mentionem unquam factam fuiſſe, ex his qui ante Martinum Polonum fuerunt. Fuerunt autem, & adhuc eorum ſcripta extant, quamplurimi, tàm horum quàm inferiorum temporum. Deinde tempus, quo eam ſediſſe ſcribit, hic interponi non poſſe reor, quùm à morte Leonis ad creationem Benedicti dies tantum

tum

Digitized by Google

tum XLV. interſint. quod ex eorum temporum ſcriptoribus excerpſimus, Anaſtaſio uidelicet & ex Bibliothecario, qui per hæc tempora uixit.

BENEDICTVS III. NVM. CXV. AN. CHR. DCCCLV.

BENEDICTVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Petro, S. R. E. presbyter Card. Sanctæ Mariæ trans Tyberim in Titulo Calliſti, à Papa Leone IIII. factus. IMP. CAES. LVDOVICO IVNIORE AVG. Sedit in Petri cathedra annos duos, menſes ſex, & dies nouem. Hic omnium ſuffragijs Pont. nunciatus omninò tantum pondus renuntiabat, ſe tanto muneri inſufficientem eſſe clamitans, uerùm omnibus precantibus, ut tantam, quam ei Deus obtulerat dignitatem accipere non recuſaret. quærens ſe à propria quiete auelli, tandem Pontificatum recepit. Conſecrationis uerò munus accepit in Baſilica S. Dei genitricis, quæ dicitur ad preſepe, pridie Nonas Octobris. Dum autem coronari deberet, actum eſt per Arſenium Ortenſem, & Radoaldum Portueñ. Epiſcopos, ut functione legatorum Imp. Ludouici Cardinales cogerentur ad eligendum Anaſtaſium Card. S. Marcelli presbyterum ob multa ſcelera depoſitum à beato Papa Leone IIII. Sed Cardinalium in Benedicti electione pertinacia uicti deſtitère. Hic Pont. poſt conſecrationem ſuam, multa dona obtulit Eccleſijs Dei tàm in Vrbe Roma quàm extrà. Fecit autem ordinationem unam, menſe Decembri Epiſcoporum uiginti per diuerſa loca, presbyterorum uerò VI. & Diaconi unus in Vrbe Roma. Mortuus eſt die V. Idus Aprilis. Anno DCCCLVIII. Cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies tantum quindecim.

NICOLAVS I. NVM. CXVI. ANNO CHRISTI. DCCCLVIII.

NICOLAVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Theodoro S. R. E. Diaconus Cardinalis à beato Papa Leone IIII. factus, ſedit IMP. CAES. LVDOVICO IVNIORE LOTHARII FILIO AVG. In Petri cathedra annos nouem, menſes ſex, dies uiginti unum, creatus & conſecratus VIII. Calend. Maij, in Baſilica S. Petri, quò Pontificatus dignitatem fugiens, latitabat. Demum inuentus, coactus eſt ab omni Clero, populo & Senatu, Imp. preſente Pontificale conſcendere ſolium. Sub eo tanta Tyberis inundatio facta eſt, ut omnes diluuium uniuerſale inſtare iterum crederent. Ad hunc MICHAEL Conſtantinopolitanus Imp. eius ſanctitate permotus, multa dona miſit, obtulit quoque beato Petro ingentia munera, tàm in auro, quàm in argento, inter quæ fuit calix aureus, cum gemmis precioſis. Hic Ioannem Rauennatem Archiepiſcopum ad ſedem Apoſtolicam uenire nolentem depoſuit, eum deinceps uenientem, & culpam ſuam confitentem & pœnitentem reſtituit in Synodo plurium Epiſcoporum. Poſt hæc ſanctiſs. Papa omneis ferè urbis Baſilicas uetuſtate corruentes uel in melius inſtituit, uel à ſolo reparauit, inter quas Eccleſiam S. Mariæ, quæ antiqua dicebatur ſitam ſuper Sacram uiam, reſtitutam pœnè à fundamentis nouam appellauit. Photinum Neophytum & laicum Conſtantinopolitanæ ſedis inuaſorem damnauit, Ignatiumque ritè electum, & à Photino pulſum reſtituit. Bulgaris Archipresbyterum dedit. Ordinationes autem plureis menſe Decembri fecit. In his Epiſcopos per diuerſa loca LXV. presbyteros XVII. & Diaconos quatuor inſtituit. Mortuus eſt Idib. Nouembr. Anno Chriſti DCCCLXVII. Cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſancta Romana ſedes dies tantum ſeptem.

HACTENVS ANASTASIVS SVMMAE SEDIS BIBLIOTHECARIVS.

HADRIANVS II. NVM. CXVII. AN. CHRISTI. DCCCLXVII.

HADRIANVS II. Talari Epiſcopi filius, natione Italus, patria Romanus, S. R. E. Card. à Papa Sergio II. factus IMP. CAES. LVDOVICO IVNIORE AVG. Sedit annos quatuor, menſes decem dies XII. creatus XII. Calend. Decembr. conſecratus. . . . Calend. Decembris. Hic Pont. quùm presbyter eſſet, Sergio Papæ maximè familiaris fuit, à quo quùm aliquando denarios XL. dono accepiſſet, domum rediens diſpenſatori mandauit, ut eos peregrinis, & pauperibus, qui in Veſtibulo domus ſuæ ſtabant, erogaret. Facere ille mandata conatus, quùm uideret, ne minimę quidem parti tantula re ſatisfieri poſſe, ad Hadrianum rediens rem ipſam exponit. Tunc Hadrians accepta pecunia ad pauperes ueniens

ternos

ternos denarios ſingulis præſtitit, & totidem ſibi rei familiari ſatisfacturus, reſeruauit. Admirante Diſpenſatore miraculo rei, ui Hadrianus, uides (inquit) quàm benignus & largus ſit Dominus his præſertim, qui liberales & munifici ſunt in pauperes. Creatus eſt autem Pont. legatorum Ludouici Imp. non habita ratione, quòd dicerent, non eſſe æquum in electione Pont. Rom. morem introducere, ut expectetur Principis legati. Sub hoc Papa ſancta, & uniuerſalis Synodus octaua, Conſtantinopolitana quarta celebrata eſt, in qua pulſo Patriarcha Photino, nec non & Neophylo Ignatius reſtitutus eſt. In hac Synodo actum eſt, Bulgari an Romanæ, uel Conſtantinopolitanæ ſedi ſubijcerentur, quorum rex Michael miſsis muneribus Papæ Hadriano, quempiam ex Rom. Eccleſiæ Cardinalibus in Bulgarorum Archiepiſcopum petijt. Quod & factum eſt. Poſt hæc beatus Papa Hadrianus iunior mortuus eſt. Calend. Octobr. Anno Dominicæ natiuitatis. DCCCLXXII. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum. Vacauit ſedes dies duodecim.

IOANNES VIII. NVM. CXVIII. AN. CHRISTI. DCCCLXXII.

IOANNES VIII. natione Italus, patria Romanus, ex patre Gundo ſedit annos decem, dies duos, IMPP. CAESS. LVDOVICO IVNIORE CAROLO IVNIORE CALVO LVDOVICO III. BALBO, ET CAROLO III. CRASSO AVGG. Creatus III. Id. Octobr. Hic beatiſs. Papa pro utilitate omnium Eccleſiarum, & præcipuè Gallicarum, in Franciam profectus eſt, maritimo itinere, ubi Treueris in præſentia Ludouici Imp. maximam Gallicorum Epiſcoporum Synodum habuit, in qua multa ad rectam uiuendi normam decreta ſunt. Hic treis Impp quatuor annorum ſpatio, quod nulli unquàm contigit, diademate imperiali redimiuit, uidelicet Carolum Caluum, Ludouicum Balbum, & Carolum Craſſum. Poſt hæc Romam ueniens ſuſcepit atque approbauit acta ſanctæ & uniuerſalis Synodi nonæ, Conſtantinopolitanæ quintæ, in qua mortuo Ignatio Patriarcha Photinus denuò reſtitutus eſt. Claruit hoc tempore ANASTASIVS Romanæ ſedis Bibliothecarius, uir Latina & Græca lingua eruditus, qui Pontificum Rom. Vitas à beato Petro Apoſtolo ad obitum Papæ Nicolai primi diligenter perſcripſit. Mortuus eſt autem beatus PP. Ioan. VIII. Idib. Octobr. Anno Dominicæ natiuitatis DCCCXXCII. Indictione XV. Cadauer ſepultum in Baſilica S. Petri Apoſtoli. Vacauit Rom. ſedes dies treis.

MARINVS I. NVM. CXIX. ANNO CHRISTI. DCCCLXXXII.

MARINVS I. natione Gallus, patre Palumbo presbytero cuiuſdam Eccleſiæ in Gallia, IMP. CAES. CAROLO III. CRASSO AVG. Sedit in Petri cathedra annum unum, menſes quatuor, dies XXIIX. Martinus ineptè à recentioribus appellatus. Ex antiquiſsimis enim, quæ ego uidi diplomatibus, & manu ſcriptis libris Marinus appellatur. Hic author fuit, ut Ioannes VIII. Papa multis ſeditionibus agitaretur, quando in Galliam profectus eſt, adeò ut & in uinculis coniectus ſit huius Marini fraude, qui eo mortuo malis quoque artibus Pontificatum adeptus, breui tempore uixit, nil memoria dignum agens, uel ob breuitatem temporis, uel quod nil tũc agendũ accidit, quo nomen eius fieret illuſtre. Mortuus eſt Romę XVII. Calend. Aprilis. Anno Dominicę natiuitatis DCCCXXCIIII. Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies tantum duos.

HADRIANVS III. NVM. CXX. AN. CHRISTI. DCCCXXCIIII.

HADRIANVS III. natione Romanus, ex patre Benedicto de regione uiæ Latæ, IMP. CAES. CAROLO III. CRASSO AVG. Sedit annum unum, dies XXII. creatus XV. Calen. Aprilis. Tanti animi fuit hic Papa ut Pont. pronunciatus, ſtatim ad Clerũ S.P.Q.R. retulerit, ne in creando Pontifice Rom. Imp. authoritas expectaretur, utque libera eſſent & Populi & Cleri ſuffragia. Quod quidem inſtitutum à Nicolao I. tentatum potiũ, quàm inchoatum fuit. Hic autem Pont. perfecit, illectus oportunitate, quòd Carolus Imp III. ab Italia cum exercitu diſcedens, in Normannos rebellanteis mouerat. Mortuus eſt autem Hadrianus Papa III. die VII. Id. Maij. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCCXXCV. quũm de eo Cle. Populuſque Rom. ob uirtutem & animi magnitudinem, magnam ſpem concepiſſent. Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies tantummodo treis.

STEPHANVS

STEPHANVS V. NV. CXXI. AN. CHR. DCCCXXCV.

STEPHANVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Hadriano de regione uiæ Latæ S. R. E. præsbyter Card. IMPP. CAESS. CAROLO III. CRASSO, ET ARNVLPHO AVGG. Sedit in Petri cathedra annos ſex, & dies quatuordecim, creatus, & conſecratus IIII. Idus Maij. Sub hoc Papa Hunni gens Scythica in Pannoniam inferiorem ad conſanguineos Hungaros deſcendentes, pulſis Gepidibus, & Aduaticis ipſam occupant, unde infinita mala exorta. Stephanus autem Papa, de quo nihil admodum memoria dignum adhuc repperi, uel ob temporis breuitatem uel quòd horum temporum ſcriptores deſideramus, Romæ mortuus eſt, die octo Calendas Iunij. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCCXCI. Cadauer eius in Baſilica Apoſtolorum principis S. Petri ſepultum eſt. Et uacauit Sancta Romana ſedes dies tantum quinque.

FORMOSVS I. NVM. CXXII. AN. CHRISTI. DCCCXCI.

FORMOSVS natione Italus Ciuis, & Epiſcopus Portueñ. ex patre Leone creatus, Epiſcopus à Papa Marino, Sedit IMP. CAES. ARNVLPHO AVG. in Petri cathedra annos quinque, menſes ſex, & dies decem & octo, creatus in ſchiſmate cum Sergio S. R. E. Diacono Card. pridie Calend. Iunij, fuitque primus Papa, qui quûm alienæ Diœceſos Epiſcopus eſſet, Pont. Rom. factus fuerat. Hic Papa Ioannis VIII. ſeueritatem (cuius offenſam contraxerat) ueritus, in Gallias fugit, deſerto Epiſcopatu Portueñ. Verum reuocatus, quum redire noluiſſet, anathemate notatus, Epiſcopatu priuatus eſt, à Marino uerò Pont. reſtitutus in priſtinam dignitatem. Mortuo Stephano Pontificatum hac ratione obtinuit. Quûm Sergius Diaconus Card. S. R. E. Pontificatũ ambiendo penè obtinuiſſet, iamque ad altare pro conſecratione acceſsiſſet, Romanorum pars maxima, mala uita Sergij Diaconi offenſa (erat enim uir omnibus luxuriis deditus) Formoſum Epiſcopum Portueñ. Pro uera religione, diuinarumque ſcripturarum, & doctrinarum ſcientia Papam eligunt, & cum non mediocri tumultu, & iniuria Sergium ab altari expellunt, Formoſum Papam coronantes. Sergius uerò urbe exactus in Thuſciam profectus eſt ad Adalbertum Thuſciæ potentiſs. Regulum, ut eius præſidio aliquando in Vrbem reuerti poſſet. Quieuit tamen Formoſi, & aliquot ſucceſſorum ſuorum tempore, quòd Pop. Rom. ei nunquàm aſſentire uoluit. Demum largitionibus, corrupta maiori ciuium parte poſt aliquot annos reuerſus, Pontificatum Rom. eiecto priore Pont. obtinuit, de quo mox ſuo loco dicemus. Interim Formoſus Papa factus cœpit à quibusdam Rom. uehementer afflictari, quamobrem coactus in ſui auxilium Imp. Arnulphum euocauit, quem in Imp. etiam inunxit, iniuria Pont. uindicata, ac ſeditioſis Ciuibus cæſis, quieuitque Vrbs Roma multis diebus poſt illorum mortem. Formoſus autem mortuus eſt die XVI. Calendas Ianuarii. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCCXCVII. Cadauer in Baſilica Apoſtolorum Principis ſepultum eſt. Et uacauit Romana ſedes dies duos.

SCHISMA IX. INTER FORMOSVM, ET SERGIVM IN ECCLESIA ROMANA.

BONIFACIVS VI. NV. CXXIII. AN. CHR. DCCCXCVII.

BONIFACIVS VI. natione Romanus, ex Thuſcia oriundus patre Bonifacio Epiſcopo IMP. CAES. ARNVLPHO AVG. Sedit in Petri cathedra dies tantum quindecim, creatus duodecimo Calend. Ianuarii. De hoc ob Pontificatus breuitatem, nihil memoria dignum inuenitur, illud tantum conſtat eum mortuo Formoſo legitimis ſuffragiis pronunciatum. Mortuus eſt Romæ III. Nonas Ianuarii. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCCXCIIII. Cadauer eius in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Et uacauit eo mortuo Sancta Romana ſedes dies quinque.

STEPHANVS VI. NVM. CXXIIII. AN. CHR. DCCCXCVII.

STEPHANVS VI. natione Romanus Ioannis presbyteri filius, Epiſcopus Anagninus à

Digitized by Google

nus à Papa Formoſo factus. IMP. CAES. ARNVLPHO AVG. Sedit in Petri cathedra annum unum, menſes treis, creatus VI. Idus Ianuarij. Huius Papę temporè Baſilica Lateranẽſ. ingenti terræ motu concuſſa, tota ab altari ad portam cecidit. Hic Pont. ingenti odio proſequutus eſt Formoſi nomen. Nam Pont. factus ſtatim omnia eius acta abrogauit, res geſtas reſcidit, à quo tamen Epiſcopatum Anagninum acceperat. Huius ſimultatis cauſam fuiſſe referunt, quòd in adipiſcendo Pontificatu ei Formoſus aliquando cõtrarius fuerat. Mortuus uerò eſt iſte Stephanus VIII. Idus Aprilis. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCCXCVIII. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit S. Rom. ſedes dies treis.

ROMANVS I. NVM. CXXV. AN. CHRISTI. DCCCXCVIII.

ROMANVS natione Gallus, ex patre Conſtantino, IMP. CAES. ARNVLPHO AVG. Sedit in Petri cathedra menſes IIII. & dies XXIII. creatus VIII. Id. Aprilis. Qui ſtatim Pontificatu inito Stephano Papæ VI. decreta contra Formoſum (cuius fuerat amiciſsimus) & acta improbat, abrogatq́; , Formoſiq́; geſta abrogata à Stephano conciliat, reſtituitque. Nihil. n. aliud hi Pontifices cogitabant, quàm & nomen & dignitatem maiorum ſuorum extinguere. Demum non longò poſt iſte Papa mortuus eſt die Calendarum Septembr. Anno Dominicæ natiuitatis DCCCXCIIX. Cadauer in Baſilica Apoſtolorum Principis ſepultum eſt. Et ceſſauit ſancta Ro. ſedes eo mortuo dies octo.

THEODORVS II. NVM. CXXVI. AN. CHR. DCCCXCIIX.

THEODORVS II. natione Romanus, ex patre Photio IMP. CAES. ARNVLPHO AVG. Sedit in Petri cathedra dies XX. creatus IIII. Id. Septembr. Huius nihil memoria dignum, propter temporis breuitatem inuenitur, niſi quòd Formoſi parteis ſuſcepit, Stephanique perſequutus eſt. Mortuus eſt Romæ die III. Calend. Octobr. Anno DCCCXCVIII. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Et uacauit S. Rom. ſedes dies undecim.

IOANNES IX NVM. CXXVII. AN. CHR. DCCCXCVIII.

IOANNES IX. natione Italus, prouincia Latio, patria Tyburtinus, ex patre Rampualdo, profeſsione Monachus ordinis S. Benedicti, IMP. CAES. ARNVLPHO AVG. Sedit in Petri cathedra annos duos, dies XV. creatus V. Id. Octobr. Hic Papa factus, ſtatim Formoſi cauſam in integrum reſtituit, aduerſante magna Pop. Rom. parte, qua ex re tanta ſeditio orta eſt, ut paulum admodum ab iuſto pręlio abfuerit. Is uerò Rauennam profectus, LXXIIII. Epiſcoporum habito conuentu res Stephani geſtas improbauit, & Formoſi acta ſolenniter reſtituit, diiudicans à Stephano quicquid factum erat perperam factum eſſe. Poſt hæc Papa Ioannes Romam reuerſus non longè poſt mortuus eſt. Anno Dominicæ Natiuitatis DCCCC. die VIII. Calend. Nouembr. Cadauer in Baſilica S. Petri Apoſtolorum Principis ſepultum eſt. Vacauit S. Rom. ſedes dies nouem.

BENEDICTVS IIII. NVM. CXXVIII. AN. CHR. DCCCC.

BENEDICTVS IIII. natione Italus, patria Romanus, ex patre Mammolo IMP. CAES. LVDOVICO IIII. ARNVLPHI FILIO AVG. Sedit in Petri cathedra annos quatuor, menſes VI. & dies XV. creatus pridie Nonas Nouembr. Sub hoc Pont. nil geſtum legitur, quod magnopere commendari poſsit, licet Clementiſs. & humaniſs. habitus ſit, qui inter horum temporum Pontifices tanquàm Sidus Lucidum inter denſiſsimas nebulas lucet, erat enim prudentia, grauitate & ſanctitate uenerabilis. Mortuus eſt autem Romę die XV. Calen. Iunij. Anno Dominicæ Natiuitatis CCCCV. Cadauer eius in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Et uacauit S. Romana ſedes dies ſex.

LEO V. NVM. CCXXIX. AN. CHRISTI. DCCCCV.

LEO V. natione Italus, ex Latio, patria Ardeatinus ex Villa (quæ appellatur Priapi) IMP. CAES. LVDOVICO IIII. AVG. Sedit menſem unum & dies X. creatus VIII. Calend. Iunij. Hic XI. ſui Pontificatus die à Chriſtophoro presbytero Cardinali familiari ſuo, de quo plurimum

Digitized by Google

plurimum confidebat, captus dominandi cupidine, ac in uincula coniectus eſt, quod non ſine magna ſeditione factum fuit. Quantæ enim auctoritatis Pontificatus tunc eſſet, uitio priorum Pontificum, uel ex hoc maximè liquet, quod à Viro priuato tantæ dignitatis homo, ui & factione uno ferè momento deiectus eſt. Leo igitur v. Nonas Iulij coactus à Chriſtophoro Pontificatum abdicauit, & carcere eductus monachus factus eſt, ac in monaſterio relegatus. Sancta ſedes Romana tunc non uacauit, nam ſtatim eo deiecto Chriſtophorus Pontificatum occupauit.

CHRISTOPHORVS I. NVM. CCXXX. AN. CHRISTI. CCCV.

CHRISTOPHORVS I. natione Italus, patria Romanus, ex patre Leone S.R.E. presbyter Card. pulſo Leone v. IMP. CAES. LVDOVICO IIII. AVG. Sedit in Petri cathedra, ſeu potius eam inuaſit menſes ſeptem, creatus die v. Nonas Iulij, quo Leo v. captus eſt. Hic quum ab omnibus Clericis, Laicisque Romanis uehementi odio haberetur, quòd tam malis artibus tantam dignitatem obtinuiſſet, contra eum clam à quibuſdam ciuibus & Clericis Sergius ille euocatus eſt, qui in ſeditione Formoſi Vrbe pulſus, in Thuſcia exulabat. Hic acceptis præſidijs Adelberti potentiſs. Thuſciæ Marchionis in Vrbē uenit, & aſſentientibus, imò cohortantibus Rom. Chriſtophorum S. ſedis inuaſorem, ſeptem menſes iam in Pontificatu agentem, capit. III. Nonas Febr. Anno Domini CCCCVI. ac Pontificatu exutum Monachum totondit, & in monaſterium relegauit, Deo illi condignam retribuente pœnam, ut quæ Domino ſuo Papæ Leoni v. fecerat, ipſe paulò poſt pateretur. Non uacauit ſedes, nam eo deiecto omnium conſenſu Sergius Papatum obtinuit.

SERGIVS III. NVM. CXXXI. AN. CHR. CCCVI.

SERGIVS III. natione Italus, patria Romanus, ex patre Benedicto S.R.E. presbyter Card. pulſo Chriſtophoro & ſe abdicato IMP. CAES. LVDOVICO IIII. AVG. ſedit in Petri cathedra annos ſeptem, menſes treis & dies XVI. creatus die captionis Chriſtophori, uidelicet pridie Nonas Februarij. Hic Pont. Chriſtophoro Apoſtolicę ſedis inuaſore (annitentibus potentiſs. Romanis) capto, atque Pontificatu deiecto, ſtatim ubi Pontificatum adijt, iniuriarum memor, quas in ordinatione Formoſi paſſus fuerat, ut impius, doctrinarumque ſanctarum inſcius Formoſum ex ſepulchro extrahi, atque in ſede Pontificia collocatum, ſacerdotalibus indumentis ueſtitum decollari precepit, & paulò poſt ſacratis exutum ueſtimentis digitis tribus abſciſis in Tyberim præcipitari fecit, omniaque eius acta abrogauit, & cunctos quos ipſe ordinauerat gradu proprio depoſitos iterum ordinauit. Et non longè poſt, Baſilicam Conſtantinianam quæ tempore Papæ Stephani VI. ceciderat, à ſolo reædificauit, & diuerſis donis & ornamentis ditauit, ſicut ex utraque parietum parte iuxtà columnas æreas exarata legi poterant, quæ obſoluere uetuſtate & igne, quando iterum ſub Clemente v. combuſta eſt. Mortuus eſt autem Papa Sergius die XIII. Calend. Iunij. Anno Dominicę Natiuitatis CXXIII. filium relinquens Ioannem ex Marocia famoſiſsima concubina, qui non longè poſt Papa factus eſt. Cadauer autem Sergij in Baſilica Conſtantiniana ſepultum eſt. Et uacauit ſancta Rom. ſedes eo mortuo dies ſeptem.

ANASTASIVS III. NVM. CXXXII. AN. CHR. CCCXIII.

ANASTASIVS III. natione Italus, patria Romanus, ex patre Luciano, IMP. CAES. CONRADO FRANCO. Sedit in petri cathedra annos duos, menſes duos, & dies XXIX. creatus VI. Calend. Iunij. Quùm nihil admodum memoria dignum feciſſe legitur, excepto quod Diaconiam S. Hadriani uetuſtate collabentem reſtituit, altareque in ea proprijs manibus dedicauit. Hunc autem Pont. hac in una in re laudare poſſimus, quòd neminem eorum qui ante ſe in Pontificatu fuere, ignominia aliqua notauerit, uel maledicentia perſequutus ſit. Mortuus eſt Romæ die IX. Calend. Septembr. Anno Dominicæ natiuitatis CCCXV. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit S. Rom. ſedes dies duos.

LANDO I. NVM. CXXXIII. AN. CHR. CCCXV.

LANDO natione Sabinus, patria Herebo, ex patre Tanno, IMP. CONRADO FRANCO.

co. Sedit menſes IIII. & dies XVII. creatus VI. Calend. Septembr. Cuius uita obſcuriſsima fuit, tum ob Pontificatus breuitatem, tum quòd horum temporum ſcriptores non extant. Gothifredus ſcribit Landum Pont. Rom. auctoritatem ſuam interpoſuiſſe, quominus Berengarius & Rudolphus Comitis Guidonis filij inter ſe decertarent. Vincentius hyſtoricus in Catalogo Romanorum Pont. huius non meminit. Bibliothecarius tamen, Guilhelmus, Martinus & Conſentinus eum non omittunt. Mortuus eſt Romæ die XVI. Calend. Februarij. Anno Dominicæ natiuitatis DCCCCXVI. Cadauer eius in Baſilica principis Apoſtolorum S. Petri ſepultum eſt. Vacauit S. Romana ſedes dies XXVI.

IOANNES X. NVM. CXXXIIII. AN. CHRISTI. CIↃXVI.

IOANNES x. natione Italus, prouincia Æmilia, ex patre Ioanne, primò Epiſcopus Bononieñ. mox ex Archiepiſcopo Rauēnate in Rom. Pont. Theodoræ meretricis nobiliſs. (quæ eius amore flagrabat) ſtudio electus. IMPP. CAESS. CONRADO FRANCO ET HENRICO AVCVPE SAXONE AVGG. Sedit in Petri cathedra annos XIIII. menſes duos & dies XV. creatus Idi. Februarij. Hic militares potius quàm religioni deditos ſpiritus habens, Saracenos Apuliam, Campaniam, & extremas Italiæ oras naſtantes, ingenti coacto exercitu (cuius Dux Landulphus Bononieñ. Princeps erat) adeò attriuit & magna cæde ſuperauit, ut nullus ſupereſſet, qui domum acceptæ cladis nuncium perferret. Poſt hæc Papa Ioannes (qui donis Thuſciæ Comitis & Marociæ meretricis eius uxoris fraudibus ac dolo captus eſt) in carcerem coniectus, ac ceruicali ſuper os impoſito, miſerè ſuffocatus eſt. die v. Calend. Maij. Anno Dominicæ natiuitatis DCCCCXXX. Laterani cadauer ſepultum. Non uacauit ſedes. nam ſtatim in eius locum Vidonis & Marocia ui Pont. Rom. factus eſt Ioannes filius dictæ Marociæ, quem ex Sergio III. meretrix ſuſceperat. Ioannes XI. appellatus.

IOANNES XI. NVM. CXXXV. AN. CHRISTI. CIↃXXX.

IOANNES XI. natione Italus, patria Romanus, Papæ Sergij III. filius ex Marocia nobiliſs. Concubina, occiſo Ioanne x. Rauennate Vitrici potentiſs. & matris Marociæ ui & aſtu Pontificatum Romanum adeptus IMP. CAES. HENRICO AVCVPE SAXONE. Sedit in Petri cathedra annos IIII. menſes x. & dies XV. creatus v. Calend. Maij. poſtridie obitus Ioannis x. Hic Pont. malis artibus Pontificatum adeptus nil memoria dignum egit, quod ad eius commendationem poſteris tranſmiſſum ſit. Sub eo hoc tamen recordatione dignum accidiſſe conſtat, quòd geneuæ ſanguinis fons largiſsimè fluxit, futuræ magnæ calamitatis indicium. Nam Genua à Saracenis ex Aphrica uenientibus anno ſequenti capta ac direpta eſt, omneſque ciues uel occiſi uel in ſeruitutem abducti. Ioannes autem Romæ die tertio Id. Martij mortuus eſt. Anno Dominicæ natiuitatis DCCCCXXXV. Cadauer eius in Baſilica Lateraneñ. ſepultum eſt. Vacauit ſancta Rom. ſedes diem unum.

LEO VI. NV. CXXXVI. ANNO CHRISTI. CIↃXXXV.

LEO VI. natione Italus, patria Romanus, ex patre Leone ſeu Chriſtophoro S. R. E. primicerio, IMP. CAES. HENRICO AVCVPE SAXONE. ſedit in Petri cathedra menſes ſex & dies XV. creatus Idi. Martij. Hic Hugone & Lothario in Italia regnantibus Pontificatum adeptus nihil memoratu dignum geſsit, quod ad nos peruenerit. Mortuus eſt Romæ die III. Calend. Octob. Anno Dominicę natiuitatis CIↃXXXV. Cadauer in Baſilica S. Petri Apoſtolorum Principis ſepultum eſt. Vacauit S. Romana ſedes, dies tantum decem.

STEPHANVS VII. NVM. CXXXVII. AN. CHR. CIↃXXXVI.

STEPHANVS VII. natione Italus, patria Romanus, patre Gendemundo, IMP. CAES. HENRICO AVCVPE SAXONE. Sedit in Petri cathedra annos duos, menſem unum, dies XV. creatus VI. Id. Octobr. Hic à Romanis ita ſeditionib. uexatus eſt, ut nihil memoria dignum toto ſuo Pontificatu agere potuerit, imò uerò in eius ſeditionibus mutilatus, turpiter aliquandiu uitam duxit, quùm ob inhoneſta uulnera prodire in publicum erubeſceret. Sed non longè poſt mortuus eſt Romæ die IX. Calend. Decembr. Anno Dominicæ natiuitatis CIↃXXXVII.

Digitized by Google

cccxxxvii. Cadauer ſepultum in Baſilica Principis Apoſtolorum S. Petri. Vacauit S.R. ſedes dies tantum duos.

Leo VII. Nvm. CXXXVIII. Anno Christi ccccxxxvii.

Leo vii. natione Italus, patria Romanus, legitimis ſuffragiis die v. Cal. Decemb. creatus, ſedit Imp. Caes. Othone magno saxone. In Petri cathedra annos ii. menſes vi. dies xii. Hic Pont. nihil Tyrannicum in uita præ ſe tulit, integrè ac modeſtè uitam ducens, rei diuinæ conſulens, quantùm illa tempora in tàm corruptis omnium moribus patiebantur. Reuocare enim Ciues ad concordiam, temeritate ac ſtultitia priorum Pontificum adhuc tumultuantes, componere res Italas, pacare externum hoſtem, propulſare Barbaros à ceruicibus Italiæ conatus eſt. Quo certè nil melius, aut laudabilius conari potuit. Verùm dum hæc, & alia ingentia meditatur, moritur Romę die viii. Id. Maii. Anno Dominicæ Natiuitatis ccccxl. Cadauer ſepultum eſt in Baſilica. S. Petri: menſem unum Rom. ſedes uacauit.

Stephanvs VIII. Nvm. CXXXIX. Anno Chr. ccccxl.

Stephanvs viii. natione Italus, patria Romanus, Imp. Othone. Sedit in Petri cathedra annos duos, menſes iiii. & dies xv. creatus v. Id. Iunias. Sub hoc Pont. Hungari omnem ferè Europam uaſtantes, ab Othone Germaniæ Rege maxima clade afflicti ſunt. Mortuus eſt hic Pont. nulla re inſigni geſta, Romæ, die x. Calend. Nouemb. Anno Dominicæ Natiuitatis ccccxli. Cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſancta Romana ſedes dies decem.

Marinvs II. Nv. CXL. Anno Chr. ccccxlii.

Marinvs ii. natione Italus, patria Romanus, Imp. Caes. Othone Saxone. Sedit in Petri cathedra annos iii. menſes vi. dies xiii. creatus iii. Nonas Nouemb. Manſuetudinem & placabilitatem SS. Pontificum hic Papa imitatus eſt. Pontificatum enim adeptus, prophana quæque omittens, religioni ſe totum dedidit, templa uetuſtate labentia inſtaurans, pauperes eleemoſinis paſcens. Non caruere tamen hæc tempora maximis ſeditionibus. Nam maximę cædes in Italia commiſſę ſunt inter Othonem Saxonem, & Lotharium Italiæ reges. Conſtantinopoli quoq; maximè tumultuatum eſt. Nam Ciues ipſi capto Imp. Conſtantino, eum Monachum tonſum in inſulam relegauerunt. Verum eius filius Leo Imperium ſuſcipiens, patris iniurias ultus, authores ſeditionis acriter puniuit. Hoc tempore PP. Marinus Romę mortuus eſt, die Iduum Maii. Anno Dominicæ natiuitatis ccccxlvi. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit tum ſedes Romana dies treis.

Agapitvs II. Nvm. CXLI An. Christi ccccxlvi.

Agapitvs ii. natione Italus, patria Romanus, Imp. Othone magno saxone. Sedit in Petri cathedra annos nouem, menſes vii. & dies x. creatus xiiii. Cal. Iunii. Hic tumultu bellico in Italia ardente Pont. electus, omnia ſtatim pacare aggreſſus eſt, (uir enim innocens erat, & gregis ſibi cōmiſſi diligentiſsimus gubernator) Baſilicas Vrbis Romę, quę reſtitutionis indigebant, uel à ſolo refecit, uel in parte reſtituit. Monachis priuilegia multa conceſsit, & precipuè Caſsinenſibus. Duces Italicos inter ſe de principatu decertanteis pacare, atque amicos facere quanta maxima potuit ope, contendit. Demum bonis operibus plenus, & de omnibus bene meritus, Romę hominem exuens, migrauit ad Chriſtum, die v. Cal. Ian. Anno Dñicę natiuitatis ccclv. Cadauer eius in Baſilica S. Saluatoris (quę Conſtantiniana appellatur) honorificè ſepultum eſt. Vacauit tum S. ſedes Apoſtolica dies xii.

Ioannes XII. Nvm. CXLII. Anno Chr. ccccxlii.

Ioannes xii. natione Italus, patria Romanus, Alberici uiri nobiliſs. & potētiſs. filii nepos, ex patre Alberico Papæ Ioannis x. ac Sergii Papę iii. pronepos, ſedit Imp. Caes. Othone Avg. Saxone magno principe, in cathedra Petri annos viii menſes iiii. dies v. creatus, iiii. Id. Ianuarii, ui & potentia patris Alberici, Romanorū principatum Senatoris nomine obtinentis, prius Octauianus appellatus, homo ſanè ab adoleſcētia omnibus probris cōtaminatus, ac turpitudine, uenationibus, aleæ, ſcortis magis deditus, quā orationi, ut

E bonum

bonum Pont. decet. Hic quùm poſt patris mortem à Berengario & Alberto eius filio (orbis Imperium ſibi uendicare conantibus) opprimeretur, miſsis nuncijs Othonem Saxonum regem in auxilium ſuum euocauit. Is cum maxima Saxonum multitudine Alpibus traiectis in Italiam deſcendens, Berengarium & filium Albertum acie uicit ac fugauit, omniaque Pontifici ablata reſtituit. Quapropter diademate imperiali ab eo redimitus, & uetus inungendi Principis mos iam exoleſcens, denuò renouatus eſt. Verum non longè poſt Imp. in Germaniam redeunte, contra ſacramenti fidem, Albertum rebellem Imp. ſibi conciliatum ſuſcepit, ac Imp. rebellare fecit, quod audiens Otho, feſtinans Romam ex Germania uenit. Pontifex timore perterritus, fuga elabitur, qui ab Imp. euocatus, quùm uenire contempſiſſet, congregata Romæ Synodo, Epiſcoporum iudicio Pontificatus ei abrogatus eſt, multis & maximis criminibus damnatus, die Iduum Decemb. Anno Dominicæ Natiuitatis CCOLXII. Pontificatus eius anno ſeptimo, menſe undecimo, & die IIII. in cuius locum totius Synodi, Card. Cleri, S. P. Q. R. conſenſu ſuffectus eſt uenerabilis uir Leo S. R. E. Prothoſcriniarius.

LEO VIII. NVM. CXLIII. AN. CHR. COOLXII.

LEO VIII. natione Italus, patria Romanus, ex patre Ioanne Prothoſcriniario S. ſedis Apoſtolicæ, de regione Cliui Argentarij, S. R. E. Prothoſcriniarius, IMP. CAES. OTHONE MAGNO AVG. Sedit in Petri cathedra annum unum, menſes treis, dies quinque, creatus in Concilio, Romæ iuſſu Othonis Imp. congregato, abrogato Ioanne Apoſtata, uiro Diabolico, die Iduum Decembris. Hic recedente Imp. quarundam meretricum factione nonnullos Ciues ſeditioſos ad hoc impellentium, urbe pulſus eſt, ac Ioannes Apoſtata olim depoſitus, receptus. Qui non longè poſt peſsimè uitam finiuit. pridiè Idus Maij, quùm denuò Pontificatum Rom. per menſes treis, & dies uiginti fœdaſſet. Anno Dominicæ incarnationis COOLXIIII. eiq; ab eius partis fautoribus Benedictus Diac. ſuffectus eſt. Quo ab Imp. capto, atque priuato, Leo VIII. ſanctiſs. uir ſuæ ſedi reſtitutus eſt, qui harum ſeditionum Romanorum & leuitatum pertæſus, omnem eligendi Rom. Pont. authoritatem à Clero P. Q. R. ad Imp. Synodo habita transtulit, Hadrianum I. imitatus, qui id quoque CAROLO MAGNO Francorum regi conceſsit. Poſt hæc autem non longè poſt in pace migrauit ad Chriſtum, die XVI. Cal. Aprilis. Anno Dominicæ Natiuitatis COOLXV. Cadauer eius in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit Rom. ſedes menſes ſex, & dies quindecim, dum pro noui Pont. electione nuncij ad Imp. in Germaniam directi, reuerterentur.

BENEDICTVS V. NVM. CXLIIII. AN. CHRISTI COOLXIIII.

BENEDICTVS V. natione Italus, patria Romanus, ex S. R. E. Diacono Card. in ſchiſmate contrà Leonem VIII. à PP. Ioannis XII. mortui fautoribus electus ſedit menſem unum, & dies XI. creatus Romæ die obitus Papæ Ioannis XII. hoc eſt, pridiè Idus Maii, coactus ab IMP. CAES. OTHONE AVG. qui cum maximo exercitu ad Vrbem uenerat, abdicauit, die VIII. Cal. Iulii. Anno eodē COOLXIIII. & Leo VIII. Pont. Max. ſuā ſedem recepit.

SCHISMA X. IN ECCLESIA ROMANA INTER LEONEM VIII. ET BENEDICTVM V.

IOANNES XIII. NV. CXLV. AN. CHR. COOXLV.

IOANNES XIII. natione Italus, patria Romanus, ex patre Ioanne Epiſcopo, iuſſu IMP. OTHONIS, primò à Clero S. P. Q. R. quùm eſſet Epiſcopus Narnieñ. Romanus Pont. creatus eſt, die VI. Nonas Octobr. ſedit in Petri cathedra SVB EODEM, ET FILIO EIVS OTHONE II. AVGG. annos ſex, menſes XI. & dies V. Hic Pont. factus, quùm ſtatim maiores Rom. elatiori animo (quàm oporteret) inſequeretur, eos breui infeſtos, & inimiciſsimos ſibi reddidit. Quamobrem ab Vrbis præfecto, & quodam Rofredo Campaniæ Comite cōprehenſus, Vrbe exactus eſt, & in Cāpania cuſtodiæ mancipatus. Hoc audiens Imp. Otho in Italiam uenit. Et quùm ad Vrbem applicuiſſet, timens præfectus Imp. aufugit. Imp. uerò ex maiorib. Ciuib. qui authores ſeditionis contrà PP. Ioannem fuerant capiens, omneis laqueo necauit, & PP. Ioannem ſuę ſedi reſtituit. Inde Synodo habita PP. Ioanni XIII. Vrbem, & Hexarchatum Rauennę (quæ Ro. Eccleſię ablata fuerant) denuò reddidit. Quibus

Digitized by Google

bus actis P P. cum gaudio in Vrbem reuerſus eſt, Petrumque præfectum Vrbis captum, omnium malorum originem, diù cum ignominia per publica Vrbis loca trahi fecit, ac uirgis cædi, poſtmodum in exilium miſit. Vltus igitur Papa omneis iniurias ſibi illatas, non longè poſt mortuus eſt. Cadauer eius in Baſilica S. Petri uia Oſtienſi ſita propè portam, ſepultum eſt. VIII. Id. Septembr. Anno Dominicæ Natiuitatis CCCLXXII. Vacauit Rom. ſedes dies quatuordecim.

BENEDICTVS VI. NV. CXLVI. ANNO CHRISTI CCCLXXII.

BENEDICTVS VI. natione Italus, patria Romanus, ex patre Hiltiprando, IMP. CAES. OTHONE IVNIORE AVG. Sedit in Petri cathedra annum unum, menſes ſex, creatus XII. Calend. Octobr. Hic à Cynthio quodam Theodori filio comprehenſus, in Hadriani mole (quam S. Angeli Caſtrum nunc uocant) recluſus authore Francone, qui ei in Pontificatu ſucceſsit, ſtrãgulatus eſt XIIII Cal. Aprilis. Anno Dominicæ Natiuitatis CCCLXXIIII. Vacauit ſedes dies decem. Eius cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. De tanta iniuria nullam ſumptam eſſe uindictam uel à ciuib. Rom. aduerſæ factionis, uel ab Imp. Othone Aug. non poſſum non admirari, præſertim quùm Otho ipſe uir optimus ſit habitus, & Eccleſiæ Rom. defenſor acerrimus. Sed forte talia fuerunt Benedicti P P. merita, quale præmium ab initio conſequutus eſt. Veriſimile eſt Othonem hunc iuniorem, & iam Imp. nouum, tantam rem animaduertere non potuiſſe.

BONIFACIVS VII. NVM. CXLVII. AN. CHR. CCCLXXIIII.

BONIFACIVS VII. natione Romanus, prius Franco nuncupatus, Ferucij filius, S.R.E. Diac. Card. Sedit IMP. OTHONE IVNIORE AVG. annum unum, menſem unum, & dies XII. creatus, occiſo Benedicto VI. pridie Calend. Aprilis. Huius fraude & dolo Benedictus P P. VI. à Cynthio captus eſt, ac ſtrangulatus. Quo mortuo, quùm Apoſtolicam ſedẽ per annum & menſem inuaſiſſet, coactus à Benedicto VII. (qui tunc magnæ exiſtimationis Card. in Vrbe habebatur) abdicauit, & magno aſſumpto theſauro, omneis Eccleſias ornamentis ſuis expolians, Conſtantinopolim fugit. Die V. Id. Maij: Anno Dominicæ Natiuitatis CCCLXXV. Vacauit eo fugato ſedes uiginti dies, dum ſucceſſor quæritur.

BENEDICTVS VII. NVM. CXLVIII. AN. CHRISTI CCCLXXVI.

BENEDICTVS VII. natione Italus, patria Romanus, DEVSDEDIT filius, Epiſcopus Sutrinus, pulſo atque in exilium acto, cum ſocijs eius factionis, Bonifacio VII. ſedit IMP. CAES. OTHONE IVNIORE AVG. in Petri cahedra annos nouem, menſem unum, dies XII. creatus omnium ſuffragijs VII. Calend. Iunij. Hic Pont. magni animi & ſpiritus uir fuit. Pulſo enim Francone ſedis Apoſtolicæ inuaſore Pont. creatus eſt, ſtatimq; animum ad componendos Eccleſiæ Rom. mores iam labefactos, conuenit. Monaſteria multa à ſolo uel reſtituit, uel fundauit, inter quæ Monaſterium S. Crucis in Hieruſalem, cum Baſilica uetuſtate collabente, additis Monachis in integrum reſtituit. Non longè uerò poſt plenus bonis operibus Romæ mortuus eſt die VI. Id. Iulij. Anno Dominicę Natiuitatis CCCLXXXIIII. Cadauer eius in Baſilica S. Crucis in Hieruſalem ſepultum eſt. Vacauit ſancta Romana ſedes eo mortuo dies tantummodo quinque.

IOANNES XIIII. NVM. CXLIX AN. CHRISTI CCCLXXXIIII.

IOANNES XIIII. Ciuis & Epiſcopus Papien. natione Inſuber, IMP. CAES. OTHONE III. AVG. ſedit in Petri cathedra menſes octo, & dies duos. Hic à Bonifacio VII. (Conſtantinopoli audita Benedicti VII. morte) Romam reuerſo, adnitentibus propinquis ſuis Ciuibus Rom. captus, in mole Hadriani, ut in publica cuſtodia, incluſus eſt. Vbi tamdiù pædore carceris, inedia, & animi moleſtia maceratus eſt, quoad uitam turpiter finiret. Nec deſunt, qui ſcribant eum Bonifacii ipſius iuſſu, quùm per aliquot dies in mole detentus eſſet, necatum fuiſſe. Vtcunque eſt, ſatis conſtat eum in carcere mortuum fuiſſe, XVII. Calend. Aprilis. Cadauerque eius in Baſilica S. Petri Apoſtoli ſepultum. Anno Dominicæ Natiuitatis CCCLXXXV. Non uacauit ſedes. Nam eo in carcere poſito:

BONIFACIVS VII. ITERVM PP. NVM. CL.

ANNO CHRISTI CCCLXXXV.

BONIFACIVS VII. Franco, Ferrucij filius, primum appellatus, iterum Pontificatum Rom. ui obtinuit, menſes quatuor, & dies ſex à die abrogationis Ioan. XIIII. uidelicet à Calendis Aprilis ad diem XII. Calendas Auguſti eiuſd. anni CCCCXCV. quo mortuus eſt, & Cadauer Laterani ſepultum. Hic tanto odio ab omnibus propter tot ſcelera proſequutus eſt, ut eius cadauer lanceis & gladiis perforatum unco per totam Vrbem traxerint, donec proiectum in Campo Lateraneñ. Clerici eius Eccleſiæ die ſequenti miſericordia com moti, ſepelirent.

SCHISMA XI. IN ECCLESIA ROMANA INTER IOAN. XIIII. ET FRANCONEM.

IOANNES XV. NVM. CLI. ANNO CHR. CCCXCV.

IOANNES XV. natione Italus, patria Romanus, Leonis presbyteri filius, de uico dicto Gallinæ albæ, IMP. CAES. OTHONE III. AVG. Sedit in Petri cathedra annos nouem, menſes ſeptem, & dies decem. creatus Calendis Auguſti. Hic Pontificatum adeptus miro odio in Clericos exarſit, unde meritò, & ab ipſis odio habitus eſt, maximè uerò quòd humana diuinaq; omnia cognatis, & affinibus ſuis elargiebatur, poſthabito Dei honore, & Romanæ ſedis dignitate; quem errorem ita poſteris tradidit, ut ad noſtram quoque ætatem peruenerit, qua quidem conſuetudine nihil certè perniciofius dici poteſt, quùm non ob religionem & Dei cultum appetere Pontificatum noſtri Sacerdotes uideantur, ſed ut fratrum, nepotum, familiarumque ingluuiem, & auaritiam expleant. Mortuus uerò eſt hic PP. die VI. Id. Martij. Anno Dominicæ Natiuitatis CCCXCV. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit S. Romana ſedes dies ſeptem.

IOANNES XVI. NVM. CLII. AN. CHRISTI CCCXCV.

IOANNES XVI. natione Italus, patria Romanus, ex patre Roberto, IMP. CAES. OTHONE III. AVG. Sedit in Petri cathedra menſes treis, dies VI. creatus XV. Calendas Aprilis. Fuit hic Ioannes uir multæ doctrinæ, ut qui multa quidem, & eleganter ediderit. Agitatus deinde ſeditionibus à Creſcentio Cos. Rom. Imp. Vrbis ſibi uendicare conanti, cupiditati hominis cædens, exulatum in Thuſcos abiit. Creſcentius uerò Pont. indignatione cognita percitus, & ueritus ne Othonem cum exercitu in Italiam reuocaret, ipſius Pont. cognatos, & amicos qui in Vrbe remanſerant rogatum ad hominem mittit, ut omiſſa Othonis accerſendi cura, ad Vrbem cum poteſtate redeat, polliceturque ſe in omnibus rebus ei obtemperaturum. Precibus uerò ſuorum motus Ioannes, ueritus eſt, ne, ſi Otho cum exercitu Italiam ingrederetur, plus maleficii quàm beneficii ſecum adferret, ad Vrbem ueniens, prodeunte obuiam Creſcentio cum omnibus Magiſtratibus, & Vrbana multitudine, in ædē Lateraneñ. magno cum comitatu introducitur, cuius in Veſtibulo Creſcentius, & omnes ſeditionis authores petita uenia pedes exoſculati ſunt. Otho interim in Italiam euocatus Romam aduenit, quo tempore Pont. graui infirmitate detentus, mortuus eſt. die IX. Calendas Iulii. Anno Dominicæ Natiuitatis CCCXCV. Othone in Vrbe exiſtente. Cadauer eius in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Non uacauit ſedes.

GREGORIVS V. NVM. CLIII. AN. CHRISTI CCCXCV.

GREGORIVS V. prius appellatus Bruno, natione Germanus, prouincia Saxonia, Regio Francorum regum genere oriundus, patre Othone, matre Iuditha, ac Imp. Othonis IIII. affinis, eius iuſſu ſeu ſuaſu à Clero, S. P. Q. R. electus in Papam, die obitus Ioannis XVI. uidelicet IX. Calendas Iulias. Sedit in Petri cathedra IMP. CAES. OTHONE III. AVG. menſes VII. dies XXV. Hic Pont. propter largas eleemoſinas, & alia bona, quibus claruit, MINOR GREGORIVS appellatus eſt. Abeunte autem ex urbe Imp. Othone, ſeditionibus Romanorum, & præſertim Creſcentii cos. exagitatus, in Germaniam profectus eſt. Quo

eſt. Quo tempore Creſcentius ex Romanorum conſenſu Ioannem quendam natione Græcum Epiſcopũ Placentinum, non minùs pecunioſum quàm doctũ Pontificem creauit. Cuius nomen inter Pontt. ſupprimitur, tanquam minùs legitimè creati, licet quidam eum XVII. uocent, quòd Cleri, pop. que Rom. conſenſu (ad quos electio ſpectabat) Pontificatum iniſſet. Hoc audiens Imp. Otho III. cum maximo exercitu in Italiam uenit. Vrbem Romam capit, Creſcentiumque necat, ac Ioannem oculis priuatum in exilium in Germaniam miſit. In priſtinam igitur ſedem Gregorius XI. à quo exactus fuerat, menſe reſtitutus, Othonem Imp. beneficii memor iũctum diademate imperiali redimiuit, ac Auguſtum appellauit. Non longè autem poſt bonis operibus plenus Romæ mortuus eſt die XII. Calendas Martii. Anno Dominicæ Natiuitatis CCCCXCVIII. Cadauer eius in Baſilica principis Apoſtolorum iuxta corpus beati Gregorii I. ſepultum eſt. Vacauit ſedes Rom. menſes octo, & dies decem.

IOANNES XVII. NVM. CLIIII. ANNO CHRISTI. CCCCXCVI.

IOANNES natione Græcus, ex Epiſcopo Placentino Creſcentii & Romanorum ſtudio in ſchiſmate contrà Gregorium V. creatus, ſedit circiter menſes decem, quos pecunia corrupiſſe ferebatur. Otho uerò Gregorii iniuriam ulturus magno collecto exercitu ad Vrbem properat, eamque uallo cinctam diu obſedit. Quumque pop. Rom. Imp. impetum ferre non poſſent, portas Vrbis ei aperiunt. Creſcentius uerò & Ioannes in molem Hadriani à ſe prius munitam conſcendunt. Hinc eſt, quòd ea moles aliquando Caſtrum Creſcentii appellatum eſt, ubi dum acriter obſiderentur, propoſita ſpe ueniæ in manus hoſtium ſe dedunt, ex his Creſcentius ſtatim occiſus, Ioannes uerò exoculatus in exilium in Germaniam actus eſt, ubi non longè poſt dolore confectus deceſſit. Huius, quoniam ui, & contra Canones Pontificatum Rom. inuaſit, in nominis numero ratio habita nõ eſt à tribus Pontificibus ſucceſſoribus, qui Ioannis nomen habuere, nec in numero Romanorum Pontificum receptus eſt.

SCHISMA XII. IN ECCLESIA ROMANA INTER GREGORIVM V. ET IOANNEM XVII.

SILVESTER II. NVM. CLV. AN. CHR. CCCCXCVIII.

SILVESTER II. natione Gallus, prouincia Aquitania, profeſsione Monachus Benedictinus Monaſterii Aureliani diœceſis Floriaceñ. ante Gerebertus appellatus, iuſſu IMP. OTHONIS III. PP. à Clero S. P. Q. R. creatus eſt, die Calend. Nouembr. Sedit ſub eodem Imp. Annos IIII. menſes VI. dies XII. Hunc malis artibus adeptum fuiſſe Pontificatum ſcribunt. Hic enim adoleſcens, & monachus factus relicto Monaſterio Diabolum (cui ſe totum tradiderat) ſequutus eſt. Hiſpalim uerò in Hiſpaniam ueniens, bonarum artium diſcendarum cauſa, adeò profecit, ut breui ex diſcipulo optimus præceptor euaſerit. Maximoſque diſcipulos habuit, Othonem poſteà Imp. Robertum Francorum regem, & Lotharium nobiliſs. Ducem, qui poſteà factus fuit Archiepiſcopus Senonenſis. Gerebertus autem ambitione, & diabolica dominandi cupiditate impulſus, largitione primò Archiepiſcopatum Remeñ. adeptus, inde Rauennatem, Pontificatum poſtremò maiore conatu adiuuante Diabolo, per uiam Othonis Imp. conſequutus eſt, hac tamen lege, ut poſt mortem totus illius eſſet, cuius fraudibus tantam dignitatem adeptus erat. Nam quùm regnandi cupidus Gerebertus ſciſcitaretur Diabolum, quamdiu in Põtificatu uicturus eſſet, reſpondit (ut ſolet) ambiguè; Si non attigeris Hieruſalem, diu uiues. Dum autem die IIII. Id. Maii. Anno Domini MIII. indictione prima in Baſilica S. crucis in Hieruſalem ſacra faceret, fato moriturum ſe ſtatim cognouit. Vnde pœnitentia motus ſtatim coram omni populo omnia faſſus eſt, & pœnitentia ductus Deum, ut ſibi parceret, implorare non deſtitit. Demum moriens corpus ſuum bigæ ſuperimponi iuſsit, eoque loci ſepeliri, quò ſponte ab equis uectum foret. Ferunt equos ipſos Dei nutu, & prouidentia (ut ſcelerati ſciant apud Deum locum ueniæ ſibi relictum eſſe. quoties pœnituerint in uita) ſponte ad Lateraneñ. Baſilicam perueniſſe, in qua corpus eius ſepultum eſt marmoreo (quod adhuc extat) ſepulchro, cum Elogio nil harum rerum continente, quæ omnia ficta eſſe libenter exiſtimarim. Vacauit eo mortuo S. Petri ſedes dies XXIII.

Digitized by Google

IOANNES XVII. NVM. CXXVII. AN. CHR. ꝏIII.

IOANNES XVII. (nam eius qui in ſchiſmate cum Gregorio V. creatus fuit ratio habita non eſt in nominis numero) natione Italus, patria Romanus, uico Biberatica ignobiliſsimus, cognomine Sicco, IMP. CAES. HENRICO II. AVG. Sedit menſes quinque, & dies XXVI. ob eius Pontificatus breuitatem nihil ab eo, uel à quopiam alio memoria dignum geſtum fuiſſe ſcribitur, niſi quod illo ſemeſtri Pontificatu multa prodigia apparuere, futura mala indicantia. Viſus & Cometes, & terræ motu multæ Vrbes concuſſæ. Obijt Poſt hæc Papa Ioannes XVII. Romæ, pridie Calendas Nouembr. Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏIII. Sepultum Cadauer in Eccleſia S. Sabinæ in monte Auentino. Vacauit ſedes Romana dies decem, & nouem.

IOANNES XVIII. NVM. CLVII. AN. CHR. ꝏIII.

IOANNES XVIII. cognomento Phaſanus, natione Italus, patria Romanus, de uico Portæ Mothodij IMP. CAES. HENRICO IVNIORE AVG. Sedit in Petri cathedra annos quinque, menſes ſeptem, dies treis, creatus XIIII. Calendas Ianuarii. Hic Pontificatum iniens, ad ocium conuerſus, nil dignum memoria geſsit, quod maximè laudari poſsit. Aliquot Eccleſias præ uetuſtate corruentes eum reparaſſe quidam ſcribunt. Monachorum & præcipuè Caſsinenſium, quibus multa priuilegia conceſsit, maximus amator. Mortuus eſt Romæ XII. Calendas Auguſti. Anno ꝏVIIII. Cadauer eius in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit S. Romana ſedes dies XXX.

SERGIVS IIII. NV. CLVIII. AN. CHR. ꝏIX.

SERGIVS IIII. natione Italus, patria Romanus, ex patre Martino, IMP. CAES. HENRICO IVNIORE AVG. Sedit in Petri cathedra annos duos menſes nouem, & dies duodecim, creatus XII. Calendas ſeptembris. Hic Pont. uir ſanctiſs. uitæ gratæque conſuetudinis tàm ante Pontificatum, quàm in ipſo magiſtratu fuit, in pauperes liberalis, in amicos & familiareis iucundus, in delinquentes clemens, in contumaces modeſtus. Tantæ præterea prudentiæ fuit, ut toto ſuo Pontificatu nil commiſſum ſit, quo merito reprehendi gubernantis negligentia poſsit. In Deum enim mentem omnem conuertens (quod facere Pontifices omnes deberent) iuſtè atque integrè omnia, ex animi ſui ſententia bene natura & moribus inſtituti gubernabat. Interea uerò huius Conſilio ac monitionibus Principes Italiæ compoſito fœdere, conſilia ineunt pellendi Saracenos ex Sicilia inſula, quam per multos annos detinuerant, quod & factum eſt authoribus expeditionis Gulielmo Ferebrach, et fratribus Tãcredi magni Germanorum Ducis filijs, ac MOLOCHO Duce Græcanici exercitus pro Imp. Conſtantinopolitano. Interim uir Venerabilis PP. Sergius IIII. Romæ mortuus eſt die Calendarum Iunnij. Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏXII. Vacauit tum Romana ſedes dies octo.

BENEDICTVS VIII. NVM. CLIX. AN. CHR. ꝏXII.

BENEDICTVS VIII. natione Italus, patria Tuſculanus, ex Gregorio patre nobili ac uetuſta familia oriundus. IMP. CAES. HENRICO II. AVG. Sedit in Petri cathedra annos undecim, menſes X. & dies XXI. creatus IIII. Id. Iunias. Hic Henricum Imp. Imperiali diademate inſigniuit Romæ, in Baſilica S. Petri, quem in omnibus rebus defenſorem habuit. Quo poſtmodum mortuo, Benedictus ipſe VIII. per ſeditionem alio in eius locum ſuffecto, Vrbe expellitur. Verum non longè poſt inita cum minimis ſuis concordia, pulſo adulterino Pont. in Vrbem cum dignitate rediens, moritur pridie Calendas Maij. Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏXXIIII. Cadauer eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Non uacauit eo mortuo ſancta Romana ſedes, nam ſtatim in eius locum Ioannes frater eius Pont. Rom. factus eſt. Petrus Damiani refert Epiſcopum quendam quodam die in ſolitudine uidiſſe Benedictum equo nigro inſidentem, cumque interrogaſſe, quid cauſæ eſſet, quur mortuus equo nigro illo ueheretur, tum Benedictum hominem rogaſſe, ut pecunias, quas occultauerat, (& locum indicauit) pauperibus ſuo nomine erogaret, quæ ante datæ fuerant eleemoſinarum nomine, nil ei profuiſſe, quia ex rapinis partas conſtabat.

Fecit

Digitized by Google

Fecit mandata Epiſcopus, ac ſtatim Epiſcopatu ſe abdicauit, & uitam cucullumque monaſticum uſque ad mortem in monaſterio Caſsineñ. amplexus eſt.

IOANNES XIX. NVM. CLX. ANNO CHRISTI. ∞XXIIII.

IOANNES xix. (ita enim ipſe ſe in diplomatibus ſuis appellat, quæ uidi & quorum exemplaria apud me ſunt) uerùm xx. uulgo appellatus, quod xvii. Ioannem Epiſcopum Placentinum connumeret, qui ab horum temporũ Pontificib. reiectus eſt, natione Italus, patria Tuſculanus, ex patre Gregorio Benedicti ſuperioris Papę frater germanus. IMP. CAES. CONRADO AVG. ſedit in Petri cathedra annos octo, menſes ſemptem, & dies nouem, creatus pridie Calend. Maij. Pont. Rom. quùm eſſet S. R. E. Epiſcopus Card. Portueñ. Hic Papa Conradum Imp. benedictione imperiali Aug. appellauit, qui Romanos minis terruit, Ioannem Pont. infeſtantes, exitium quoque interminatus, niſi à uexando Pont. quieſcerent. De eo præterea nihil memoria dignum habetur. Mortuus eſt Romæ die vi. Id. Decembris Anno Dominicæ Natiuitatis ∞xxxii. Cadauer in Baſilica S. Apoſtolorum Principis Petri ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo S. Romana ſedes dies tantummodo duos.

BENEDICTVS IX. NV. CLXI. AN. CHR. ∞XXXII.

BENEDICTVS ix. prius Theophilactus appellatus, natione Italus, patria Tuſculanus, ex patre Albertio Benedicti viii. ac Ioann. xix. Rom. Pont. ex tertio eorum fratre Alberto nepos, IMP. CAES. CONRADO AVG. Sedit annos duodecim, menſes quatuor, & dies uiginti, creatus iiii. Id. Decembris. Fuit hic Pont. homo ignauus, & nullius precij, ambitione, largitione, affinium potentia, & duorum Pontificum patruorum ſuorum authoritate magis, quàm quòd dignus tanto magiſtratu eſſet, Pont. factus qui quùm indies modo hunc, modo illum Romanos uexaret, tandem facta multorum conſpiratione, poſt longam patienter latam huius Pont. ignauiam, ſede ſua pulſus eſt. Anno Domini, ∞xlv. & eo anno die xiii. Calend. Februarij Ioannes Epiſcopus Sabineñ. in eius locum Rom. Pontifex factus, Silueſter iii. appellatus eſt. Benedictus autem collecta hominum agreſtium & amicorum ex Tuſculo multitudine, Romam ueniens Silueſtrum ex Patriarchio Lateraneñ. pellit, denuoque ſua ſede potitur, qui ad S. Petrum ueniens, Epiſcopium illud ui tenuit. Interim Benedictus Pontificatu recepto quùm cerneret ſe iterum eadem diſcrimina ſubiturum, Ioannem presbyterum Card. tt. S. Ioãnis ante Portam Latinam in coadiutorem primò aſſumit, moxque accepta pecunia mille librarum Turoneñ. ei Pontificatus iura nomine Pontificali tantum retento conceſsit, atque Patriarchium, quod erat apud S Mariam maiorem incolendum tradidit, ipſe in Patriarchio Lateraneñ. permanens ſuas uoluptates & delitias expleturus. Hanc ob rem meritò ab omnibus Benedictus ipſe accuſatus eſt, & iudicio diuino damnatus. Cõſtat enim ſimulachrum eius admodum monſtruoſum cuidam apparuiſſe, interrogatumque, quid illa horrida imago præſeferret, quùm anteà Pont. fuiſſet, Quia (inquit) in uita ſine lege & ratione uixi, ideò Deo, & Petro uolentibus, cuius ſedem tot probris inquinaui, ſimulachrum meum plus feritatis quàm humanitatis in ſe habet.

SILVESTER III. NVM. CLXII. AN. CHRISTI. ∞XLV.

SILVESTER iii. natione Italus, patria Romanus, ex Epiſcopo Sabineñ. in Schiſmate pulſo Benedicto, quorundam Romanorum ſtudio creatus ſedit dies xlix. ſine impedimento, prius Ioannes appellatus. Hic Patriarchium Lateraneñ. tenens à Benedicto pulſus Baſilicam & Palatium S. Petri occupauit, atque armis aliquo tempore tenuit, Pontificatus nihilominus Iura exercens.

GREGORIVS VI. NV. CLXIII. AN. CHR. ∞XLV.

GREGORIVS vi. natione Romanus S. R. E. presb. Card. Hic ante uocabatur Gratianus, uir bonus & uenerabilis, qui Romanæ Vrbis ſtatum miſeratus, quùm tres inuaſores uidelicet, Benedictus Laterani, Ioannes apud S. Mariam maiorem, & Silueſter apud S. Petrum ſedem Apoſtolicam fœdarent, atque ad maioris miſeriæ cumulum flagitioſiſsimam uitam & omnibus probris cõtaminatam ducerent, Zeloque pietatis ductus, omnes tres adijt,

eoſque

Digitized by Google

eosq́ue à ſancta ſede cædere pecunia perſuaſit , Benedicto redditibus Angliæ, quia maioris auctoritatis uidebatur eſſe , relictis. Ob hæc à cuncto Clero S. P. Q. R. tanquàm Eccleſiæ Dei liberator die Calend. Maij Pont. max. factus eſt , ac Gregorius appellatus. Seditq́ue in Petri cathedra annum unum , & menſes ſeptem , & dies XXI. IMP. CAES. HENRICO III. AVO. Qui his auditis expeditionem in Italiam mouit, ac ad Vrbem properans Sutrium uenit, ubi Gregorius Pont. ipſi occurrit, ibiq́ue congregata Synodo Imp. Henricus Gregorium Papam Pontificatu priuauit hæreſis Symoniacæ prætextu, die XIII. Calend. Ianuarij. Anno Domini ∞XLVI. tanquàm in exilium in Germaniam miſit. Cui Suidegerum Bambergeñ. Epiſcopum Clementem II. appellatum omnium conſenſu ſubſtituit , omnesq́ue tam Clericos quàm Romanos in uerba ſua iurare coegit, ſe Pont. nunquàm electuros , niſi quem ipſe dediſſet. Videbat enim Imp. eò licentiæ factioſum quemque & potentem quamuis ignobilem deueniſſe, ut omnium ſuffragijs corruptis tantam dignitatem conſequi auderet , quæ non niſi ſanctiſsimis hominibus demandari deberet. Quid autem Benedicto VIIII. acciderit, paulò poſt explicabo. Quid uerò Silueſtro ac Ioanni euenerit, incertum. Credibile eſt Silueſtrum ad ſuum Epiſcopatum, Ioannem uerò ad ſuum Titulum rediſſe. Gratianum uerò Alpeis tranſcendentem ſequutum fuiſſe tradunt Hiltprandum , qui poſt PP. Gregorius VII. fuit, ſic ob eius memoriam ſe appellans. Cui iſta cauſa, in qua principis præualuit ſententia, ualde diſplicuit, ac ſemper (dum potuit) authoritatem, quam Imp. ſibi occupauerat, de Creandis Epiſcopis oppugnare non deſtitit. Demùm Pont. Rom. factus multa ſuper hac re fecit, de quibus ſuo loco.

SCHISMA XIII. IN ECCLESIA ROMA. INTER TREIS PONT. BENEDICTVM, SILVESTRVM, ET IOANNEM.

FINIS PRIMAE PARTIS.

ROMANORVM PONT. ET CARD. SVCCESSIVE ELECTORVM HISTORIAE.

PARS SECVNDA.

CLEMENS II. NVM. CLXIIII. ANNO CHRISTI ꝏXLVI.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. DOMINVS NOSTER CLEMENS II. PONTIFEX MAXIMVS, GERMANVS, SAXO. SVIDEGERVS, qui ſexto iam anno Bambergeñ. regebat Eccleſiam, natione Germanus, ex Saxonia prouincia, HENRICI III. NIGRI IMP. Cancellarius, alioquin obſcuris natus parentibus; Sueri, ex Synodi ibidem cõgregatæ ab eodem HENRICO ſententia: abrogato tanquam Symoniaco Gregorio VI. Imp. iuſſu, à Cardinalib. Clero S. P. Q. R. qui eodem conuenerant, die XII. Cal. Ianuarij, Pont. Max. creatus eſt. Henricus enim in ea Synodo primò Romę, deinde poſt acceptum Imperij diadema, Romanos in uerba ſua iurare coëgit, Pont. Rom. ſe neminem accepturos, ac conſecraturos, niſi quem ipſe dediſſet. Videbat enim Imp. factioſum quemque, & potẽtem, quamuis ignobilem, eò licentiæ deueniſſe, ut corruptis ſuffragijs tantam dignitatem conſequeretur, quæ certè niſi ſeueritate, & doctrina benemeritis, uolente Deo demandari cuipiam non deberet. Simul quoque hoc Romanorum ſaçramento. Imp. iura, quæ in electione Rom. Pont. ac diſpoſitione ſedis Apoſtolicæ habebat, conceſſa ab Hadriano I. Carolo Magno, & à Leone VIII. Othoni I. recuperauit. Clemens uerò PP. ſtatim creatus, ſedit in Apoſtolica ſede menſes nouem, & dies ſexdecim.

CORONATIO PP. CLEMENTIS.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ꝏXLVI. die VIII. Calend. Ianuarij, ſolennitate Natalis Domini, Romæ PP. Clemens II. in Pontif. Rom. aſſumptus, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

CLEMENS


Digitized by Google

CLEMENS PP. II. NVLLOS CREAVIT CARDINALES.

OBITVS PP. CLEMENTIS II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞XLVII. die VII. Id. Octob. PP. Clemens II. Romæ mortuus eſt, ueneno (ut quidam ſcribunt) ſublatus. Cadauer Bambergam ad Epiſcopatum ſuum delatum, ibidem honorificè conditum eſt, in cathedrali. Vacauit eo mortuo ſedes Rom. menſes nouem, & dies ſeptem. Quo tempore Benedictus IX. Tuſculanus, iam Põtificatu exactus, iterum in Vrbem ueniens, Pontificatum ui tenuit menſes octo, & dies nouem, uidelicet à die V. Id. Nouembr. uſque ad diem XV. Cal. Auguſti. Quo die, quùm ab Imp. electus in Vrbem pro conſecratione aduenißet, abdicauit dignitatem, & PP. factus eſt.

DAMASVS II. NV. CLXV. AN. CHR. ∞XLVIII.



IN NOMINE DEI SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. DAMASVS II. PONT. MAX. BAVARVS. Poppo Bagniarius, Bagniarij filius, Germanus, ex Bauaria oriũdus, homo ignobilis, uir alioquin & uerſutus, & aſtutus, Epiſ. Brixieñ. & Patriarcha Aquilegieñ. Clementi II. Saxoni ſucceſsit. Mortuo enim Clemente II. ſtatim Clerus Populusq; Rom. iuxtà ſacramenti fidem Legatos ad IMP. HENRICVM III. in Germaniam miſerunt, qui eis Pont. eligeret, electumque pro conſecratione Romam mitteret. Imp. uerò hunc Popponem elegit, qui Romã ueniens, pulſo Benedicto IX. Sedis Apoſtolicæ inuaſore, Pont. Rom. à Cardinalibus, Clero. S.P.Q.R. ſalutatus, ac conſecratus. Sedit autem tantum dies uiginti treis.

CORONATIO PP. DAMASI II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞XLVIII. die XVI. Calend. Auguſti Damaſus II. Romæ in Baſilica principis Apoſtolorum ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, quùm in Pontif. Rom. ab Imp. Henrico creatus eſſet, & à Clero & Pop. acceptus.

PP. DAMASVS II. NVLLOS CREAVIT CARDINALES.

OBITVS PP. DAMASI II.


ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞XLVIII. VI. Id. Auguſtus, Præneſte (quò ſe animi recreandi cauſa cõtulerat) PP. Damaſus II. mortuus eſt, ueneno (ut multi credunt) potionatus, quòd contrà Cleri & Pop. Rom. uoluntatem, uerum Imp. ui creatus eſſet. Cadauer Romam relatum, in Baſilica ſancti Laurentij extrà muros ſepultum eſt. Vacauit ſancta Romana ſedes menſes ſex, & dies quatuordecim, donec Rom. Legati ad Imp. in Germaniam euntes nouũ Pont. eligi procuraſſent ab Imp. quod factum eſt. Interim Benedictus IX. qui & Theophi-

laſtus

lactus iterum & tertio Pontificatu priuatus Romanam ſedem quartò inuaſit, eamque bonis omnibus reclamantibus menſes aliquot ui tenuit, donec ab Imp. nouus electus tranſmiſſus eſſet ex Germania Bruno, Francus, Tulleñ. in Leucis Epiſcopus, Leo IX. appellatus. Quo in Vrbem ueniente, Benedictus inuaſam ſedem relinquere coactus eſt, atque omnium conſenſu & uoluntate Rom. Pont. ab Imp. electus primò ipſe obtinuit.

LEO IX. NVMERO CLXVII. ANNO CHRISTI ↀXLIX.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. LEO IX. PONT. MAX. GERMANVS. BRVNO Francus, nobili Comitum de Dagſpurgo genere, ex Alſatia Germaniȩ prouincia oriundus, doctrina & religione & uitȩ ſanctimonia inſignis. Hic ante Rom. Pontificatum Tulleñ. in Leucis Epiſc. fuit. qui mortuo apud Præneſten prædeceſſore ſuo Damaſo II. ab IMP. CAES. HENRICO III. in Pont. Rom. deſignatus, Romam conſecrandus miſſus eſt, ubi omnium Cardinalium, Cleri. Pop. que Rom. ſuffragijs pridiè Id. Februarij Romȩ in Baſilica S. Petri in Pont. Max. ſuſceptus, ab Epiſcopis Cardinalibus conſecratus, & ab Archidiacono Rom. Eccleſiæ coronatus eſt. Sedit autem in ſacratiſs. ſede beati Petri Apoſtoli annos quinque, menſes duos, dies octo.

CORONATIO PP. LEONIS IX.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ↀXLIX. pridiè Id. Februarij Leo PP. IX. Romæ in Baſilica S. Petri ſuæ Coronationis inſignia ſuſcepit per S.R.E. Archidiaconum.

CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Leo IX. plureis fecit presbyterorum & Diaconorum Cardinalium ordinationes, ex quibus eorum ſubijcimus nomina, quorum memoriam ex tanta illorum temporum obſcuritate inuenire, & in lucem edere potuimus, ordinem temporis obſeruare non potuimus.

CARDINALES A PP. LEONE IX. CREATI.

CARDINALES EPISCOPI IIII.


1 HVBERTVS Tulleñ. Germanus, Monachus, ordinis S. Benedicti uir Sanctiſs. & doctiſs. Epiſc. Card. Syluæ Candidæ, aliàs S. Rufinæ. Hic fuit Apoſtolicæ ſedis Legatus, ſub PP. Leone IX. apud Conſtantinopolim, pro fide Rom. contrà Græcorum impietates.

PETRVS

Digitized by Google

2 Petrvs . . . . . . Epiſc.Card. Tuſculanus,obijt ſub Alexandro PP.II.
3 Bonifacivs . . . . Epiſc.Card. Albaneñ. mortuus eſt ſub eodem.
4 Ioannes Mincius,Rom.Epiſc.Card. Veliternus,poſt PP.Benedictus X.


III.




IIII.



V.




VI.




CRDINALES PRESBYTERI V.

5 Stephanvs . . . Monachus,Abbas SS. Gregorij & Andreę, in Cliuo Scauri presb. Card.tt.ſanct. . . . .
6 Hvgo Candidus,Rom.presb.Card.tt.S.Clemẽtis,priuatus à PP.Gregorio VII. quòd VVicperto Rauennati in ſchiſmate contrà ſe adhæſiſſet,obijt excommunicatus.
7 Ioannes . . . : Archipresb. S.Petri,presb.Card.in tt.S. . . .
8 Leo . . . . . Presb.Card.tt.S.Laurentij,qui appellatur Lucinæ,poſt S.R.E. Archipresbyter,obijt ſub PP.Vrbano II.
9 Maynardvs . . . Presb.Card.in tt.S. . . . . poſt Epiſc. Card. Syluæ Candidæ aliàs S.Rufinæ ſub Alexandro II.


VII.




VIII.



IX.



X.



XI.



CARDINALES DIACONI II.

10 Maynardvs Diaconus Card. in Diaconia S. Mariæ in Dominica poſt S. R. E. Archidiaconus. Mortuus eſt ſub PP. Nicolao II.
11 Fridericvs Lotharingus,Ducis Lotharingiæ filius,& magni Godefridi frater. Card. & S.R.E. Cancellarius, ac Apoſtolicæ ſedis cum Huberto Epiſcopo Syluæ Candidæ Conſtantinopolim Legatus,ſub PP. Leone IX. contrà Græcorum hæreſes, poſt PP. Stephanus IX.

HI SVNT NVMERO XI.

SIGNVM

Digitized by Google

SIGNVM PP. LEONIS IX.

MISERICORDIA DOMINI PLENA EST TERRA.

OBITVS PP. LEONIS IX.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞LVI die XIII. Calend. Maij, religioſus PP. Leo IX. Romę in Palatio Apoſtolico Lateraneñ. mortuus eſt. Cadauer eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt, quod miraculis claruiſſe fertur. Quo mortuo uaçauit ſancta Rom. ſedes, mẽſes XI. & dies uiginti unum, dum legati Romani ad Imp. in Germaniam pro nouo Pont. adipiſcendo, quorũ caput erat Hiltprãdus, Monachus, S.R.E. Subdiaçonus & Oeconomus pergerent.

EPILOGVS CARDINALIVM PP. LEONIS IX.

PP. LEO IX. aliquot ordinationibus undecim Cardinales creaſſe reperitur, uidelicet Epiſcopos quatuor, presbyteros quinque, & Diaconos duos.


Mortuo PP. Leone IX. Benedictus IX. qui & Theophilactus, Romanam ſedem tenuit V. ferè menſes undecim, donec ab Imp. nouus electus Victor II. tranſmiſſus Romam ueniſſet. Nam paulò poſt mortuus eſt, & in Baſilica S. Petri ſepultus.

VICTOR II. NVM. CLXVIII. AN. CHRISTI ∞LV.

1.







IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. VICTOR II. PONT. MAX. GERMANVS. GEBERARDVS, natione Germanus, prouincia Sueuia, de nobiliſsima Comitũ à KALVV familia, ac proſapia natus, Epiſ. Eyeſtateñ. in Bauaria, Imp. Henrici à conſilijs, diuinarum humanarumq; rerum peritiſsimus: mortuo PP. Leone IX. quùm Card. Clerus. S.P.Q.R. iuxtà fidem & iuſiurãdũ Imp. Henrico (ut ſupra uiſum eſt) data, Hiltprãdum Monachum S.R.E. Oeconomum & Subdiaconum, uirum ſagaciſsimum pro nouo Pont. petendo in Germaniam miſiſſent ad Imp. eiuſdem Hiltprandi petitione & Imp. uoluntate in Rom. Pont. electus eſt, ac Romam ueniens die Iduum Aprilis, anno (menſe) ab obitu PP. Leonis XI. ferè tranſacto, de conſenſu & uoluntate Cardinalium, Cleri pop. q; Rom. ſolenniter apud S. Petrum in Apoſtolica ſede inthronizatus eſt, in qua ſedit annos duos, menſes treis, & dies quatuordecim, ab eius uidelicet coronatione.

CORONATIO PP. VICTORIS II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ooLV. Idib. Aprilis Romæ in Baſilica Principis Apoſtolorum Victor II. PP. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit per Maynardum. S.R.E. Archidiaconum.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ooLVII. Pontificatus PP. Victoris II. anno III. die. . . . Iunij, idem Pont. Romæ Sabbato IIII. Temporum Pẽthecoſtes, fecit primam Cardinalium ordinationem, qua unum Cardinalem presbyterum ordinauit. Is fuit

1 FRIDERICVS Lotharingus, Diaconus Card. S. R. E. & Cancellarius, Monachus, Abbasque Caſsineñ. factus presbyter Card. in titulo S. Chryſogoni. poſt PP. Stephanus IX.


SIGNVM PP. VICTORIS IX.

. . . .

OBITVS PP. VICTORIS II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ooLVII. die VII. Calend. Auguſt. PP. Victor II. Florentiæ mortuus eſt. Eius cadauer in Eccleſia Cathedrali Florentina ſepultum. Vacauit ſedes dies ſex.

STEPHANVS IX. NV. CLIX. ANNO CHR. ooLVIII.



IN NOMINE DEI SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. STEPHANVS IX. LOTHARINGVS. FRIDERICVS, de nobiliſsima domo Ducum Lotharingiæ, Gothelonis Ducis filius, & Godefridi Magni Ducis Lotharingiæ frater, regio genere Francorum Regũ oriundus, natione Gallus, liberalibus diſciplinis à puerò inſtructus, & Eccleſiaſticis obſequijs traditus. Primò enim Canonicus apud Eccleſiam S. Lamperti in Lotharingia factus eſt, mox à beato PP. Leone IX. Diac. Car. & Apoſtolicæ ſedis Cancellarius creatus, Conſtantinopolim Legatus de latere cum Huberto Epiſcopo Syluæ Candidæ miſſus, Græcorum errores confutauit. Deinde in Vrbem reuerſus, mortuo Papa Leone IX. ad monaſterium Caſsineñ. profectus eſt, ubi ſumpto (quem à pueris ſemper amauit) religionis ſancti Benedicti habitu, ibidem ſanctiſsimè per aliquod tempus uitam tranſegit. Biennio autem ab eius ingreſſu uix exacto, Abbas Caſsineñ. omnium Monachorum conſenſu deſignatus, pro conſecratione autem (ut mos erat) ad Roma.

Digitized by Google

Roma. Pont. Victorem II. qui tum Florentiæ commorabatur, ueniens, ab eo non ſolum in Abbatem Caſsineñ. eſt conſecratus, uerùm etiam presbyter Card. in Titulo S. Chriſogoni ordinatus eſt. A quo, ad monaſterium ſuum Caſsineñ. profecturus, diſcedens, quùm Romam ueniſſet, ſtatim obitus PP. Victoris II. nunciatus eſt. Quapropter die ſexto uacantis ſedis, non expectata (ut mos inoleuerat) Imp. electione (Henricus. N. III. qui ſibi Romanorum Pontif. creandorum ius uendicauerat, paulò ante mortuus erat, & eius filius Henricus IIII. Imp. ſucceſſor, uix ſeptennis erat) Cardinalium tantum Romæ exiſtentium, Cleri & pop. Rom. ſuffragiis Romæ IIII. Nonas Auguſti Pont. Max. pronunciatus eſt, Stephanuſque IX. ideò appellatus, quòd die electionis eius S. Stephani Papę & martyris ſolẽnitas ab eccleſia colebatur. ſedit autẽ in Apoſtolica ſede tantũ menſes VII. & dies XXVIII.

CONSECRATIO ET CORONATIO PP. STEPHANI VIIII.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ꝏLVII. die III. Nonas Auguſti, altero poſt electionem PP. Stephanus IX. Romæ in Baſilica Principis Apoſtolorum in epiſcopum conſecratus ſuę coronationis inſignia ſuſcepit, per Maynardum S.R.E. Archidiaconum.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ꝏLVIII. die . . . . Martij, ſabbato quatuor Temporum Quadrageſimæ, Pontificatus anno primo, PP. Stephanus IX. Romæ fecit primam Cardinalium ordinationem, qua hi Cardinales creati ſunt numero VI.


CARDINALIS EPISCOPVS. I.

1 PETRVS Damiani Monachus Caſsineñ. ordinis S. Benedicti Epiſcopus Card. Oſtieñ.

CARDINALES PRESBYTERI TRES.

2 BRVNO . . . . . presb. Card. in Titulo S. Sabinæ poſt. S. R. E. Archipresbyter.
3 HVGOBALDVS . . . presb. Card. tt. Sanct. . . . . . obijt ſub PP. Vrbano II.
4 IOANNES S.R.E. . . presb. Card. tt. Sanct. . . . . obijt ſub eodem.

III.




IIII.



CARDINALES DIACONI II.

5 ALBERICVS Monachus Caſsineñ. ord. S. Benedicti uir doctiſs. Diaconus Card. ſanct. . . . .
6 PETRVS Monachus Caſsinas ord. S. Benedicti Diaconus Card. ſanct. . . . . . S. R. E. Cancellarius.

V.



VI.



F 2 EPILOGVS

Digitized by Google

EPILOGVS CARDINALIVM PP. STEPHANI XI.

PP. Stephanus IX. una hac creatione VI. Cardinales creauit. Epiſcopum unum, presbyteros III. & Diaconos duos.

SIGNVM PP. STEPHANI IX.

. . . .

OBITVS PP. STEPHANI IX.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ƆƆLVIII. die IIII. Calend. Aprilis Florentiæ mortuus eſt PP. Stephanus IX. cuius cadauer in Eccleſia Cathedrali Florentina ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo S. Romana ſedes dies tredecim.

BENEDICTVS PP. X. NV. CLXX. AN. CHR. ƆƆLVIII.




IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. BENEDICTVS X. PONT. MAX. IOANNES Mincius natione Romanus, ex patre Guidone, Veliternus Epiſcopus, ex qua urbe oriundus erat Card. à PP. Leone IX. factus. Hic mortuo Florentię PP. Stephano IX. tertiodecimo uacantis ſedis die Romę ſine conſenſu Cardinaliũ & Cleri, ſtudio Gregorij Lateranei. Comitis Tuſculaneñ. Gerardi Galereñ. & aliquot Nobilium Rom. pridiè Idus Aprilis uiolentè eſt in Apoſtolica ſede locatus, ſeu potius intruſus, ac eorundem Laicorum ſtudio in Baſilica Principis Apoſtolorum coronatus. In cuius electione quùm ipſi nullus Cardinalium ſubſcripſiſſet, imò omnes, qui Romæ erant, Vrbe fugiſſent, menſe decimo poſt (altero Cardinalium & Cleri ſuffragijs creato) Pont. maieſtatem abdicare coactus eſt, anno ſequenti poſt electionem ſuam, pridiè Calend. Februarij, quùm ſediſſet, ſeu potius Romanam ſedem inuaſiſſet, menſes nouem, & dies XX. mox à Nicolao II. qui eo abrogato Pont. factus fuerat, ſedi ſuæ reſtitutus, remanſit iterum Epiſcopus Card. Non uacauit ſedes eo Pontificatum abdicante, nam ante eius abdicationẽ creatus erat PP. Nicolaus II. Obijt Ioannes Mincius olim Papa Benedictus IX. ſub PP. Alexandro II. Cuius cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt.

NICO-

NICOLAVS PP. II. NV. CLXXI. AN. CHR. ↀLVIIII.

I.   II. 

IN NOMINE DEI SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. NICOLAVS II. PONT. MAX. GERARDVS cognomine Burgundio, natione Allobrox, ex Epiſcopo Florentino Senis in Thuſcia Pont. Rom. auctore Hiltprando S. R. E. tunc ſubdiacono & oeconomo, poſt Archidiacono in ſchiſmate contrà Benedictum x. creatus eſt. Benedicto enim. x. à laicis contrà Cardinalium & Cleri uoluntates, & ſententiam in Apoſtolica ſede haud longè poſt obitum PP. Stephani ix. intruſo, hoc Cardinales ægrè ferentes ipſum deſeruèrunt, Seniſq; in Thuſcia conuenientes, non expectata Imp. (ut mos aliquãdo erat) authoritate (puer enim octo annorum tunc erat Henricus IIII.) ipſum, ſicut & eius prædeceſſorem Stephanum ix. Pont. Rom. fecerunt. Qui ſtatim poſt electionem Romam uerſus iter accipiens, Sutrij ſubſtitit, ubi Concilio de forma electionis Rom. Pont. celebrato, Benedictus ſedis Apoſtolicæ inuaſor, ſeu conſcientia ſeu timore ductus, Papatum depoſuit, libereque ſedem Nicolao II. reliquit. A' quo, quùm Romam Nicolaus ipſe ueniſſet, inter Cardinales relatus eſt, ut prius erat, eique Epiſcopatus Veliternus relictus. Nicolaus autem II. liberè Pontificatum adeptus, ſedit ab eius electione, quæ fuit facta Senis Calen. Ianuarij ↀLIX. annos duos menſes ſex, & dies duos.

SCHISMA XIIII. IN ROM. ECCLESIA INTER NICOLAVM II. ET BENEDICTVM X.

CORONATIO PP. NICOLAI II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ↀLIX die . . . . Ianuarij PP. Nicolaus II. Romæ in Baſilica S. Petri ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit per Maynardum S. R. E. Archidiaconũ.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ↀLIX. Pontificatus PP. Nicolai II. anno primo, die . . . Martij ſabbato IIII. temporum. Quadrageſimæ PP. Nicolaus II. Romæ fecit primam Cardinalium ordinationem, qua hi Cardinales creati ſunt.


CARDINALES EPISCOPI II.

1 Ioannes . . . . Epiſcopus Card.Portueñ.qui mortuus eſt ſub Vrbano PP. II.
2 Ioannes . . . . Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus,mortuus ſub eodem.


CARDINALES PRESBYTERI II.

3 Dauſerius qui &Deſiderius ex principibus Beneuentanis Monachus & Abbas Caſſineñ.S.R.E.presbyter Card.tt.S.Cæciliæ.poſt Papa Victor III.
4 Petrus Monachus Caſsinas presbyter Card.tt.S.Chriſogoni ex Diacono Card.à PP. Stephano IX.creato S.R.E.Cancellarius.

III.




IIII.




CARDINALES DIACONI II.

5 Hiltprandus Soaneñ.Hetruſcus Monachus Cleriaceñ.ex S.R.E.œconomo,& Subdiacono S.R.E.Archidiaconus.poſt PP.Gregorius ſeptimus creatus.
6 Odeniſius Monachus Caſsinas Odoniſij Marſorum Comitis filius,Diaconus Card.poſt abbas Caſsineñ.

V.



VI.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. NICOLAI II.

PP.Nicolaus II.una Creatione Cardinalium ſex Cardinales ordinauit,duos Epiſcopos, duos presbyteros, & duos Diaconos, ex quibus alter presbyterorum prius fuerat Diaconus Card.

SIGNVM PP. NICOLAI II.

. . . .

OBITVS PP. NICOLAI II.


Anno Dominicæ Natiuitatis cIↃLXI. Pontificatus anno III.die VI.Nonas Iulij, PP.Nicolaus II.Romæ in Patriarchio Lateraneñ. mortuus eſt Cadauer in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum. Vacauit ſancta Romana ſedes eo mortuo, menſes duos & dies uiginti nouem.

ALEX-

Digitized by Google


ALEXANDER II. NV. CLXXII. AN. CHR. ϹϹLXI.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D.N. ALEXANDER II. PONT. MAX. MEDIOLANEN. ANSELMVS natione Inſuber, patria Mediolaneñ. familia Badagia & Patre Anſelmo, ex Epiſcopo Luceñ. Romæ à Cardinalibus & Clero Rom. authore Hiltprando Archidiacono inconſulto Imp. & ſine eius auctoritate, Rom. Pont. in locum PP. Nicolai II. ſuffectus eſt Mortuo enim Nicolao II. Pont. max. quùm Card. & Clerus Vrbanus de ſucceſſore deligendo diſſentirent, nonnulli ex Clero & populo ad Imp. Henricum IIII. qui iam adoleſcebat, legatos miſerũt, ut iuxta iuramentum patri ſuo in electione Clementis II. à Cardinalib. Clero populoque Rom. præſtitũ, & ſecundum Priuilegia ſibi à prædeceſſoribus & ſucceſſoribus ſuis Rom. Impp. à ſede Apoſtolica, de eiuſdem Põtificię ſedis diſpoſitione conceſſa, Rom. Pont. à Cardinalibus Conſecrandum eligeret, atque Romam mitteret, ut olim pater ſuus facere conſuerat. Quod intelligens Hiltprandus Archidiaconus, cui iam inde à Gregorij VI. (cuius diſcipulus & alumnus fuerat) depoſitione & Clementis II. per Imp. ſubrogatione, mirum in modum illud iuramentum Cardinalium, Cleri & Pop. Rom. Imp. præſtitum, & hæc priuilegia Imp. conceſſa de ſanctæ ſedis Apoſtolicæ in creandis Pontificib. diſpoſitione, diſplicuerunt, tanquàm contrà Canones, ſanctorum Patrum inſtituta & libertatem eccleſiaſticam facta, hanc Imp. Henrici IIII. diſpoſitionem præuenit, & Cardinalibus quamprimum Pont. Rom. eligere perſuaſit, ne ſi adhuc diſcordes inuenirentur, electum ab Imp. (quod contrà Canones eſſe aſſerebat, qui à manu laica Pontificem quemlibet, nedum Romanum deſignari prohibent) ſuſcipere cogerentur, quod & factum eſt. Nam antequam alterius partis Nuncij in Germaniam ad Imp. ueniſſent, die Calendarum Octobris, communi omnium conſenſu electus eſt in Rom. Pont. Alexander II. ex Luceñ. Epiſcopo, atque in Apoſtolica ſede locatus. Quod audiens Imp. Henricus IIII. deluſum ſe eſſe aſſerens, ſimulq; iura patri ſuo, & prædeceſſoribus ſuis Rom. Impp. à Pont. Max. cõceſſa & à ſe puero fuiſſent in tribus iam electionibus uidelicet Stephani IX. Nicolai II. & Alexandri II. amiſſa, recuperare & retinere ſatagens Ghiberto Parmenſi Cancellario ſuo, uiro ambitioſiſsimo (qui hac uia ad Rom. Pontificatum iam aſpirare cœperat) impulſore & authore, Cadolum Epiſcopum & ciuem Parmeñ. Ghiberti amiciſsimum in Rom. Pontificem contrà Alexandrum II. deſignauit, qui ab Epiſcopis Lombardiæ Imp. adhærentibus ſuſceptus in Apoſtolicam ſedem conſecratus eſt atque coronatus. Non longè autem poſt cum armatorum manu Romã ueniens Apoſtolicam ſedem exacto Alexandro II. recepturus, ab Alexandri II. fautoribus poſt nõnullas ambarum partium ſtrages demũ repulſus, turpiter fugere coactus eſt, quùmq; diutinum ſchiſma non ſine magno Pop. Rom. incommodo, & Chriſtianorum omnium ſcan

dalo

dalo aliquot annos perduraſſet, tádem interuentu Othonis Archiepiſcopi Colonieñ.magnę authoritatis atque exiſtimationis uiri, conuentu Mantuæ indicto (ad quod Alexander II. acceſsit) ſublatum eſt. Cadolus enim Parmeñ.in eo Concilio abdicatus,& Alexander II.in Apoſtolica ſede tanquàm magis legitimis ſuffragijs creatus,confirmatus eſt.& ſic maximum ſchiſma Othonis Archiepiſcopi Colonieñ. (intercedente concilio) authoritate ſublatum eſt. ſedit autem Alexander II. in Apoſtolica ſede ab initio aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum annos XI. menſes ſex & dies uiginti quinque. Poſt ſchiſma uerò annos circiter nouem.

CORONATIO PP. ALEXANDRI II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MLXI. Pontificatus ſui anno primo Romæ in Baſilica S. Petri die , , , . Octobris PP. Alexandro II. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, per manus Hilprandi S. R. E. Archidiaconi.

CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Alexander II. multas fecit Epiſcoporum, presbyterorum,& Diaconorum Cardinalium ordinationes,inter quos hi ſunt,quorum nomina in tanta rerum obſcuritate inuenire potuimus.


CARDINALES EPISCOPI IIII.

1 MAYNARDVS ex presb. Card.Epiſcopus Card. ſyluæ Candidę aliàs S. Rufinæ.
2 HVBERTVS Epiſcopus Card. Prænestinus. obijt ſub PP. Vrbano II.
3 HVBALDVS . . . . Epiſcopus Card. Sabinus. obijt ſub eodem.
4 GHERARDVS Epiſcopus Card. Oſtieñ. Mortuus eſt ſub PP. Gregorio ſeptimo.

III.



IIII.



CARDINALES PRESBYTERI X.

5 BRVNO presbyter Card.tt.ſanct.. . . . . . poſt S. R. E. Archipresbyter ſub Vrbano PP.II.
6 ROMANVS . . . . . presb.Card.tt.S.Clementis.
7 GVIDO . . . . presb.Card.tt.SS Silueſtri & Martini in montibus.
8 OCTAVIANVS . . . . Romanus presbyter Card. S. R. E.in tt.ſanct. . . . .
9 ATTO . . . . . presb.Card.in tt.ſanct. . . . . poſt Epiſcopus Card.Prænestinus.
10 CVRIO . . . . presb. Card.in tt.S.Vitali, Titulo Veſtinæ.
11 HERMANNVS . . . . presb.Card.in tt.S.Vitalis tt.Veſtinæ.
12 ALDEMARVS Capuanus Monachus Caſsineñ. Abbas monaſterij SS.Stephani & Laurentij extrà muros Vrbis Romæ, S. R. E. presby.Card.in tt.ſanct. . . . . .
13 RICARDVS . . . . . Gallus, monachus Cluniaceñ. Abbas monaſterij S. Victoris, Maſsilieñ.Diœceſis,presb.Card.tt.ſanctorum . . . . . . priuatus à Papa Gregorio VII.quòd in ſchiſmate VVicperto Rauennati Antipapæ adhæſiſſet.
14 PONO . . . . presb. Card. in Titulo S. Chriſti uirginis & martyris Anaſtaſiæ.


CARD.

Digitized by Google


v.




vi.




vii.




viii.



ix.




x.




xi.




xii.



xiii.



xiiii.



CARDINALES DIACONI IIII.


15 THEDINVS Marſus Berardi Marſorum Comitis filius, Diaconus Card. poſt S.R.E. Archidiaconus à PP. Gregorio VII. factus.

16 PAVLVS . . . . Primicerius S.R.E. Diaconus Card. ſanct. . . . .


17 NICOLAVS . . . Monachus, abbas monaſterij S. Silueſtri de Vrbe. Diaconus Card. ſanct. . . . . .

18 NICOLAVS . . . Monachus, abbas monaſterij S. Pancratij de Vrbe. Diaconus Card. ſanct. . . . .


xv.




xvi.



xvii.



xviii.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. ALEXANDRI II.

PP. Alexander II. aliquot ordinationibus XVIII. creauit Cardinales Epiſcopos quatuor, presbyteros decem, & Diaconos quatuor, ex his Epiſcopum unum ex antiquis presbyteris Cardinalibus. Remanent igitur Card. de nouo ab eo creati decem & ſeptem.

SIGNVM

Digitized by Google

SIGNVM PAPAE ALEXANDRI.

. . . .

OBITVS ALEXADRI II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MLXXIII. die x. Calend. Maij, Romæ in Patriarchio Lateraneñ. mortuus eſt PP. Alexander II. Pont. ſui anno XII. Cadauer in Baſilica S. Saluatoris marmoreo ſepulchro conditum eſt. eo mortuo non uacauit ſedes Romana. Nam eo die PP. creatus eſt Gregorius VII.

SCHISMA XV. IN ECCLESIA ROM. INTER ALEXANDRVM II. ET CADOLVM.

CADOLVS PARMEN. NVMERO CLXXIIII. ANNO CHRISTI MLXI.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

CADOLVS Ciuis & Epiſcopus Parmeñ. in Schiſmate ab Henrico IIII. Imp. contrà Alexandrum II. v. Calend. Nouemb. ob cauſam quam ſuperius deſcripſimus, auctore VVicperto Parmeñ. Imp. Cancellario, creatus eſt Pont. Rom. Id enim à VVicperto Rauẽnate Imp. iuueni perſuaſum eſt, quò ſibi facilius ad Rom. Pontificatum iter pararet. Hic ab Epiſcopis Lombardis, Imp. ſtudioſis tanquàm Romanus Pont. ſuſceptus, ab eiſdẽ coronatus eſt. Verũ non longè poſt VVicperto Parmeñ. Cancellario, qui eum eligi procurauerat, & in ſchiſmate fouebat, magiſtratu priuato, Othoneque Archiepiſcopo Colonieñ. in eius locum Imp. Cancellario creato, eius opera ſchiſma ceſſit. Concilio enim Mantuæ indicto (ad quod Alexãder II. acceſſit) Cadolus eo die, quo aliquot annis retrolapſis in Rom. Pont. electus fuerat, uidelicet v. Calendas Nouembris Pontificatum abdicauit. Et Alexander II. PP. in Apoſtolica ſede confirmatus eſt. Quod nomen autem in Pontificatu ſuo Cadolus adſumpſerit, quamuis curioſe inueſtigauerim, adhuc reperire non potui. ⁋ De his duobus Pontificibus in antiqua Camera Patriarchij Lateraneñ. ſcripta duo Carmina uidi, quorum prius literis uetuſtate exoleſcentibus legi non poterat, ſequens uerò ſic dicebat.


REGNAT ALEXANDER, CADOLVS CADIT ET SVPERATVR.

⁋ D fuit Honorius II. ut in antiquo quodam diplomate inveniſſe se testatur in notis ad Platinam ... Panvinius.

GREGO-


GREGORIVS VII. NV. CLXXIIII. AN CHR. ꝏLXXIII.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. GREGORIVS VII. PONT. MAX. HILTPRANDVS natione Thuſcus . patria Soaneñ. (quæ ciuitas ditionis Senenſium eſt.) ex patre Bouicio, Monachus Benedictinus, congregationis Cluniaceñ. Gregorij VI. PP. diſcipulus, alumnus, & exilij eius indiuiduus comes. Quo extrà montes mortuo, Cluniacum in Galliam uenit, in quo monaſterio ſanctè & religiosè uiuens, Prior Monachorum factus eſt. In quo gradu dum eſſet, contigit Leonem IX. in Rom. Pont. ab Imp. Henrico III. electum, Romamq́ue uenientem eò tranſire, qui Hiltprandum ipſum, quòd in negocijs Vrbanis & Curiæ Rom. uerſatiſsimus eſſet, ſecum ducens, Romam uenit, ipſumpq; primò Subdiaconum, mox S. R. E. Oeconomum ordinauit, apud quem tãta auctoritate uixit, ut nihil penitus ſine eius conſilio PP. Leo unquam facere uoluerit. Non minoris quoq; authoritatis fuit apud Leonis IX. ſucceſſores Victorem II. & Stephanum IX. & Nicolaum II. qui eius opera in arduis & difficillimis Eccleſiæ Rom. negocijs & legationibus multis uſi ſunt, in quibus omnibus adeò prudenter ſe geſsit & egregiè, ut maximam ſibi apud omnes laudem, & famam compararit. Quapropter à Nicolao II. qui eius precipuè opera & authoritate, abrogato PP. Benedicto X. Pont. Max. creatus fuerat S. R. E. Diac. Card. primo, & paulò poſt Archidiaconus factus eſt. Eo uerò mortuo, in electione ſucceſſoris ſui Alexandri II. author fuit contrà Imp. Henricum IIII. retinendæ in electione Rom. Pont. Eccleſiaſticæ libertatis, quam ſub Henrico III. amiſſam, & eo mortuo recuperatam Henricus ipſe IIII. denuò repetebat, Cadolo creato in Schiſmate contrà Alexandrum II. ſine eius authoritate electum. In quo Schiſmate tandem ea quæ Hiltprandi authoritate geſta erant, præualuerunt actis ab Imp. Henrico IIII. Cadolo nimirum ab Imp. electo è Pontificatu reiecto. Mortuo uerò PP. Alexandro II. die eius obitus, hora Veſperorum X. Cal. Maij. Hiltprandus ipſe Archidiac. tanquàm omnium potens, & unicus Eccleſiaſticæ libertatis aſſertor, Cardinalium omnium, Cleri P. Q. R. conſenſu, nulla Imp. Henrici interpoſita, aut expectata authoritate, Pont. Max. pronunciatus eſt. qui ſe Gregoriũ VII. appellari uoluit, in memoriam magiſtri ſui Gregorij VI. ab Henrico III. Põtificatu priuati, à quo tempore Eccleſia Romana ius ſuum in electione, Pont. Rom. amittere omninò cœpit, quùm absque ulla Cleri & populi Rom. authoritate, ſiue uoluntate Pont. Rom. dare ad libitum ſuum cœperit Imp. Henricus, occaſione huius rei ſumpta à nephando Schiſmate, quod eo tempore in Eccleſia Rom. exortum fuerat inter treis Pont. quæ res altiùs in Hiltprandi pectore inſedit. Ipſi enim (in eccleſiaſtaco rigore conſtantiſsimè quûm permaneret) ſententia illa Imp. Henrici III. & ſuorum Epiſcoporum, quæ Gregorio VI. abdicato, Clementem II. ſubſtituit, & iuramenta à Cardinalib. Clero, Pop. que Rom. de non eligendo Rom.

Rom. Pont. niſi quem ipſe dediſſet, uiolenter extorta ſemper diſplicuère, manifeſtam fore aſſerens ex hac re libertatis Eccleſiaſticæ ſubuerſionem. Quamobrem ante Pontificatum, dum potuit, huic conſuetudini maximè aduerſatus eſt, & præſertim mortuo Henrico III. in electionibus Stephani IX. Nicolai II. & Alexandri II. Rom. Pontificum, quos omneis ſine Imp. authoritate electos & conſecratos conſtat, contrà illorum temporum morem, authore tantum Hiltprando. Ipſe uerò iam Pont. factus nullo modo Imp. authoritatem expectare uoluit, ſed conſecrationem & coronationem nulla eiuſdem Imp. habita ratione accepit. Quinimò quũ priuatus multo tempore ad recuperandam Eccleſiæ Rom. authoritatem laboraſſet, iam Pont. factus ab incepto deſiſtere indignum duxit. Quapropter primis Pontificatus ſui annis, Cõcilio multorum Epiſcoporum & Abbatum Romæ congregato legem tulit, qua ſub Anathematis pœna omnibus laicis, cuiuſuis dignitatis eſſent, omninò interdicit Eccleſiaſtici ſacerdotij (ut tunc dicebatur) inueſtituram, ſeu (ut nunc dicitur) collationem, haud dubiè Imp. Henricum IIII. & reliquos Reges putans, qui omneis dignitates Eccleſiaſticas ad libitum eorum conferebant. Henricum uerò Imp. contrà facientem excommunicauit, atque Imperio priuauit. Ex qua re multa in terris bella, ſeditiones, homicidia, & (quod peius his omnibus fuit) ſchiſma grauiſsimum, orta ſunt, altero Pont. Rom. Imp. iuſſu, contrà ipſum creato, uidelicet Clemente III. de quo mox ſuo loco dicemus. Beatus autem PP. Gregorius VII. ſedit in Apoſtolica ſede à die aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum, annos duodecim, menſem unum, & dies treis.

CONSECRATIO ET CORONATIO PP. GREGORII VII.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ↀLXXIII. die III. Calẽdas Iulij in ſolennitate SS. Apoſtolorum Petri & Pauli PP. Gregorius VII. Romæ in Baſilica S. Petri, quùm in presbyterum & Epiſcopum conſecratus eſſet, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit per Theodenum S.R.E. Archidiaconum.

CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Gregorius VII. tàm Romæ quàm alibi plureis fecit Cardinalium ordinationes, inter quos hi creati reperiuntur, multos enim intercidiſſe facile crediderim.


CARDINALES EPISCOPI III.

1 OTHO Caſtillionius Remeñ. Gallus, Monachus Cluniaceñ. Epiſcopus Card. Oſtieñ. poſt PP. Vrbanus II.

2 ADELBERTVS . . . Epiſc. Card. Syluæ candidæ, aliàs S. Rufinæ.

3 PETRVS . . Epiſc. Card. Albanus, qui miraculis claruit ſub PP. Gregorio VII.

III.



CARDINALES PRESBYTERI V.

4 DEVSDEDIT . . . . Presb. Card. S. Petri ad Vincula, in tt. Eudoxiæ. Is librum Canonum ſcripſit ad Victorem III. ſucceſſorem PP. Gregorij VII.

5 NATRO . . . . . . Presb. Card. in tt. S. Chriſti Virginis & martyris Cæciliæ.

6 INNOCENTIVS . . . Romanus, presb. Card. in tt. Sanct. . . . .

7 LEO . . . . Presb. Card. in tt. S. Laurentij, qui appellatur Damaſi.

8 BENEDICTVS . . . Presb. Card. S. Pudentianæ, in tt. S. Paſtoris.



CARDINALES DIACONI V.


9 HERMANNVS . . . Diac. Card. S.R.E. in Diac. ſanct. . . . .

GREGORIVS





10 Gregorivs . . . . Diac. Card. in Diaconia SS. Sergij & Bacchi.
11 Bernardvs . . . . Diac. Card. in Diaconia S. Mariæ in uia lata.
12 Crescentivs Romanus Diac. Card. in Diaconia Sanct. . . . .
13 Ioannes . . . . . . Diac. Card. Sanct . . . . poſt S. R. E. Archidiaconus ſub PP. Vrbano II.

IIII. V. VI. VII.








VIII. IX. X. XI.

XII. XIII.

Epilogvs Cardinalivm PP. Gregorii VII.

PP. Gregorius VII. aliquot ordinationibus multos Cardinales creauit, ex his XIII. ſupraſcriptorum nomina reperiuntur, uidelicet Epiſcoporum trium, Presbyterorum quinque, & totidem Diaconorum.

Signvm PP. Gregorii VII.

. . . .

Obitvs PP. Gregorii VII.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞xxcv. die VIII. Calendas Iunij PP. Gregorius VII. libertatis eccleſiaſticæ defenſor acerrimus & indefeſſus, Salerno in Campania, quò ſe furorē Imp. Henrici IIII. quem excommunicauerat, ob eccleſiarum inueſtituras declinans contulerat, mortuus eſt. Pontificatus anno tertiodecimo. Cadauer ibidem in eccleſiam S. Matthæi, quæ cathedralis eſt, honorificè marmoreo ſepulchro tumulatum. Eo mortuo uacauit S. Rom. ſedes annum unum, menſes quatuor, & dies uiginti ſeptem. Henrico Imp. IIII. & Clemente III. à ſe creato in ſchiſmate ſedem Rom. inuadentibus, Baſilicaſque urbis ui tenentibus.

Digitized by Google

SCHISMA XVI. IN ECCLESIA ROM. INTER GREGORIVM III, ET CLEMENTEM II.

INCHOATVM xiix. annos inter eorundem ſucceſſores perdurauit, peſsimum omnium,quæ hactenus fuerunt,& periculoſiſsimum,ſublatum ſub Paſchale Papa II.

CLEMENS III. NVM. CLXXV. AN. CHR. ∞XXCV.




IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N.CLEMENS III. PON. MAX. PARMEN. GHIBERTVS Clericus Parmeñ. uir eloquens.& ſatis pro temporum conditione literatus, humili loco natus,uerùm induſtria & ſagacitate,rerumq́ue humanarum cognitione,quibus plurimum ualuit,ad maximum in terris culmen per uarios & magnos honores aſcendere niſus. Hic mortuo Henrico III, Imperatrici Agneti eius uxori & Henrici IIII. in Imp. electi matri inſinuatus, ab ea primò inter intimos Cõſiliarios adſcitus,mox Imp.Cancellarius factus eſt.Quo munere ambitioſè utens,per illud ad longè maiora uiam parare aggreſſus,author fuit ſuſcitandi ſchiſmatis inter Alexandrum II. & Cadolum Parmeñ. conciuem ſuum. Verùm non longè poſt Imp.Agnete à Principib. Germaniæ (& præcipuè Othone Archiepiſcopo Colonieñ.) eius leuitatis pertæſis, ab adminiſtratione Imp. ſemota, Ghibertus quoque magiſtratu Cancellariatus priuatus eſt,Othone Colonieñ. Archiepiſcopo in eius locum ſuffecto. Ghibertus autem hac inſigni accepta contumelia animum nihilominus nõ remiſit, ſed paulatim Imp.adoleſcentis adhuc Henrici IIII. familiaritatem ſua induſtria nactus,eius animum adeò officijs, blanditijs, aſſentatione ſibi deuinxit,ut non multò poſt mortuo Othone Archiepiſcopo Colonieñ. Cancellario,ipſe ab Imp.non ſolum in id munus,quo priuatus fuerat redijt, uerùm etiam Archiepiſcopus Rauennas deſignatus fuit, (qui Epiſcopatus primus poſt Romanum inter Latinos habebatur) coactusq́ue PP. Alexander II. ad eius conſecrationem. Nam uir ſanctiſs. eius ambitionem cognoſcens,& mala ab eo eccleſiæ euentura præcauens, Id omninò facere recuſauerat,uicit tamen Principis ſententia. Archiepiſcopus uerò Rauennas factus, maiora animo moliri cœpit,ad Pontificatum Rom. Alexandro II. mortuo, aſpirans, quem à principe Henrico ſibi demandandũ procul dubio expectabat. Interim Alexandro II. mortuo,& eo die Hiltprando Archidiacono in locum eius Cardinalium,Cleri, populiq́ue Ro. ſuffragijs,nulla Imp.expectata auctoritate creato,omni ſpe ſua denuò fruſtratus, ad uim & malas arteis conuerſus eſt, occaſione ab hac re accepta. Inoleuerat quędam in omni Eccleſia Latina,& præſertim in Prouincijs Imp.ſubiectis conſuetudo,quæ in Romana etiam aliquando fuit,ut decedentibus eccleſiarum prçlatis,tàm Epiſcopus quàm Abbatibus,annulus & uirga Paſtoralis ad Imp.à Clericis eius Ciuitatis mittebantur.is ſtatim in demortui Epiſcopi,uel

pi,uel Abbatis locum,unum ex familiaribus uel Cappellanis ſuis ſubſtituens,eum ad eccleſiam paſtore orbatam,nulla Cleri uel Populi electione expectata,mittebat. Hęc autem priuilegia de Epiſcoporum & Abbatum (ut uocant,) inueſtitura,Imperio & Impp. (temporũ neceſsitate ita exigente) à Rom.Pontificib.Hadriano I. Leone III. & VIII. conceſſa fuerãt, Carolo nimirum Magno,& Othoni I. Impp.hominibus ſanctiſsimis,qui iiſdem Priuilegiis ſanctiſsimè utebantur,paſtores idoneos eccleſijs uacantibus uel eligentes,aut eligi procurantes. Verum proceſſu temporis omnibus (ut accidit) rectè inſtitutis in malum labentibus,& Impp.peruerſitate & auaritia corruptis,quùm plæroſque pecunia,fauore,Principis ſeu eiuſdem familiarium ſtudio,& indignos quidem eligi contigerit, ſolo utputa Principis arbitrio intercedente,non ferenda hæc eſſe Rom.Pont.Gregorius VII. exiſtimauit. Quamobrem qui in hiſce Priuilegijs omninò abrogandis priuatus multoties laboraſſet, nec ob Impp. potentiam,& Rom.Pontificum prædeceſſorum ſuorum ſegniciem multum profeciſſet, iam Pont.Max.factus,quæ diu animo menteq; conceperat exequutioni mandari omninò diſpoſuit. Primò enim has electiones contrà honeſtatem fieri ſæpe clamitans,ſimulque per eas iura eccleſiaſtica & libertatem ſubuerſa iri demonſtrans,ac per literas Imp.admonens,ut ab hiſce deſiſteret electionibus,eas liberè Clericis & Populis Ciuitatum, more maiorum relinqui debere aſſerens,eum iterum & tertiò admonitum,& parere recuſantem Diris & Anathemate grauiſsimo proſequutus eſt,lege prius in maxima Epiſcoporum Synodo lata. Nemini Laicorum,cuiuſuis ordinis eſſet,licere in negociis electionum Prælatorum ſe intromittere,neminemque Clericum à ſacra manu huiuſmodi prælaturas accipere poſſe. Secus uerò facientes grauiſsimo Anathemati ſubiecit,id eſt, tàm eos,qui dabant,quàm eos qui accipiebant, liberas Clericis ſeu monachis ſuorum prælatorum electiones relinqui debere iubens. Hoc autem nimis ægrè ferens Imp.Henricus Rom.Eccleſiam,& ipſum Gregoriũ accerrimè auctore VVicperto perſequi cœpit,qui lateri Imp.ſuapte natura futilis & furioſi ſemper inſiſtens, ipſum ad enormia multa peragenda facinora ſæpe compulit. Quorum omnium hic poſtremus cumulus fuit, ut abrogato Gregorio VII. quo iam undecimum Pontificatus annum agebat,ipſe in eius locum ſubſtitueretur. Anno etenim Dominicæ Natiuitatis ∞XXCIIII. Henricus Imp. IIII. cum maxima armatorum manu Romam ueniens,aliquot Rom.Ciuium ſibi adhærentium conſenſu,è Pontificatu abrogato Gregorio VII. die XI. Calend. Aprilis VVicpertum Rauennatẽ Archiepiſcopum, contrà iuramentum in eius conſecratione Apoſtolicæ ſedi datum,ſubſtituit ac coronari fecit,Clementem III. eum appellans. Qui in ſchiſmate non Apoſtolicus,ſed Apoſtaticus annos XVII. ſedit contrà Gregorium VII. & eius ſucceſſores,Victorem III. Vrbanũ II. & Paſchalem II. ſub quo,anno Dominicæ Natiuitatis ∞CI. moriens Albertum quendam Atellanum in ſchiſmate ſucceſſorem habuit, quùm annos XVII. ſediſſet,ſeu potius in Apoſtolica ſede intruſus fuiſſet. De huius ſucceſſoribus uide poſt Paſchalem II.


VICTOR III. NV. CLXXVI. AN. CHR. ∞XXCVI.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. VICTOR III. PONT. MAX. BENEVENTANVS. DAVSERIVS Italus,patria Beneuētanus,familia Epiphania,ex patre Vrbis Beneuentanę Principe, adhuc adoleſcens & parētum ſuorum unicus filius relicta uxore pulcherrima intacta ad Caſsineñ. Monachorum monaſterium, inſcijs parentibus profectus eſt.ibique habitum S.Religionis aſſumens,Monachus ordinis S.Benedicti factus eſt, ac mutato nomine pro Dauſerio Deſiderius dici cœptus eſt. Porrò autem in ſacrata cōuerſatione omnium uirtutum exemplar,& ſanctitatis ſpeculum diu manens,mortuo(bonę memorię)Caſsineñ.Abbate,eodemque Pont.max. Stephano IX. ipſe omnium Monachorum ſuffragijs in eius locum creatus eſt,ac à beato PP. Nicolao II. in Abbatem ſimul & presbyterum Card. S.R.E. in Titulo S. Chryſogoni eſt conſecratus. Omnium autem eccleſiæ Rom.perſequutionum,quas in ſuis Pontificib. Alexandro II. & Gregorio VII. paſſa eſt Romana ſedes conſtantiſsimus ſocius ſemper fuit, & tanquam fortis Athleta,contrà impios diu inuictus permanſit,Demum Salerni mortuo(Sanctæ memoriæ)Gregorio VII. poſt annum primum,menſem quartum & diem uigeſimum ſeptimum uacantis ſedis, inuitus omninò ac renitens omnium Cardinalium ſuffragijs Romæ die Penthecoſtes IX. Calend.Iunij Anno Dominicæ Natiuitatis ∞XXCVI. in Baſilica S. Petri Rom. Pont.creatus eſt,qui electioni de ſe factę conſentire nolens,indignum tāta ſe mole aſſerens,non niſi poſt annum,ubi patres in propoſito conſtanteis uidit ſuæ conſecrationis ac coronationis inſignia ſuſcepit. Sedit autem uir ſanctiſs.in Apoſtolica ſede à die electionis ſuæ annum unum,menſes treis,& dies uiginti treis.

CONSECRATIO ET CORONATIO PP. VICTORIS III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞XXCVII. Pontificatus anno primo die XII. Calendas Aprilis PP. Victor III. in Rom.Pont.creatus,ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, per manus Theodorici S.R.E. Archidiaconi.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞LXXXVII. Sabbato IIII. temporum Penthecoſtes, Pontificatus anno primo, PP. Victor III. fecit primam Cardinalium ordinationem, qua unum Diaconum Card.creauit. Is fuit.

1 FRATER Leo cognomine Marſicanus,monachus Caſsineñ. Diaconus Card. ſanct. . . &S.R.E. Cancellarius.

SIGNVM PP. VICTORIS III.

DOMINE DEVS MEVS IN TE SPERAVI.

OBITVS PP. VICTORIS III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞XXCVII. die XVI.Calendas Octobris ſanctiſs. PP.Victor III.mortuus eſt in monaſterio ſuo Montis Caſsini Pōtificatus, anno ſecundo. Cadauer eius in Baſilica S. Benedicti Caſsineñ. monaſterij à ſe à fundamentis cum omni monaſterio reſtituta marmoreo ſepulchro honorificè conditum eſt. Vacauit eo mortuo S. Romana ſedes menſes quinque & dies uigintiquatuor.

VRBANVS

Digitized by Google

VRBANVS II. NV. CLXXVII. AN. CHR. ∞XXCVIII.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTSS. D. N. VRBANVS II. PONT. MAX. GALLVS. OTHO natione Gallus, patria Caſtilionen̄. quod oppidum eſt in Diœceſi Remen̄. monachus ordinis S. Benedicti, in monaſterio & congregatione Cluniacen̄. Hiltprandi poſteà PP. Gregorij VII. quum adhuc Cluniaci monachus eſſet, ſocius, à quo iam Pontifice facto Romam ex Gallijs accitus, Epiſcopus Card. Oſtien̄. conſecratus eſt. Hic mortuo PP. Victore III. Imp. Henrico IIII. & Vvicperto Rauennate Rom. eccleſiam perſequentibus menſe quinto, & die XXIIII. uacantis ſedis die IIII. Idus Martij Terracinæ à Cardinalib. Clericis & Laicis fidelibus, qui eodem conuenerant iudicio prædeceſſoris ſui Victoris III. Rom. Pontifex in eccleſia S. Petri Terracinen̄. Vrbis in Schiſmate contra Vvicpertum Rauennatem ſedis Apoſtolicę inuaſorem creatus eſt. ſedit autem in Apoſtolica ſede ab eius aſſumptione ad Pontificatum annos undecim, menſes quatuor & dies decem & octo.

CORONATIO PP. VRBANI II.

ANNO Dominicę Natiuitatis ∞XXCVIII. die IIII. Idus Martij, quo electus eſt PP. Vrbanus II. ſuę coronationis inſignia Terracinę ſuſcepit per Theodericū S.R.E. Archidiaconū.

CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Vrbanus II. multas fecit Epiſcoporum, presbyterorum & Diaconorum Cardinalium ordinationes, tam Romæ quàm alibi, quibus hi Cardinales creati ſunt diuerſis ſui Pontificatus temporibus.

CARDINALES EPISCOPI IX.

1 FRATER Leo, cognomine Marſicanus, ex Cāpania ortus, Monachus Caſsinen̄. S.R.E. Diaconus Card. & Cancellarius factus, Epiſcopus Card. Oſtien̄. in ſui locum (qui paulò poſt mortuus eſt,) ſuffectus, deinde ſucceſsit.

2 IOANNES . . . . Epiſcopus Card. Oſtien̄. qui obijt ſub Vrbano II.

3 OTHO Gallus Epiſcopus Card Oſtien̄. qui obijt ſub PP. Paſchale II.

4 HVGO . . . . . Gallus Epiſcopus Card Præneſtinus.

5 MILO Gallus . . . Epiſcopus Card. Præneſtinus


6 CRESCENTIVS (aliàs Cyntius) . . . . . Romanus Epiſcopus Card. Sabinen̄.

7 MAVRITIVS Epiſcopus Card. Portuen̄. obijt ſub PP. Paſchale II.


8 IOANNES . . . . Epiſcopus Card. Tuſculanen̄.

9 GVALTERVS . . . Epiſcopus Card. Albanen̄.


III



IIIJ.




.V.




VI.




VII.



VIII.



IX.



CARDINALES PRESBYTERI XI.

10 PETRVS . . . . . presbyter Cardinalis SS. Siluestri & Martini in montibus, tt.Equirij, poſt S.R.E Archipresbyter, demum Epiſcopus Card. Portueñ. Vrbisque Vicarius, ſub Paſchale II.& Gelaſio II.

11 AMICVS . . . . . presb.Card.in tt.S Crucis in Hieruſalem.

12 PAVLVS . . . . . presb C rd.in tt.S Xyſti.

13 BONIFACIVS . . . . presb.Card.in tt.S.Marci, poſt S.R.E. Archipresb.ſub Paſchale Calliſto, & Honorio.

14 BENEDICTVS . . . . presb Card.S.Petri ad uincula in tt.Eudoxiæ.

15 GREGORIVS . . . . presb.Card.in tt.S Aquilæ & Priſcæ.

16 THEOBALDVS . . . . presb Card SS. Ioannis & Pauli in tt Pammachij.


17 GREGORIVS . . . . presb.Card.Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum. poſt PP. in ſchiſmate contrà Innocentium II.

18 . . . . presbyter Card.in tt.ſanct. . . . .


19 . . . . presb.Card.in tt.ſanct. . . . . .

20 . . . . presb.Card.in tt.ſanct. . . . . .


X.




XI.




XII.




XIII.



XIIII.



XV.




XVI.




Digitized by Google

XVII.




XVIII.




CARDINALES DIACONI X.

21 . . . . Monachus abbas Monaſterij Sublaceñ. Diaconus Card. ſanct. . . .
22 FRATER Ioannes Caietanus, Monachus Caſsineñ. S.R.E. Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedia. & poſt Leonem Oſtieñ. Cancellarius. poſt PP. Gelaſius II.
23 IONATHAS . . . Romanus Diaconus Card. SS. Coſmę & Damiani.
24 THEODINVS . . . Diaconus Card. S. Mariæ quæ appellatur in porticu.
25 THEOBALDVS . . . . . Romanus Diac. Card. Sanctæ Mariæ (quę appellatur noua)
26 GREGORIVS . . . . . Romanus de regione trans Tyberim, Diac. Card. S. Angeli in foro piſcium, poſt factus PP. Innocentius II.
27 IOANNES . . . . Diac. Card. S. Chriſti martyris Hadriani.
28 GREGORIVS . . . Diac. Card. Sanctæ Luciæ ad ſepta ſolis.
29 . . . . Diaconus Card. in Diaconia ſanct. . . .
30 . . . . Diacon. Card. in Diaconia ſanct. . . .

XIX.




XX.




XXI.




XXII.




XXIII.




XXIIII.




XXV.




XXVI.




XXVII.




XXVIII.



XXIX.



XXX.



Digitized by Google

EPILOGVS CARDINALIVM PP. VRBANI II.

PP. Vrbanus II. multis ordinationibus per diuerſos menſes factis, xxx. quorum memoria extat, creauit Cardinales, in his Epiſcopi fuère nouem, presbyteri undecim, & Diaconi decem.

SIGNVM PP. VRBANI II.

VERBO DOMINI COELI FIRMATI SVNT. PS.

OBITVS PP. VRBANI IX.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ↀxcix. Romæ diæ IIII. Calend. Auguſti in Palatio Petri Leonis nobiliſsimi & potentiſs. ciuis prope S. Nicolaum in carcere Tulliano Vrbanus PP. II. qui eò ſe contulerat tanquàm in locum tutum, ob VVicpertinam perſequutionẽ, obdormiuit in Domino, poſt maximam expeditionem Hieroſolymitanam, & bellum ſacrũ eo authore ab uniuerſis ferè Chriſtianis Principibus inchoatum cõtra infideles Turcas Mahumeticos, pro Terræ ſanctæ de eorum manibus recuperatione. Cadauer eius beatiſsimũ in Baſilica Principis Apoſtolorum S. Petri marmoreo ſepulchro conditum eſt. Vacauitque poſt eius mortem S. Romana ſedes dies tantum tredecim, De eo in Palatio Apoſtolico ſic ſcriptum inueni, iuxta S Petrum.

VRBANVS II. AVCTOR EXPEDITIONIS IN INFIDELES.

PASCHALIS II. NV. CLXXVIII. AN. CHR. ↀXCIX.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI AMEN.

DOMINVS N. SANCTISS. PASCHALIS II. PONT. MAX. BLEDENSIS. Rheginerus natione Italus, prouincia Thuſcia, Patria Bledeñ. quod oppidũ eſt in Comitatu Galliatæ in Thuſcia Rom. patre Creſcentio & matre Alfatia, ab ineunte ætate Deo deuotus. Monachus S. Benedicti in congregatione Cluniaceñ. factus eſt. Hic ob eius uirtutem, doctrinam & uitæ ſanctimoniam adhuc Iuuenis à beato Pont. Gregorio VII. abbas monaſterij SS. Stephani & Laurentij extrà muros Vrbis Romę & in Titulo S. Clementis presbyter Card. creatus eſt. Qui mortuo Vrbano II. Pont. max. Romæ pridiè Idus Auguſti in ſchiſmate contrà VVicpertum Rauennatem in Apoſtolica ſede ui intruſum, omnium Cardinalium, Cleri & pop. Rom. ſuffragijs in eius locum Pont. max. inuitus omninò ac renitens creatus eſt, pridiè Id. Auguſt. ac tantum magiſtratum ſuſcipere ab Epiſcopis & Cardinalibus coactus eſt. ſedit autem annos decem & octo, menſes quinque & dies ſeptem, in Apoſtolica ſede.

CORONATIO

Digitized by Google

CORONATIO PASCHALIS PP. II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞XCIX. Idib. Auguſti, altero poſt creationem die Paſchalis PP. quùm in Epiſcopum conſecratus eſſet, Romæ in Baſilica S. Petri ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, per manus Ioannis S.R.E. Archidiaconi & Cardinalis.


CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Paſcalis II. quamplureis fecit per diuerſos menſes & pręſertim Decembrem Cardinalium ordinationes, quibus Epiſcopos X. presbyteros L. & Diaconos Cardinales triginta creauit. Hi omninò ſunt numero XC. ex quibus eorum nomina ſubiecimus, quorum memoriam in antiquis eccleſię Rom. monumentis inuenire potuimus.


CARDINALES EPISCOPI X.

1 LEO . . . . Monachus Caſsineñ. Card. Epiſcopus Oſtieñ, poſt quem fuit.
2 LAMBERTVS de Fagnano Bononieñ. Epiſcopus Card. Oſtieñ. poſt PP. Honorius II.
3 DIVIZZO . . . . . Epiſcopus Card. Tuſculaneñ.
4 CONRADVS . . . . Epiſcopus Card. Prænestinus.
5 VINCENTIVS . . . Epiſcopus Card. Portueñ.
6 LEO . . . . Epiſcopus Card. Albanus.
7 PETRVS . . . . . ex presb. Card. SS. Silueſtri & Martini in tt. Equirij, & S.R.E. Archipresbyter Epiſcopus Card. Portueñ.
8 CVRIO . . . . . ex presb. Card. Epiſcopus Card. Præneſtinus.
9 VITALIS Romanus Epiſcopus Card. Albaneñ.
10 : : . . . . Epiſcopus Cardinalis . . . . .


III.




IIII.



V.



VI.




VII.




VIII.



IX.



X.




CARDINALES PRESBYTERI L.

11 ROBERTVS . . . . . presbyter Cardinalis in tt. SS. Aquilæ & Priſcæ in Auentino.
12 ARNOLDVS . . . . . presb. Card. tt. S. Clementis in monte Cœlio.
13 ROMANVS . . . . aliàs Raynus, aliàs Raynerius presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.
14 R. . . . . presb. Card. in tt. S. Laurentij in Damaſo.
15 OTHO . . . . . . presb. Card. S Pudentianæ in tt. S. Paſtoris.
16 IOANNES . . . . . presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris & Virginis Cæciliæ.
17 R. . . . . presb. Card. SS. Silueſtri & Martini in montibus tt. Equirij.
18 CONRADVS . . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. S. Paſtoris.
19 G : : . . . . . presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Chriſogoni.


DESIDERIVS

20 DESIDERIVS . . . presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris & uirginis Praxedis.
21 DEVSDEDIT . . . presb. Card. in tt. S. Laurentij in Damaſo.
22 GREGORIVS . . . de Cecano Romanus presb. Card. ſancti Laurentij in Titulo Lucinæ.
23 HVGO Piſanus presb. Card. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum.
24 SAXO de Comitib. Anaguinis presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
25 PETRVS Piſanus presb. Card. in tt. SS. Gabibinij & Suſannæ.
26 IOANNES Cumeñ. presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Chryſogoni.
27 SIGIZZO . . . . presb. Card. in tt. S. Xyſti Papæ.
28 DIVIZZO . . . . presb. Card. S. Silueſtri & Martini tt. Equirij.
29 AMICVS . . . . presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.
30 ANASTASIVS . . . presb. Card. in tt. S. Clementis. Huius ſepulchrum adhuc extat in Baſilica S. Clementis, quam à fundamentis refecit.
31 NICOLAVS Comes . . . Romanus presb. Card. SS. Ioãnis & Pauli in tt. Pammachij.
32 THEOBALDVS Buccapecus Romanus presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ, poſt in ſchiſmate cum PP. Honorio v. Pont. Rom. creatus & Celeſtinus II. appellatus.
33 GERARDVS . . . presb. Card. in tt. SS. Aquilæ & Priſcæ in Auentino.
34 ROBERTVS Papieñ. Card. presb. in tt. ſanct. . . .
35 GVIDO . . . . . presb. Card. in tt. S. Balbinæ.
36 VVILHELMVS . . . presb. Card. in tt. S. Sabinæ quæ eſt in monte Auentino.
37 :: . . . . presb. Card. in tt. quatuor Coronatorum.
38 :: . . . . presb. Card. in tt. S. Vitalis in tt. Veſtinæ.
39 IOANNES . . . . presb. Card. in tt. S. Chriſti confeſſoris Euſebij.
40 :: . . . . presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis Diocletiani.
41 :: . . . . presb. Card. in tt. S. Chriſti Martyris & Pontificis Marcelli.
42 :: . . . . presb. Car. S. Marci trans Tyberim in tt. S. Calliſti Papę.
43 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
44 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
45 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
46 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
47 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
48 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
49 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
50 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
51 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
52 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
53 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
54 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
55 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
56 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
57 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
58 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
59 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
60 :: . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .


XI.




XII.



XIII.



XIIII.




Digitized by Google


XV.




XVI.




XVII.




XVIII.



XIX




XX.




XXI.



XXII.




XXIII.



XXIIII.



XXV.




XXVI.




XXVII.




XXVIII.




XXIX.




XXX.



XXXI.




XXXII.



XXXIII.



XXXIIII.




Digitized by Google


XXXV.



XXXVI.




XXXVII.




XXXVIII.




XXXIX.




XL.




XLI.




XLII.




XLIII.




XLIIII.




XLV.



XLVI.




XLVII.




XLVIII.




XLIX.




L.



LI.



LII.




LIII.




LIIII.




LV.



LVI.




LVII.



LVIII.



LIX.



LX.




CARDINALES DIACONI XXX.

61 IVLIVS . . . Diaconus Cardinalis S. Chriſti martyris Hadriani.
62 ROMANVS . . . Diac. Card. S. Mariæ quæ appellatur in Porticu.
63 CHRYSOGONVS . . Dia. Car. S. Nicolai in carcere Tulliano. poſt S.R.E. Cācellarius.
64 GREGORIVS . . . Diac. Card. S. Euſtachij, Monachus, abbas monaſterij SS. Andreæ & Gregorij in Cliuo Scauri.
65 LEO . . . . . Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.
66 GREGORIVS Caietanus Diac. Card. S. Chriſti uirginis Luciæ in Septiſolio.
67 ALDO de Firentino Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.
68 THEOBALDVS Romanus Diac. Card SS. Viti & Modeſti martyrum in macello.
69 ODERISIVS de Sangro Cāpanus, monachus Caſsinas Diac. Car. S. Agathę in Saburra.
70 ROSCIMANVS Monachus Caſsinas, Diac. Card. S. Georgij in Velabro.
71 HENRICVS Siculus Decanus Mazareñ. Diaconus Card. S. Theodori.
72 PETRVS Petri Leonis filius Romanus, Diaconus Cardinalis SS. Coſmæ & Damiani. poſt in Schiſmate PP. Anacletus II. creatus.
73 : : . . . Comes . . . Diac. Card. S. Mariæ in Aquino.
74 STEPHANVS . . . Diac. Card. S. Luciæ in Silice, aliàs in Orphea.
75 CRESCENTIVS . . Diacon. Card. S. Mariæ nouæ.
76 HVGO Alatrinus Diaconus Card. S. Mariæ in uia Lata.
77 : : . . . Diaconus Cardinalis ſanct. . . . .
78 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . .
79 : : . . . D. Card. ſanct. . . . .
80 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . .
81 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . .
82 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . .
83 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . .
84 : : . . . Diac. Card. ſanct.
85 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . .
86 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . .
87 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . .
88 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . .
89 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . .
90 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . .


Digitized by Google

OMNES SVNT NVMERO XC. EPISCOPI X. PRESBYTERI L. ET DIACONI XXX.


LXI.




LXII.




LXIII.




LXIIII.




LXV.




LXVI.




LXVII.




LXVIII.




LXIX.




LXX.




LXXI.




LXXII.




LXXIII.




LXXIIII.




LXXV.




LXXVI.




LXXVII.




LXXVIII.




LXXIX




LXXX.



LXXXI.




LXXXII.




LXXXIII.



LXXXIIII.



LXXXV.




LXXXVI.




LXXXVII.



LXXXVIII.



LXXXIX.



SIGNVM PP. PASCHALIS II.

FIRMAMENTVM EST DOMINVS TIMENTIBVS EVM.

OBITVS PP. PASCHALIS II.

ANNO Chriſti ꝏcxviii. die xv. Cal. Februarij Romę obijt (bonę memoriæ) beatus PP. Paſchalis II. in Lateraneñ. Patriarchio. Pōtificatus ſui anno xix. Cadauer eius in Baſilica Cōſtātiniana marmoreo ſepulchro honorificè cōditū eſt. Vacauit eo mortuo ſedes Ro. dies treis.

TRES PP. SCHISMATICI POST MORTEM CLEMENTIS PP. III.

ALBERTVS Atellanus in ſchiſmate poſt Clemētē III. ab eius partis fautoribus creatus cōtrà Paſchalē II. Sedit, ſeu potius intruſus fuit, mēſes quatuor. Quo mortuo in eius locū factus eſt

SILVESTER III. Romanus Theodericus abbas Farfeñ. Cœnobij. qui in ſchiſmate Albertum contrà Paſchalem II. intruſus fuit menſes quatuor & dies quindecim. Quo mortuo, ab hæreticis & ſchiſmaticis in eius locum ſuffectus eſt

MAGINVLPHVS Romanus, qui in ſchiſmate contrà Paſchalem II. poſt Siluestrum intruſus fuit aliquot menſes. Qui tandem à Papæ Paſchalis fidelibus captus, Pōtificatum abdicare coactus eſt, & in monaſterio Caueñ. relegatus. ſicque diutinum ſchiſma ſublatum eſt, quòd grauiſsimum in Eccleſia Rom. per annos continuos xiix. uiginti.


GELASIVS PP. II. NVM. CLXXIX. AN. CHR. ꝏCXIIX.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D.N. GELASIVS II. PONT. MAX. CAIETANVS. FRATER IOANNES natione Italus, patria Caietanus, ex patre Creſcentio nobile genere natus, ingenueque à teneris annis educatus eſt, & edoctus. In monaſterio deinde Caſsineñ. ſub Oderiſio Abbate ſanctiſs. uiro Monachalem ueſtem aſſumens, ibidem multo tempore religioſiſsimè uixit. Vrbanus autem ſecundus cognita hominis uirtute, quæ longè lateque ex monaſterio Caſsineñ. percrebuerat, eum ad ſe accerſitum S. R. E. Diaconũ Card. S. Mariæ in Coſmedia, & Apoſtolicæ ſedis Cancellarium, priore Cancellario Leone Epiſcopo Oſtieñ. mortuo, ordinauit. Papa autem Paſchale II. in pace eccleſiæ obeunte, omnium Cardinalium conſenſu Cleri & Pop. uoce & uotis expetitus, inuitus ac renitens, die XI. Calend. Februarij in Apoſtolica ſede locatus eſt, Gelàſiusque II. appellatus. Sedit autem hic beatus PP. in Apoſtolica ſede menſes undecim & di es XXVI.

CONSECRATIO ET CORONATIO PP. GELASII II.

ANNO Dominicæ natiuitatis ∞CXIIX PP. Gelaſius II. metu IMP. CAES. HENRICI V. AVG. ex Vrbe (ubi creatus fuerat) fugiens, Caietam patriam ſuam cum Cardinalibus & Clero Romano uenit, ubi die Calendarum Martij, conuocatis circumuicinarum Ciuitatũ Epiſcopis, primò presbyter (erat enim Diaconus) mox Epiſcopus conſecratus, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, per manus Gregorij Diaconi Card. S. Angeli, S. R. E. Archidiaconi.

CARDINALES QVI CREATIONI PP. GELASII II. INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI VI.

VRBANVS PP. II.

CINTIVS, aliàs Creſcentius, Romanus, Epiſcopus Card. Sabinus, prior Epiſcoporum.

PASCHALIS PP. II.

LAMBERTVS de Fagnano Bononieñ. Epiſcopus Card. Oſtieñ. poſt PP. Honorius II.
DIVIZZO .... Epiſcopus Card. Tuſculaneñ.
PETRVS ... Romanus Epiſcopus Card. Portueñ. PP. in Vrbe Vicarius.
CVRIO ..... Epiſcopus Card. Præneſtinus.
VITALIS ... Romanus Epiſcopus Cardinalis Albanus.

CARDINALES PRESBYTERI XXIIX.

VRBANVS PP. II.

AMICVS .... presbyter Cardinalis tt. S. Crucis in Hieruſalem. S. R. E. Archipresbyter.
BONIFACIVS ..... presb. Card. in Titulo S. Euangeliſtæ Marci.
BENEDICTVS ..... presb. Card. S. Petri ad uincula in Titulo Eudoxiæ.
ROBERTVS aliàs Raynerius presb. Card. in Titulo S. Euſebij.

PASCALIS PP. II

RAYNERIVS ..... presb. Card. in Titulo SS martyrum Petri & Marcellini.
IOANNES .... presb. Card. in Titulo S. Chriſti martyris & uirginis Cæciliæ trans Tyberim.
CONRADVS ...... presb. Card. S. Pudentianæ Virginis & martyris, in Titulo Paſtoris.
DESIDERIVS Romanus presb. Card. in Titulo S Praxedis.
DEVS DEDIT ..... presb Card. in Titulo S. Laurentij qui appellatur Damaſi.
GREGORIVS de Cicano presb. Card. S Laurentij martyris in Titulo Lucinę.

HVGO

HVGO Piſanus, presb. Card. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum.
SAXO Comes Anaguinus presb. Card. in Titulo S. Stephani qui eſt in monte Cælio.
PETRVS Piſanus presb. Card. in tt. SS. Gabinij & Suſannæ.
IOANNES Cremeñ. presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Chryſogoni.
SIGIZZO . . . . presb. Card in tt. S. Xyſti Papæ & martyris.
DIVIZZO . . . . presb. Card. SS. Silueſtri ac Martini in montibus, titulo Equirij.
AMICVS . . . . presb. Card in tt. SS. Nerei & Achillei.
ANASTASIVS Romanus presb Card. in tt. S. Clementis.
NICOLAVS . . . . . . presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij.
THEOBALDVS Buccapecus Romanus presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ.
GHERARDVS . . . . . presb. Card. in tt. SS. Aquilæ & Priſcæ.
GVIDO . . . . presb. Card. in tt. S. Balbinæ.
VVILHELMVS . . . . . presb. Card. in tt. S. Sabinæ, quæ eſt in Auentino.
ROBERTVS Papieñ. presb. Card. in tt. SS. quatuor Coronatorum.
: : . . . . presb. Card. S. Vitalis in Titulo Veſtinæ.
IOANNES . . . presb. Card. in tt. S. Cyriaci in Thermis Diocletiani.
: : . . . . presb. Card. in tt. S. PP. Marcelli martyris.
: : . . . . presb. Card. S. Mariæ uirginis trans Tyberim, in Titulo SS. Iulij & Caliſti.

DIACONI CARDINALES XIIX.

VRBANVS PP. II.

IOANNES Caietanus Monachus Caſsineñ. Diaconus Card. Sanctæ Mariæ in Coſmedia, S.R.E. Archidiaconus & Cancellarius.
GREGORIVS Romanus de regione trans Tyberim Diac. Card. S. Angeli.

PASCHALIS PP. II.

IVLIVS . . . Diaconus Cardinalis S. Chriſti martyris Hadriani.
ROMANVS . . . Diac. Card. S. Mariæ in porticu.
CHRYSOGONVS . . . Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.
GREGORIVS . . . . Diac. Card S. Euſtachij Monachus abbas SS. Andreę et Gregorij de Vrbe.
LEO . . . . Diac. Card. S. Mariæ in Dominica
GREGORIVS . . . . . Caietanus Diaconus Card. S. Luciæ in ſeptiſolio.
ALDO de Ferentino Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.
THEOBALDVS . . . . . Romanus Diac. Card. SS. Viti & Modeſti in macello,
ODERISIVS de Sangro Campanus, monachus Caſsinas, Diaconus Card. S. Agathæ.
ROSCIMANVS monachus Caſsinas Diac. Card. S. Gregorij ad uelum auri.
HENRICVS Siculus Decanus Mazareñ Diac. Card. S. Theodori.
PETRVS Petri Leonis filius Romanus Diac. Card. SS. Coſmę & Damiani.
COMES . . . Diac. Card. S Marię in Aquino.
STEPHANVS . . . Diac. Card S. Luciæ in Silicæ aliàs in Orphea.
CRESCENTIVS Romanus, Diac. Card. S. Marię nouæ.
HVGO Alatrinus Diac. Card. S. Marię in uia lata.

ABSENTES CARDINALES NVLLI.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCXVIII. Pontificatus PP. Gelaſij II. anno primo, Calendis Martiis die coronationis ſuę, Caietæ idem Pont. fecit primam Cardinalium ordinationem, qua unum tantum Cardinalem Diaconum creauit, is fuit.

1. PETRVS Rufus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedia.

CHRYSOGONVS autem Diaconus Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano, factus eſt in eius locum S.R.E. Cancellarius.

SIGNVM PP. GELASII II.


. . . .

Digitized by Google

OBITVS PP. GELASII II.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀCXIX PP. Gelaſius II. Pontificatus ſui anno primo nondum exacto, die XVII. Calend. Februarij, in monaſterio Cluniacẽ in Gallijs (quo ſe ex Italia timore Imp. Henrici V. cum aliquot Cardinalibus contulerat) mortuus eſt, ibique in eccleſia Cluniacẽ. Cadauer eius ante maius altare honorificè conditum eſt. Vacauit eo mortuo S. Romana ſedes dies quindecim.

GREGORIVS VIII. NV. CLXXX. AN. CHR. ↀCXIIX.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

MAVRITIVS Burdinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Bracareñ. Gregorius VIII. appellatus in ſchiſmate ab HENRICO V. IMP. contrà Gelaſium II. creatus. Quòd Gelaſius PP. priuilegium de prælatorum inueſtitura (quod Henricus V. Paſchali à ſe prius contrà ſacramenti & iuriſiurandi fidem capto per uim extorſerat) confirmare noluiſſet. Qui cum aliquot annis circũ Vrbi uicinas Ciuitates moram traxiſſet, tãdem (quùm Sutrij eſſet) à Calliſto II. Gelaſij ſucceſſore captus, Pontificatum abdicare compulſus, in monaſterio quodam in perpetuum relegatus, non longè poſt uitam finiuit.

SCHISMA XIX. IN ECCLESIA ROM. INTER GELASIVM II. ET GREGORIVM VIII.

CALLISTVS II. NV. CLXXI. AN. CHR. ↀCXIX.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. CALLISTVS II. PONT. MAX. GVIDO natione Burgundus (quę Galliæ prouincia eſt) patria . . . ex patre Guilhelmo Burgundiæ Comite, Archiepiſcopus Vienneñ. ab eis Card. & Laicis Romanis, qui Cluniacum uenerant, cum PP. Gelaſio II. eo mortuo, Rom. Pont. in eius locum quintodecimo uacantis ſedis die, utpote Calendis Februarij, in eodem monaſterio Cluniaceñ. creatus eſt. Qui tamen electioni de ſe factæ acquieſcere noluit, donec eorum quoque Cardinalium, & Cleri, Laicorumque qui Romæ eſſent, uoluntatem cognouiſſet. Qui omnes audita tali electione Decretum Cluniacum miſerunt, confirmãtes vnanimi conſenſu eius electionem, erat enim uir prudentiſs. & in negocijs ſæcularibus adprimè uerſatus, ideòque ubi eius nomen Romæ auditum eſt, omnes ſtatim, nemine diſcrepante in eius electionem conſenſerunt, ſperantes per eum pacem inter eccleſiam & Imp. poſſe componi, quæ uſque à (beatæ memoriæ) Gregorij VII. temporibus uarijs diſcordijs, bellis & tumultibus exagitata fuerat, ob ſacerdotiorum collationes. Hic autem ſuæ confirmationis literis ab Vrbe acceptus, ſtatim ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, Romanumque iter mare aggreſſus breui Romam uenit. Vbi Burdino capto, atque Pontificatus dignitate exuto, ſchiſmatis (pace cum IMP. HENRICO. V. per legatos ſub certis conditionibus, & ijs honeſtis, facta) longiſsimæ diſcordiæ finem impoſuit. Vnde de eo in parietibus cuiuſdam Cameræ ruinoſæ Lateraneñ. Patriarchij hos uerſus ſcriptos uidi.

Ecce CALISTVS adeſt, honor & decus imperiale, Nequam Burdinum damnat, Pacemque reformat. Sedit autem hic Pont. in Apoſtolica ſedę ab eius electione annos quinque, menſes decem & dies tredecim.

CARDINALES QVI CLVNIACI MORTVO PP. GELASIO II. CREATIONI PP. CALLISTI II. INTERFVERVNT.

CARDINALES PRESBYTERI II.

PASCHALIS PP. II.

IOANNES Cremeñ. presb. Cardinalis in Titulo S. Chriſti martyris Chryſogoni.
GVIDO Gallus presb. Card. in tt. S. Balbinæ.

CARDINALES DIACONI IV.

VRBANVS PP. II.

GREGORIVS Romanus de regione trans Tyberim Ioannis filius Diaconus Card. S. Angeli. poſt PP. Innocentius II. creatus, S.R.E. Archidiaconus.

PASCHALIS PP. II.

PETRVS Petri Leonis filius, Romanus, Diaconus Cardinalis. SS. Coſmæ & Damiani, poſt PP. Anacletus in ſchiſmate creatus.
CHRYSOGONVS Diaconus Card. ſancti Nicolai in carcere Tulliano, S.R.E. Cãcellarius.
ROSCIMANVS Campanus monachus Caſsinas Diac. Card. S. Gregorij ad Velum auri.
Reliqui. Cardinales Romæ erant, numero XLVI. nam hi ſunt tantum ſex.

CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Calliſtus II. fecit in Vrbe Roma aliquot Cardinalium ordinationes per menſem Decembrem, & alios menſes, quibus Epiſcopos, presbyteros, & Diaconos multos creauit, inter quos fuerunt hi.


CARDINALES EPISCOPI III.

1 GVILHELMVS . . . Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.
2 EGIDIVS . . . . Epiſcopus Card. Tuſculaneñ.
3 MATTHAEVS . . . Epiſcopus Card. Albaneñ.

CARDINALES

Digitized by Google


III.




CARDINALES PRESBYTERI VI.

4 AMICVS iunior . . . presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem.
5 GREGORIVS . . . . Romanus presb. Card. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum.
6 PETRVS Burgundus Funcanis ortus, conciuis S. Bernardi, presb. Card. tt. S. Marcelli, legatus in Gallijs ſub Honorio PP. II.
7 HVBERTVS . . . . presb. Card. in tt. S. Clementis.
8 PETRVS Petri Leonis filius Romanus, ex Diacono Cardinale SS. Coſmæ & Damiani, factus presb. Card. S. Mariæ trans Tyberim, in titulo Calliſti.
9 CRESCENTIVS Romanus ex Diacono Card. S. Mariæ nouę factus presb. Card. SS. Petri & Marcellini.

IIII.




V.




VI.




VII.



VIII.



IX.




CARDINALES DIACONI VII.

10 STEPHANVS . . . Diaconus Cardinalis in Diaconia S. Mariæ in Coſmedia
11 IONATHAS iunior . Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
12 GREGORIVS . . . Diac. Car. SS. Sergij & Bacchi, Marcelli & Apulæi.
13 ANGELVS . . . . Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.
14 HAYMERICVS . . . Diac. Card. S. Marię nouæ, poſtea S. R. E. Cancellarius,
15 MATTHAEVS Romanus Diac. Card. S. Christi martyris Hadriani.
16 IOANNES Dauferij de Salerno Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.


EPILOGVS

Digitized by Google


x.



xi.




xii.




xiii.



xiiii.



xv.



xvi.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. CALLISTI II.

PP. Calliſtus II. aliquot ordinationibus ſexdecim creauit Cardinales, Epiſcopos treis, preſbyteros ſex, & Diaconos ſeptem, ex his duo poſteriores presbyteri ex antiquis Diaconis Cardinalibus fuerunt.

SIGNVM PP. CALLISTI II.


FIRMAMENTVM EST DOMINVS TIMENTIBVS EVM.

OBITVS PP. CALLISTI II.

ANNO Dominicæ natiuitatis ∞cxxiiii. Romæ in Patriarchio Lateraneñ. Idib. Decembr. mortuus eſt PP. Calliſtus II. Pontificatus ſui anno ſexto. Cadauer eius in Baſilica S. Saluatoris (quæ Conſtantiniana appellatur) pilo marmoreo ſepultum eſt. Vacauit ſedes diem unum.


HONORIVS II. NVM. CLXXII. AN. CHR. ∞CXXIIII.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. HONORIVS II. PONT. MAX. BONONIEN. LAMBERTVS natione Italus, ex prouincia Romandiola, oppido & familia Fagnana Bononien. Diœceſis, Epiſcopus Card. Oſtien. à PP. Paſchale II. factus, ſub Calliſto II. Apoſtolicæ ſedis Legatus ad IMP. HENRICVM V. in Germaniã pro conſtituẽda Pace inter Imp. & Pont. profectus eſt cum Saxone Anagnino presbytero Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio, & Gregorio Diacono Card. S. Angeli. In quo negocio prudẽtiſsimè ſe gerens, uoti compos Romam reuerſus eſt. Vbi paulò poſt (mortuo PP. Calliſto II.) die altero poſt eius obitum, puta XIX. Calend. Ianuarii in contentione cum Theobaldo Buccapeco presbytero Card. in Titulo S. Anaſtaſiæ Rom. Pont. creatus eſt ſtudio Roberti Fregepanis, HONORIVSQVE II. appellatus, quũm Theobaldus Cœleſtini II. nomen ſortitus eſſet. Verum Deus eccleſiæ ſuæ miſertus (maximè quòd peſsimum ſchiſma pullalare denuò inter competitores tanti magiſtratus uideretur) animum Theobaldi mouit, ut ſponte ſua Papatu cedens (et ſi eius electio magis legitima fuerit, quòd & prior & ſine uiolentia, præterea omnium Cardinalium conſenſu eſſet) Honoriũ II. PP. ui electum ueneratus eſt, ſublata omnino quauis ſchiſmatis ſuſpicione, eo enim ipſo die, quo creatus eſt, abdicauit. Quare omnes Cardinales, Clerus, & Pop. Rom. in Honorij II. electionem aſſenſerunt. Hic beatus PP. ſedit in Apoſtolica ſede in pace & tranquillitate eccleſiæ annos quinque, menſes duos, & dies totidem. Recentiores hunc PP. Forocornelienſem, (id oppidum hodie Imolam dicunt) fuiſſe ſcribunt. Quod qua ratione adducti dicant neſcio, id ſatis conſtat, cum Bononien. uel Bononien. Diœceſis ab omnibus horum temporum, uel paulò inferioribus ſcriptoribus appellari.

CORONATIO PP. HONORII II.

ANNO Natiuitatis Dominicæ MCXXIIII. die Dominico XII. Calend. Ianuarii Romæ in Baſilica S. Petri PP. Honorius II. ſuæ coronationis inſigne adeptus, per manum Gregorii Ioannis filii, Romani, de regione trans Tyberim, Diaconi Card S. Angeli, & S. R. E. Archidiaconi, adſtantibus Cardinalib. Clero & Pop. Rom.

CARDINALES QVI ELECTIONI HONORII II. INTERFVERVNT LIII.

CARDINALES EPISCOPI VI.

VRBANVS PP. II.

CRESCENTIVS, aliàs Cynthius, . . . Epiſcopus Card. Sabinen. Prior Epiſcoporum.

PASCHALIS PP. II.

LAMBERTVS de Fagnano, Bononien. Epiſcopus Card. Oſtien. factus PP. Honorius II.
PETRVS Romanus . . . Epiſcopus Card. Portuen. Vicarius PP. in Vrbe Roma.

CALLISTVS PP. II.

GVILHELMVS Gallus . . . Epiſcopus. Card. Prœneſtinus.
EGIDIVS . . . Epiſcopus Card. Tuſculanen.
MATTHAEVS. . . . . . . Epiſcopus Card. Albanen.

CARDINALES PRESBYTERI XXIIX.

VRBANVS PP. II.

BONIFACIVS . . . . presb. Card. in tt. S. Marci, S. R. E. Archipresb.
BENEDICTVS . . . . presb. Card. S. Petri ad uincula in tt. Eudoxiæ.

PASCHALIS PP. II.

IOANNES . . . . . presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris & uirginis Cæciliæ.
CONRADVS . . . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.

Digitized by Google

DESIDERIVS . . presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris & uirginis Praxedis.
DEVSDEDIT . . presb. Card. S. Laurentij martyris, in tt. Damaſi.
GREGORIVS de Cicano Romanus, presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina.
SAXO Comes Anaguinus presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
PETRVS Piſanus presb. Card. in tt. SS. Gabinij & Suſannæ.
IOANNES Cremeñ. presb. Card. in tt. S. Chryſogoni martyris.
SIGIZZO . . . . presb. Card. in tt. S. Xyſti Papæ.
DIVIZZO . . . . presb. Card. SS. Silueſtri & Martini in mõtibus in tt. Equirij.
AMICVS . . . . presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.
NICOLAVS Romanus presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in uia Pammachij.
THEOBALDVS Buccapecus Romanus presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ.
GHERARDVS . . presb. Card. in tt. S. Aquilæ & Priſcæ.
GVIDO . . . presb. Card. in tt. S. Balbinæ.
VVILHELMVS . . . presb. Card. in tt. S. Sabinæ in monte Auentino.
ROBERTVS Papieñ. presb. Card. SS. quatuor coronatorum.
: : . . . presb. Card. S. Vitalis in tt. Veſtinæ.
: : . . . presb. Card. in tt. S. Cyriaci in Thermis Diocletiani.

CALLISTVS PP. II. PASCHALIS PP. II.

PETRVS Petri Leonis filius, Romanus, presb. Card. S. Mariæ trans Tyberim in tt. Calliſti.
CRESCENTIVS Rom. presb. Card. in tt. SS. Petri & Marcellini.

CALISTVS PP. II.

IOANNES . . . . presb. Card. tt. S. Euſebij.
AMICVS iunior . . . presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem.
GREGORIVS Romanus presb. Card. in tt. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
PETRVS de Pontanis Burgundus, presb. Card. in tt. S. Marcelli.
HVBERTVS . . . presb. Card. in tt. S. PP. Clementis.

CARDINALES DIACONI XIIX.

VRBANVS PP. II.

GREGORIVS Ioannis filius de regione trãs Tyberim, Romanus, Diaconus Card. S. Angeli S. R. E. Archidiaconus.

PASCHALIS PP. II.

ROMANVS . . . Diaconus Card. S. Mariæ quæ appellatur in Porticu.
GREGORIVS monachus, Abbas monaſterij S. Gregorij de Vrbe, Diac. Card. S. Euſtachij.
GREGORIVS Caietanus, Diac. Card. S. Luciæ in Septizonio.
THEOBALDVS . . . Diac. Card. SS. Viti & Modeſti martyrum in macello.
ODERISIVS de Sangro Campanus, monachus Caſsinas Diac. Card. S. Agathæ.
ROSCEMANVS Campanus, monachus Caſsinas Diac. Card. S. Gregorij in Velabro.
HENRICVS Siculus, Decanus Mazareñ. Diac. Card. S. Theodori.
COMES . . . Diac. Card. S. Mariæ in Aquino.
STEPHANVS . . . Diac. Card. S. Luciæ in Orphea aliàs in Silice.
HVGO Alatrinus Diac. Card. S. Mariæ in uia Lata.

CALLISTVS PP. II.

STEPHANVS . . . . Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia.
IONATHAS Iunior . . . Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
GREGORIVS . . . . Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.
ANGELVS . . . . . Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.
HAYMERICVS Gallus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ S. R. E. Cancellarius.
MATTHAEVS . . . . Diac. Card. S. Chriſti martyris Hadriani.
IOANNES Dauferij Salernitanus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞CCCXXV. Pontificatus PP. Honorij II. anno II. die . . Calend.


Digitized by Google

Calend. Ianuarij Romæ P P. Honorius II. fecit primam Cardinaliũ ordinationem, ut alias taceam diuerſis temporibus habitas, quibus omninò Cardinales creauit XXX. Epiſcopos nimirum treis, presbyteros XVI. & Diaconos XI. Hi ſunt,

CARDINALES EPISCOPI III.

1 IOANNES . . . . ex presb. Card. tt. S. Cæciliæ factus Epiſcopus Card. Oſtieñ.
2 CONRADVS . . . ex presb. Card. S. Pudentianę in tt. Paſtoris. factus Epiſcopus Card. Sabineñ. poſt P P. Anaſtaſius IIII. creatus.
3 GILO . . . . . Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.


III.



CARDINALES PRESBYTERI XVI.

4 COMES . . . . . ex Diacono Cardinale S. Mariæ in Aquino, presb. Card. in tt. S Sabinæ.
5 MATTHAEVS . . . ex Diac. Card. S. Hadriani factus presb. Card. S. Petri ad uincula in tt. Eudoxiæ.
6 : : . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . .
7 GREGORIVS . . . presb Card. in tt. S. Virginis & martyris Balbinæ.
8 PETRVS . . . . . presb. Card. SS. Silueſtri & Martini in mõtibus, in tt. Equirij.
9 GHERARDVS de Cacianemicis Bononieñ. presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalẽ. poſt factus P P. Lucius II.
10 : : . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . .
11 VDALRICVS . . . presb. Card. in tt. SS. Ioannis & Pauli, in tt. Pammachij.
12 PETRVS . . . . presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ martyris & uirginis.
13 ANSELMVS . . . . presb. Card. S. Laurentii in tt. Lucinæ.
14 : : . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . . .
15 LECTIFREDVS . . . presb. Card. S. Vitalis in tt. Veſtinæ.
16 HENRICVS . . . . presb. Card. in tt. SS. Aquilæ & Priſcæ.
17 IOZELINVS . . . presb. Card. in tt. S. Chriſti uirginis & martyris Cæciliæ.
18 : : . . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . .
19 Magiſter Iuo Gallus presb. Card. in tt. ſanct. . . . .


IIII.



V.



VI.



VII.



Digitized by Google


VIII.




IX.




X




XI.




XII.




XIII.




XIIII.



XV.




XVI.




XVII.




XVIII.



XIX




XX.




XXI.



XXII.



XXIII.




DIACONI CARDINALES XI.


20 STEPHANVS . . . Diaconus Card. S. Luciæ in Silice, aliàs in Orphea.
21 RVSTICVS de Ruſticis, Romanus, Diac. Card. Archipresbyter Baſilicæ Apoſtolorũ.
22 : : . . . . . Diaco. Card. in Diaconia ſanct. . .
23 HVGO . . . . Diacon. Card. S. Chriſti mart. Theodori. Obiit ſub hoc P P.
24 Magiſter Guido Caſtellanus, Tiphernas, Thuſcus, Diacon. Card. S. Mariæ in uia lata. Poſt P P. Cœleſtinus II.
25 : : . . . . . Diaco. Card. ſanct. . . .
26 ALBERTVS . . Diac. Card. in Diaconia S. Chriſti martyris Theodori.
27 PETRVS . . Diac. Card. ſanct. Legatus in Galliis ſub P P. Honorio II.
28 : : . . . . Diac. Card. in Diaconia ſanct. . .
29 : : . . . . Diac. Card. in Diaconia ſanct. . .
30 MATTHAEVS . . Diac. Card. ſanct. Legatus in Galliis ſub Innocentio II.

Digitized by Google


XXIIII.




XXV.




XXVI.




XXVII.




XXVIII.



XXIX.



XXX.



OMNES SVNT NVMERO XXX. SED DEMPTIS QVATVOR ANTIQVIS REMANENT XXVI.


SIGNVM PP. HONORII II.

OCVLI DOMINI SVPER IVSTOS.


OBITVS PP. HONORII II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis, ∞cxxx. die xvi. Calend. Martii Romæ in Lateranenſi Patriarchio mortuus eſt PP. Honorius II. Bononienſis, Pontificatus anno ſexto. Cadauer eius in Baſilica Lateranẽ. marmoreo Piſo ſepultum eſt. eo mortuo non uacauit Rom. ſedes.

COELESTINVS II. NVM. CLXXXIII. AN. CHR. ∞CXXIIII.








IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.


SANCTISS. D. N. COELESTINVS II. PONT. MAX. ROMANVS. THEOBALDVS Buccapecus, Romanus, presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ in Schiſmate ante Honorium II. creatus tanquam uir bonus & ſanctus, licet potiores in Pontificatu quàm Honorius II. parteis habuerit, & ab omnibus Cardinalibus in Papam electus eſſet, nihilominus uiolentæ electioni Honorii II. à Laicis in Pont. ſummum maximumq; rogati, authore Roberto Fregepane conſentiens, eo die Papatum depoſuit, abhorrẽs longè peſſimum ſchiſma. Quo facto Honorius ipſe ſubmoto competitore in Papam electus eſt.

SCHISMA XX. IN ECCLESIA ROM. INTER HONORIVM II. ET COELESTINVM II.


INNOCENTIVS II. NV. CLXXXIIII. AN. CHR. MCXXX.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

INNOCENTIVS II. SANCTISS. D. N. PONT. MAX. ROM. GREGORIVS natione Italus, patria Romanus de regione trans Tyberim, patre Ioanne familia incognita, Diaconus Card. S. Angeli à PP. Vrbano II. factus, fuit legatus Apoſtolicæ ſedis, cum Lamberto Oſtieñ. Epiſcopo, & Saxone Anaguino Cardinalibus ſub PP. Caliſto II. pro eccleſiæ & Imp. pace in Germaniam apud IMP. HENRICVM V. quam Romam retulerunt honeſtiſsimis (Rom. eccleſiæ proficuis) conditionibus. Hic quùm eſſet S. R. E. Archidiaconus, mortuo PP. Honorio II. die obitus eius (qui fuit XVI. Calend. Martij) in ſchiſmate cum Petro (Petri Leonis filio) presbytero Card. in titulo S. Marię trans Tyberim, uiro nobiliſs. & potentiſs. à minori parte Cardinalium, uerùm aliquot horis ante creatus eſt, Innocentius II. appellatus, quùm Petrus Anacleti nomen ſuſcepiſſet. Huius (quod in creatione præueniſſet) etſi à paucioribus Cardinalibus Pont. pronunciatus, potioreis parteis uidebantur. Anacletus contrà, maiorem Cardinalium numerum pro ſe ſtare aſſerens, Pontificatum Rom. ſibi uendicabat, utqui ob affinium primùm, tum etiam Clientium potentiam, Innocentium II. cum ſibi adhærentibus Cardinalibus ui cędere Vrbe adegiſſet. Qui ex Vrbe fugiens cũ ſociis Cardinalib. in Galliam profectus, ibi multos annos manſit. Demum mortuo Anacleto Pontificatus ſui anno VIII. moxque ſucceſſore Victore IIII. à ſuæ partis Cardinalibus electo, ultrò

Digitized by Google

abdicante,Pontificiam maieſtatem,deinceps ſedem Romanam ſolus obtinuit. Et ſedit ab electione annos XIII. menſes ſeptem & dies octo. In ſchiſmatis confuſione annos VIII. reliquos uſque ad XIII. pacificè ſolus uixit.

CORONATIO PP. INNOCENTII II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCXXX. die XIIII. Calendas Martij PP. Innocentius II. in presbyterum & Epiſcopum conſecratus, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit Romæ Laterani.

CARDINALES PARTIS INNOCENTII II. QVI EVM IN ROMANVM PONT. ELEGERVNT XVII.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

CALLISTVS PP. II.

GVILHELMVS . . . Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus
MATTHAEVS . . . Romanus Epiſcopus Card. Albanẽ.

HONORIVS PP. II.

IOANNES . . . . Bononiẽ. Epiſcopus Card. Oſtiẽ.
CONRADVS . . . Romanus Epiſcopus Card. Sabinẽ.

CARDINALES PRESBYTERI VII.

PASCHALIS PP. II.

IOANNES de Crema presbyter Cardinalis in Titulo S.Chryſogoni.

CALLISTVS PP. II.

HVBERTVS . . presb. Card. in tt. S. Clementis PP.

HONORIVS PP. II.

PETRVS . . presb. Card. SS. Silueſtri & Martini in montibus, in tt. Equirii.
GHERARDVS Cacianemicus Bononiẽ. presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem.
PETRVS . . presb. Card. in tt. S. Chriſti uirginis, & martyris Anaſtaſiæ.
IOZELINVS . . presb. Card. in tt. S. Chriſti uirginis & martyris Cæciliæ.
ANSELMVS . . presb. Card. S. Laurentii in tt. Lucinæ.

CARDINALES DIACONI VI.

VRBANVS PP. II.

GREGORIVS Ioannis filius, Romanus, de regione trans Tyberim, Diaconus Card. S. Angeli S. R. E. Archidiaconus, factus poſtea PP. Innocentius II.

PASCHALIS PP. II.

ROMANVS . . Diac. Card. ſanctæ Mariæ in porticu. S. R. E. Archidiaconus.

CALLISTVS PP. II.

GREGORIVS . . Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi.
HAYMERICVS Gallus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ S. R. E. Cancellarius.

HONORIVS PP. II.

GVIDO . . Diac. Card. ſanctæ Mariæ in uia lata.
ALBERTVS . . Diaco. Card. S. Theodori martyris.

CREATIONES CARDINALIVM.





PP. Innocentius II. tàm in Gallis tempore ſchiſmatis, quàm Romæ, eo ſublato, multas fecit epiſcoporum, presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium ordinationes per menſem Decembrem,

Decembrem,& alios,quibus in ſumma Cardinales XLIIII. creauit, epiſcopos ſex, presbyteros uiginti,& Diaconos decem & octo,qui infraſcripti ſunt.

CARDINALES EPISCOPI VI.

1 GVIDO Romanus Epiſc. Card. Tyburtinus.
2 ALBERICVS . . Epiſc. Card. Oſtien.
3 STEPHANVS . . Epiſc. Card. Præneſtinus.
4 OMARVS . . Epiſc. Card. Tuſculanus poſt prior epiſcoporum. Obiit ſub Alexandro III.
5 THEODEVINVS . . Epiſcopus Cardinalis Portuen.
6 PETRVS Romanus Epiſcopus Card. Albanen.


III. IIII. V. VI.








CARDINALES PRESBYTERI XX.


7 RAYNALDVS Campanus ex Comitibus Marſorum,monachus Abbas Caſinen. presb. Cardinalis in tt.ſanct. . . .
8 : : . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . .
9 LVCAS . . . presb. Card. S.S. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij.
10 MARTINVS . . . presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
11 GVSTO . . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.
12 : : . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . .
13 STANTIVS . . presb. Card. in tt. S. Sabinæ in monte Auentino.
14 BALDVINVS Gallus,presb. Card. in tt. ſanct. . . . poſt factus Archiepiſcopus Piſanus.
15 : : . . . presb. Card. in tt. ſanct. . . .
16 MAGISTER Guido de caſtello Typhernas Thuſcus ex Diacono Card. S. Mariæ in uia Lata,presb. Card. tt. S. Marci. poſt PP. Cœleſtinus II.
17 : : . . . presb. Card. tt. ſanct. . . .
18 GVIDO . . . . presb. Card. tt. S. Chryſogoni.
19 PETRVS . . . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.
20 GREGORIVS . . . presb. Card. S. Mariæ trans Tyberim in tt. Calliſti, poſt Epiſcopus Card. Sabinen.
21 : : . . . presb. Card. in tt. ſanct.
22 HVBALDVS Lucen. Thuſcus, ex Diacono Card. S. Mariæ in uia Lata, factus presb. Card. in tt. S. Praxedis. poſt Epiſcopus Card. Oſtien. & demum PP. Lucius. III.
23 : : . . . presb. Card. in tt. ſanct. . .
24 RAYNERIVS . . . presb. Card. in tt. SS. Aquilæ & Priſcæ.
25 THOMAS . . presb. Card. S. Vitalis in tt. Veſtinæ.
26 ROBERTVS Piſanus presbyter Card. in tt. ſanct. . . . poſt S. R. E. Cancellarius.

VII. VIII. IX. X.





XI. XII. XIII. XIIII.




XV. XVI. XVII. XVIII.



XIX. XX. XXI. XXII.



XXIII. XXIIII. XXV. XXVI.



CARDINALES DIACONI XIIX.

27 OTHO Romanus Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro. poſtea factus S. R. E. Archidiaconus ſub Hadriano P P. IIII.

28 : : . . . Diac Card. ſanct. . . . .

29 GVIDO . . . Diac Card. SS Coſmæ & Damiani.

30 GVIDO Romanus Diac. Card. S Chriſti martyris Hadriani.

31 BOETIVS Romanus Diac. Card. SS Viti & Modeſti Martyrum in macello.

32 HVBALDVS Luceñ. Hetruſcus Diac. Card S. Mariæ in uia Lata, poſt presbyter Card. tt. S. Praxedis.

33 VASS. . . . Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedia.

34 : : . . . Diac. Card ſanct. . . . .

35 CHRYSOGONVS . . Diaconus Card. S. Mariæ in porticu.

36 GHERARDVS . . . Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.

37 OCTAVIANVS Romanus Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, poſt P P. Victor IIII.

Digitized by Google

38 : : . . . . Diaconus Card. ſanct. . . . .

39 GVIDO Romanus Diac. Card. ſanct. . . . & ſacroſanctæ Lateranen. Baſilicæ altaris miniſter.

40 : : . . . . Diac. Card. ſanct. . . . .


41 GREGORIVS Romanus de regione trans Tyberim PP. Innocentij II. nepos Diaco. Card. S. Angeli.

42 : : . . . . Diac. Card. ſanct. . . . .


43 PETRVS . . . Diac. Card. ſanctæ Mariæ in Porticu.

44 IOANNES . . . Diaconus Card. S. Chriſti martyris Hadriani.


XXVII.




XXVIII.




XXIX.




XXX.




XXXI.




XXXII.



XXXIII.




XXXIIII.




XXXV.




XXXVI.




XXXVII.




XXXVIII.



XXXIX.




XL.




XLI.




XLII.



.XLIII.



XLIIII.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. INNOCENTII II.

PP. Innocentius omninò XVIII. creauit Cardinales, ex his tres aut quatuor ex antiquis fuere, reliqui ſunt omninò quadraginta quatuor.

SIGNVM PP. INNOCENTII II.


ADIVVA NOS DEVS SALVTARIS NOSTER.

OBITVS PP. INNOCENTII II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞CXLIII. die XI. Calendas Octobr. PP. Innocentius II. Romæ mortuus eſt in Lateraneñ. Patriarchio. Cadauer eius Labro marmoreo in Baſilica Conſtantiniana ſepultum eſt. Vacauit S. Romana ſedes dies duos.


ANACLETVS II. NVM. CLXXXV. AN. CHR. ∞CXXX.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. ANACLETVS II. PONT. MAX. ROMANVS, PETRVS natione Italus, patria Romanus, ex nobiliſsimo genere ortus. Petri Leonis ciuis nobiliſs. & potentiſs. filius, primò Diaconus Card. SS. Coſmæ & Damiani, à PP. Paſchali II. creatus, mox in Titulo S. Mariæ trans Tyberim, presbyter Card. per Calliſtum PP. II. ordinatus eſt. Hic mortuo PP. Honorio II. eo ipſo die in ſchiſmate cum Innocentio II. à maiori parte Cardinalium, uerùm aliquot horis poſt creatus, Innocentium ſecum de Pontificatu Rom. adipiſcendo decertantem, urbe ui cædere coëgit. Quo in Gallias cum ſuis Cardinalibus abeunte, Petrus (qui Anacleti II. nomine appellari uoluit) Rom. Pont. ſolus quamdiù uixit retinuit, ſeditq; Romæ in Petri cathedra annos VII. menſes IX. & dies X. creatus die XVI. Cal. Martij.

CORONATIO

Digitized by Google

CORONATIO PP. ANACEETI II.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞cxxx, die xvii. Calend. Martij Romæ PP. Anacletus II. in Epiſcopum conſecratus ſuæ coronationis decoramenta ſuſcepit.

CARDINALES PARTIS ANACLETI II. QVI EVM IN SCHIMATE CONTRA INNOCENTIVM I. ELEGERVNT, XXIIII.

CARDINALES EPISCOPI II.

PASCHALIS PP. II.

Petrvs . . . . Romanus Epiſcopus Card. Portueñ. prior Epiſcoporum,

HONORIVS PP. II.

Gilo . . . Epiſcopus Cardinalis Tuſculaneñ.

CARDINALES PRESBYTERI XVI.

VRBANVS PP. II.

Bonifacivs . . . presb. Card. in tt. S. Marci, S. R. E. Archipresb.

PASCHALIS PP. II.

Conradvs . . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.
Desiderivs . . . presb. Card. in Titulo S. Praxedis.
Devs dedit . . . . presb. Card. S. Laurentij, qui appellatur Damaſi.
Saxo Comes Anaguinus presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, qui priuato Haymerico factus eſt S. R. E. Cancellarius,
Petrvs Piſanus . . presb. Card. tt. SS. Gabinij & Suſannæ.
Sigizzo . . . presb. Card. in Titulo S. Xyſti Papæ.
Petrvs Petri Leonis filius, Romanus, presb. Card. S. Mariæ trans Tyberim, in titulo Calliſti.
Crescentivs . . . presb. Card. SS. Petri & Marcellini.

CALLISTVS PP. II.

Gregorivs Romanus, presb. Card. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum.

PASCALIS PP. II

Comes . . . . presb. Card. tt. S. Sabinæ in Auentino.

CALLISTVS PP. II.

Matthaevs. . . presb. Card. S. Petri ad uincula in titulo Eudoxiæ.

HONORIVS PP. II.

Gregorivs . . . presb. Card. in Titulo S. Balbinæ
Vldericvs . . . presb. Card SS. Ioannis & Pauli in titulo Pammachij.
Lectifredvs . . . presb. Card. S. Vitalis in titulo Veſtinæ.
Henricvs . . . . presb. Card. SS. Aquilæ & Priſcæ.

CARDINALES DIACONI VIII.

PASCHALIS PP. II.

Gregorivs monachus, Abbas monaſterij S. Gregorij de Vrbe, Diac. Card. S. Euſtachij.
Theobaldvs . . Diac. Card. SS. martyrum Viti & Modeſti in macello.

CALLISTVS PP. II.

Stephanvs . . . Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia.
Ionathas iunior . . Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
Angelvs . . . . Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.

Ioannes

Digitized by Google

Ioannes Dauſerij de Salerno, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Honorivs pp. II.

Stephanvs . . . Diac. Card. in Titulo S. Luciæ in Orphea, aliâs in Silice.
Rvsticvs Romanus Diac. Card. Sanct. . . . Archipresbyter S. Petri.


Prima Creatio Cardinalivm.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞cxxx. Pontificatus anno primo, die . . Calend. Iunij Romæ PP. Anacletus II. fecit primam Cardinalium ordinationem, qua hi Cardinales creati ſunt.


Cardinales Presbyteri VIII.

1 **Ionathas** iunior, ex Diacono Card. SS. Coſmæ & Damiani, factus presb. Card. tt. S. Mariæ trans Tyberim.
2 **Ioannes** . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.
3 **Stephanvs** . . . presb. Card. in titulo S. Laurentij qui appellatur Damaſi.
4 **Petrvs** . . . . . presb. Card. tt. S. Euſebij.

III.



IIII.




Cardinales Diaconi III.

5 **Silvivs** Romanus . . Diaconus Card. S. Lucię in Septiſolio.
6 **Hermannvs** . . . . Diac. Card. S. Angeli in foro piſcario.
7 **Gregorivs** . . . Diac. Card. S. Mariæ in Aquino. An alias plureis ordinationes fecerit, incertum.


V.



VI.



VII.



Signvm PP. Anacleti II.

Dominvs fortitvdo plebis svae.

Obitvs PP. Anacleti II.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞cxxxiix. die VIII. Calend. Decemb. mortuus Romę eſt Anacletus II. (in ſua obedientia Papa appellatus) Pontificatus ſui anno VIII. Cadauer eius in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt, & paulò poſt eius mortem, à Cardinalibus fautoribus factionis ſuæ in ſchiſmate contra Innocentium II. creatus eſt.

S. D. Victor


Digitized by Google

S. D. VICTOR IIII. NVM. CLXXXVI. ANNO CHRISTI ∞CXXXIIX.



GREGORIVS presbyter Card. Baſilicæ Apoſtolorum, ſedit menſes duos & dies aliquot. Innocentius autem II. (qui tum in Vrbe erat,) magna pecunia Petro Petri Leonis filio, fratre uerò Anacleti II. defuncti, & eius complicibus qui Victori ſchiſmatico fauebant, corruptis, eos ad ſuas parteis deduxit. Tum Cardinales, qui Victori IIII. adhæſerãt, omni auxilio & ſpe deſtituti Innocentii II. parteis ſequuti ſunt iureiurando prius ab eo accepto, quòd illos dignitatibus ſuis non priuaret, nec bona ſua aliqua in parte minueret. Tunc demum Gregorius ab omnibus ſuis derelictus, abiecto Pontificatu ad Innocentium(à quo benignè exceptus eſt) acceſsit. Itaque hoc ſchiſma, quod annos octo iam durauerat, planè è medio remotum eſt, menſe Ianuario Anno Domini ∞CXXXIX.

COELESTINVS II. NVM. CLXXXVII. AN. CHR. ∞CXXXIIX.



Digitized by Google

IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. COELESTINVS PONT. MAX. TYPHERNAS. MAGISTER GVIDO Caſtellanus Typhernas Thuſcus, (quod oppidum nunc Ciuitas Caſtellana appellatur) familia nobili & honorata ortus. Hic Romam ueniens à P P. Honorio II. Diaconus Cardinalis S. Mariæ in uia lata, & ab Innocentio II. presbyter Card. in tt. S. Marci ordinatus eſt. Quo mortuo omnium Cardinalium ſuffragiis Rom. Pont. creatus Cœleſtinus II. appellatus eſt. Seditque in Petri cathedra menſes quinque, & dies tredecim, electus ſtatim altero, poſt mortem Innocentii II. die, hoc eſt VIII. Calend. Octobr. Romæ, ibique paulo poſt in Epiſcopum conſecratus.

CORONATIO PP. COELESTINI II.

ANNO Dominicæ natiuitatis MCXLIII. die VI. Calend. Octobr. PP. Cœleſtinus II. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit Romæ in Baſilica S. Petri.

CARDINALES QVI IN CONCLAVI (QVO PP. COELESTINVS II. CREATVS EST) CONGREGATI FVERE.

CARDINALES EPISCOPI VI.

HONORIVS. PP. II.

CONRADVS de Saburra, Romanus Epiſcopus Card. Sabinen̄. prior epiſcoporum.

INNOCENTIVS. PP. II.

ALBERICVS . . epiſc. Card. Oſtien̄. & Veliternus.
STEPHANVS . . epiſc. Card. Præneſtinus.
YMARVS . . epiſc. Card. Tuſculanen̄.
THEODEVINVS . epiſc. Card. Portuen̄. & S. Rufinæ, aliàs Syluæ Candidæ.
PETRVS . . . . . epiſc. Card. Albanen̄.

CARDINALES PRESBYTERI XIIII.

HONORIVS PP. II.

GHERARDVS Caccianemicus Bononien̄. presb. Card. S. Crucis in Hieruſalem, S.R.E. Cancellarius & Archipresbyter.
ANSELMVS . . presb. Card. in tt. S. Laurentii in Lucina.
IOZELINVS . . . presb. Card. in tt. S. Cæciliæ trans Tyberim.

HONORIVS PP. II.

MAGISTER Guido de Caſtello Typhernas, presb. Card. in tt. S. Marci.

INNOCENTIVS PP. II.

RAYNALDVS abbas Caſſinen̄. ex Comitibus Marſorum presb. Card. in tt. ſanct. . .
LVCAS . . presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij.
MARTINVS . . . presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
PETRVS . . . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. S. Paſtoris
GREGORIVS . . . presb. Card. in tt. S. Mariæ trans Tyberim in tt. Calliſti.
GVIDO . . presb. Card. in tt. ſanct. Chryſogoni martyris trans Tyberim.
HVBALDVS Lucen̄. Thuſcus, presb. Card. in tt. ſanct. Praxedis.
RAINERIVS . . presb. Card. in tt. SS. Aquilæ & Priſcæ.
THOMAS . . presb. Card. S. Vitalis in tt. Veſtinæ.
ROBERTVS Piſanus . presb. Card. in tt. ſanct. . . .

CARDINALES DIACONI X.

GREGORIVS . . Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi, S.R.E. Archidiaconus.

INNOCENTIVS

Digitized by Google

INNOCENTIVS PP. II.

OTHO . . . Diac.Card.S.Georgii ad Velum aureum.

GVIDO . . Diac.Card.ss.Coſmæ & Damiani in uia ſacra.

BOETIVS . . Diac.Card.ss.martyrum Viti & Modeſti in macello.

GHERARDVS . . Diac.Card.S.Mariæ in Dominica.

OCTAVIANVS Romanus Diac.Card.ſanct.Nicolai in carcere Tulliano.

GVIDO altaris Lateranenſ miniſter Diac.Card.ſanct. . . .

PETRVS . . . Diaconus Card.in Diaconia S.Mariæ in Porticu.

IOANNES . . Diac.Card.in Diaconia S. Chriſti martyris Hadriani.

GREGORIVS . . Romanus Diac.Card.S.Angeli in piſcina.

HI OMNES SVNT NVMERO XXX.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCXLIII. die xv. Calend. Ianuarij PP. Cœleſtinus II. Pontificatus ſui anno primo Romæ fecit primam quatuordecim Cardinalium ordinationem, ſeptem presbyterorum, & totidem Diaconorum. Qui ſunt

CARDINALES PRESBYTERI VII.

1 GIBERTVS . . presb.Card.in tt.S.Euangeliſtæ Marci.

2 GVIDO . . presb.Card.in tt.S.Laurentii in Damaſo.

3 : : . . . presb.Card.in tt.ſanct. . . .


4 NICOLAVS . . presb.Card.in tt.S.Cyriaci in Thermis Diocletiani.

5 MANFREDVS . . presb.Card.in tt.S.Sabinæ in Auentino.


6 : : . . . presb.Card.in tt.ſanct. . . .

7 ARIBERTVS . . presb.Card.in tt.S.Chriſti uirginis & martyris Anaſtaſiæ.


III.




IIII.




V.



VI.



VII.



CARDINALES DIACONI VII.

8 PETRVS . . Diac.Card.ſanct.Mariæ in Porticu.

9 : : . . . Diac.Card.in Diaconia ſanct. . . .

10 : : . . . Diac.Card.in Diaconia ſanct. . . .

11 IOANNES . . Diac.Card.in Diaconia S.Chriſti martyris Hadriani.


12 : : . . . Diac.Card.ſanct. . . . .

13 : : . . . Diac.Card.in Diaconia ſanct. . . .

Digitized by Google

14 ASTALDVS . . Diac. Card. in Diaconia S. Christi martyris Euſtachij iuxta Templum Agrippæ.

VIII. IX. X. XI.



XII. XIII. XIIII.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. LVCII II.

SIGNVM PP. COELOELESINI II.


. . . .

OBITVS PP. PASCHALIS II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ꝏCXLVIII. die VIII. Id. Martii Romæ in Patriarchio Lateranē. mortuus eſt PP. Cœleſtinus II. Pontificatus ſui anno primo. Cadauer eius in Baſilica S. Saluatoris ſepultum eſt.

LVCIVS II. NV. CLXXXVIII. AN. CHR. ꝏCXLIIII.

I. II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. LVCIVS II. PONT. MAX. BONONIEN. GHERARDVS natione Italus, prouincia Romandiola, patria Bononieñ. familia Caccianemicis, nobili & honorata, ex patre Alberto, uir eloquens & literatus ab Honorio conciue ſuo presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem ordinatus eſt, ab Innocentio uerò II. poſt mortem Haymerici Cancellarii S. ſedis Apoſtolicæ, in eius locum ea dignitate donatus eſt, quòd præcipuus contrà Anacletum ei fautor fuiſſet. Mortuo autem PP. Cœleſtino II. tertio decimo uacantis ſedis die, undecimo Calend. Aprilis Romę in Lateraneñ. Patriarchio omnium Cardinalium ſuffragiis Pont. Max. pronunciatus eſt. ſedit autem in Petri Cathedra menſes XI. & dies quatuor poſt electionem.

CORONATIO PP. LVCII II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCXLIIII. die VII. Calend. Aprilis Lucius II. ſuę coronationis inſignia ſuſcepit Romæ in Baſilica principis Apoſtolorum.

CARDINALES QVI ELECTIONI LVCII II. INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI VI.

HONORIVS PP. II.

CONRADVS de Saburra Romanus Epiſcopus Card. Sabineñ. Prior epiſcoporum.

INNOCENTIVS PP. II.

ALBERICVS . . epiſc. Card. Oſtieñ. & Veliternus.
STEPHANVS . . epiſc. Card. Preneſtinus.
YMARVS . . epiſc. Card. Tuſculanus.
THEODEVINVS . . epiſc. Portueñ. & S. Rufinæ.
PETRVS . . epiſc. Card. Albaneñ.

CARDINALES PRESBYTERI XVII.

HONORIVS PP. II.

GHERARDVS Caccianemicus Bononieñ. presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem, S.R.E. Cancellarius, & Archipresbyter PP. factus.
ANSELMVS . . presb. Card. in tt. S. Laurentii in Lucina.
IOZELINVS . . presb. Card. in tt. S. Cæciliæ trans Tyberim.

INNOCENTIVS PP. II.

LVCAS . . . presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij.
MARTINVS . . presb. Card. in tt. S. Stephani in monte Cœlio.
PETRVS . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.
GREGORIVS . . . presb. Card. in tt. S. Mariæ trans Tyberim in tt. Calliſti.
GVIDO . . presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Chryſogoni.
HVBALDVS de Luca Thuſcus, presb. Card. in tt. S. Praxedis.
RAYNERIVS . . presb. Card. SS. Aquilæ & Priſcæ.
THOMAS . . presb. Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ.
ROBERTVS . . presb. Card. in tt. ſanct. . .

COELESTINVS PP. II.

GIBERTVS . . presb. Card. in tt. S. Euangeliſtæ Marci.
GVIDO . . . presb. Card. in tt. S. Laurentij in Damaſo.
NICOLAVS . . presb. Card. in tt. S. Cyriaci in Thermis.
MANFREDVS . . presb. Card. in tt. S. Sabinæ.

Digitized by Google

ALBERTVS . . . presb.Card.in tt.ſanctæ Anaſtaſiæ.

CARDINALES DIACONI XI.

CALLISTVS PP. II.

GREGORIVS . . Diaconus Card.SS.Sergii & Bacchi.S.R.E.Archipresbyter.

INNOCENTIVS PP. II.

OTHO . . . Diac.Card.S.Georgii in Velabro.
GVIDO . . Diac.Card.SS.martyrum Coſmę & Damiani.
BOETIVS . . . Diac.Card.SS.martyrum Viti & Modeſti in Macello.
GHERARDVS . . Diac.Card.S.Marię in Dominica.
OCTAVIANVS Romanus Diac.Card.S.Nicolai in carcere Tulliano.
GVIDO . . . Diac.Card.ſanct. . . altaris Lateraneñ.miniſter.
PETRVS . . . Diac.Card.S.Mariæ in Porticu.
IOANNES . . . Diac.Card.S.Chriſti martyris Hadriani.
GREGORIVS Romanus, Diac.Card.ſancti Angeli.

COELESTINVS PP. II.

ASTALDVS . . . . Romanus,Diac. Card. S.Euſtachii iuxta templum Agrippæ.

HI OMNES SVNT NVMERO XXXIIII.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Dominicę natiuitatis ∞CXLIIII. die XV. Calend. Ianuarii, Pontificatus anno primo Romę PP. Lucius II. fecit primam Cardinalium ordinationem, qua quindecim Cardinales creauit, uidelicet Epiſcopum unum, Presbyteros ſeptem, & Diaconos ſeptem, qui ſunt.


CARDINALIS EPISCOPVS I.

1 GVARINVS . . . . Romanus Epiſcopus Card.Præneſtinus.

CARDINALES PRESBYTERI VII.

2 HVBALDVS . . . presb.Card.in tt.S Crucis in Hieruſalem.
3 HVGO . . . presb.Card.in tt.S.Laurentii,qui appellatur Lucinæ.
4 IVLIVS Romanus presb.Card.in tt.S.Marcelli.poſt Epiſcopus Card.Præneſtinus.
5 : : . . . presb.Card.in tt.ſanct. . . . .
6 GVIDO . . . presb.Card. S.Pudentianæ in tt S Paſtoris.
7 VVillanus . : presb.Card.tt.S.Stephani in Cœlio monte.
8 BERNARDVS Romanus presb.Card.tt.S.Clementis. Archipresbyter Baſilicæ.S Petri.

III. IIII. V. VI.




CARDINALES

VII.




VIII.




CARDINALES DIACONI VI.

9 RODVLPHVS . . . Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio. Obijt anno primo Papæ Hadriani. IIII.
10 : : . . . Diaco. Card. ſanct. . . .
11 GVIDO . . Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.
12 BERNARDVS . . . Diac. Card. ſanct. . . .
13 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . .
14 IACINTHVS Bubo Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia. poſt PP. Cœleſtinus.

IX.




X.




XI.




XII.



XIII.



XIIII.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. LVCII II.

PP. Lucius II. una creatione quatuordecim Card. ordinauit, Epiſcopum unum, presbyteros VII. & Diaconos ſex.

SIGNVM PP. LVCII II.

OSTENDIT NOBIS DOMINE MISERICORDIAM SVAM.

OBITVS PP. LVCII II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCXLV. Calend. Martijs Lucius II. PP. Rom. in Patriarchio Lateranen̄ mortuus eſt. Cadauer in Baſilica S. Saluatoris (quæ Conſtantiniana appellatur) cuius olim Canonicus fuerat, ſepultum. Vacauit Rom. ſedes dies duos.

EVGENIVS III. NV. CLXXXIX. AN. CHR. ∞CXLVI.

I. II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI

IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. EVGENIVS III. PONT. MAX. PISANVS. FRATER PETRVS Bernardus Piſanus, Thuſcus, Monachus ordinis S. Benedicti, ex congregatione Ciſtercieñ. S. Bernardi magni abbatis Clareualleñ. diſcipulus, & in conuerſatione filius, Abbas monaſterij SS. Vincentij & Anaſtaſij ad Aquas Saluias, extrà Vrbem Romam uia Oſtieñ. Hic mortuo PP. Domino Lucio II. omnium Cardinalium ſuffragijs, nondum Cardinalis in Pont. Max die III. Calend. Martij Romæ in Baſilica S. Cęſarij in Palatio accitus pronunciatus eſt, ſeditque annos octo, menſes quatuor, & dies decem.

CORONATIO PP. EVGENII II.

ANNO Dominicę Natiuitatis ∞CXLV. die IIII. Nonas Martij PP. Eugenius III. quùm ex Vrbe Roma propter metum Senatorum fugiſſet: poſt ſuam electionem in monaſterio Farfeñ. ſuæ coronationis inſignia nactus eſt, per S. R. E. Archidiaconum.

CARDINALES, QVI ELECTIONI EVGENII III.

INTERPVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI VI.

HONORIVS PP. II.

CONRADVS de Saburra Romanus, Epiſcopus Cardinalis Sabinus. Prior Epiſcoporum.

INNOCENTIVS PP. II.

ALBERICVS . . .	Epiſcopus Card. Oſtieñ.
YMARVS . . .	Epiſcopus Card. Tuſculanus.
THEODEVINVS . .	Epiſcopus Card. Portueñ. & S. Rufinæ.
PETRVS . . .	Epiſcopus Card. Albaneñ.

LVCIVS PP. II.

GVARINVS . . .	Epiſcopus Card. Præneſtinus.

CARDINALES

CARDINALES PRESBYTERI XVIII.

HONORIVS PP. II.

IOZELINVS . . . presb. Card. in Titulo S. Cæcilię trans Tyberim. S. R. E. Archipresbyter.

INNOCENTIVS PP. II.

LVCAS . . . . . presb. Card. SS Ioannis & Pauli in titulo Pammachij.
GREGORIVS . . . presb. Card. S Marię trans Tyberim in titulo Calliſti.
GVIDO . . . presb. Card. tt. S Chryſogoni martyris trans Tyberim.
HVBALDVS de Luca Thuſcus, presb. Card. in titulo S. Praxedis.
RAYNERIVS . . . presb. Card. in titulo S. Priſcæ in Auentino.
THOMAS . . . . presb. Card. S. Vitalis in titulo Veſtinæ.
ROBERTVS Piſanus Thuſcus, presb. Card. in Titulo ſanct. . . . S. R. E. Cācellarius.

COELESTINVS PP. II.

GILBERTVS . . . presb. Card. in titulo S. Euangeliſtæ Marci.
GVIDO . . presb. Card. in tt. S. Laurentij in Damaſo
MANFREDVS . . presb. Card. in tt. S. Sabinæ in Auentino.
ARIBERTVS . . presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ martyris.

LVCIVS PP. II.

HVBALDVS . . presb. Card. tt. S Crucis in Hieruſalem.
HVGO . . presb. Card. tt. S Laurentij in Lucina.
IVLIVS Romanus, presb. Card. in tt. S. Marcelli.
GVIDO . . presb. Card S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.
VVILLANVS . . presb. Card. tt. S Stephani in Cælio monte.
BERNARDVS . . presb. Card. in tt S. Clementis, Archipresbyter S. Petri Apoſtoli.

CARDINALES DIACONI XI.

INNOCENTIVS PP. II.

OTHO . . Diac. Card. S. Georgij in Velabro, S R. E. Archidiaconus.
GVIDO . . Diac. Card. SS. martyrum Viti & Modeſti in macello.
GERARDVS . . . Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.
OCTAVIANVS . . Diac. Card. S Nicolai in carcere Tulliano.
IOANNES . . Diac Card. S. Chriſti martyris Hadriani.
GREGORIVS Romanus, Diac. Card. S. Angeli in piſcina.

COELESTINVS PP. II.

ASTALDVS . . . Diac. Card. S Euſtachij, iuxtà templum Agrippæ.

LVCIVS PP. II.

RODVLPHVS . . Diac. Card. S Luciæ in Septiſolio.
GVIDO . . Card. in Diaconia S. Mariæ in porticu.
BERNARDVS . . Diac Card. ſanct. . . . .
IACINTHVS Bubo Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia.

HI OMNES SVNT NVMERO XXXV.

CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Eugenius III. plureis fecit Epiſcoporum, presbyterorum & Diaconorum ordinationes per menſem Decembrem, quibus Epiſcopos duos, presbyteros XI. & Diaconos X. creauit. Hi ſunt

CARDINALES EPISCOPI II.


1 HVGO . . . . Epiſcopus Cardinalis Oſtieñ. & Veletreñ. primus.

FRATER

2 FRATER Nicolaus de Maluiſebiria Bathonieñ. Dioceſis Anglicus, monachus, Abbas S. Rufi prope Valentiam, ordinis Ciſtercieñ Epiſcopus Card. Albaneñ.

3 :: . . . . Epiſc. Card. . . . . .

III.



CARDINALES PRESBYTERI XI.

4 IORDANVS Vrſinus presb. Card. in Titulo SS. Gabinij & Suſannæ.

5 OCTAVIANVS Romanus ex Diacono Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano presb. Card. in Titulo S. Cæciliæ, poſt PP. Victor IIII.

6 ASTALDVS . . . presb. Card. in tt. SS Aquilæ & Priſcæ in Auentino.

7 ROLLANDVS Paparo Seneñ. presb. Card. in Titulo S Marci. poſt factus S. R. E. Cancellarius, demum creatus PP. Alexander III.

8 CONRADVS . . . presb. Card. S Stephani in Cœlio monte.

9 IOANNES Paparo Romanus presb. Card. tt. SS. Laurentij in Damaſo.

10 IOANNES Comes Anagninus presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in Titulo Pammachij.

11 CINTIVS . . . presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina.

12 HENRICVS Piſanus, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.


13 IOANNES de More . . presb. Card. SS Silueſtri & Martini Titulo Equirij.

14 GVIDO Piſanus . . presb. Card. in Titulo S. Chryſogoni.


IIII.



V.




VI.



VII.




VIII.



IX.



X.




XI.




Digitized by Google


XII.



XIII.



XIIII.



CARDINALES DIACONI X.

15 Rollandvs . . Paparo Seneñ. Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani, poſt presbyter Card. in tt. S. Marci.

16 : : . . . . Diac. Card. Sanct. . . .

17 Ioannes . . . Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.

18 Gerardvs . . . Diac. Card. S. Mariæ in uia Lata.

19 Hiltprandvs Craſſus Bononieñ. Diac. Card. S. Euſtachij iuxta tẽplum Agrippæ.

20 Magister Otho de Brixia, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, Legatus PP. Hadriani IIII. in Lombardia.


21 Bernardvs . . . Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani iuxta Templum Romuli.

22 Gvido Cremeñ. . . Diac. Card. Sanct. . . . poſt presb. Card. tt. S. Calliſti.


23 Raymvndvs . . . . Diac. Card. S. Mariȩ in uia Lata.

24 Sy. . . . . . Monachus Abbas Sublaceñ. monaſterij Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.


XV.




XVI.



XVII.




XVIII.




XIX.




XX.




XXI.




XXII.



XXIII.



XXIIII.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. EVGENII III.

PP. Eugenius III. aliquot ordinationibus XXIIII. Cardinales creauit, Epiſcopos duos, presbyteros XI. & Diaconos X. Quorum unus ex antiquis Cardinalibus, alter item ex Diaconis à ſe creatis fuerunt

SIGNVM PP. EVGENII III.

FAC MECVM DOMINE SIGNVM IN BONVM.

OBITVS PP. EVGENII III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCLIII. die VIII. Id. Iulij, PP. Eugenius III. Tybure moritur. Cadauer relatum Romam, in Baſilica Principis Apoſtolorum tumulatum eſt.

PP. Eugenius III. ex quatuor Epiſcopatibus Cardinalibus duos fecit, Veliternum enim Oſtien. & S. Rufinæ alias Syluæ Candidæ Portuen. uniuit, Vnde ita ſex tantum remãſerunt Epiſcopatus Cardinales, Oſtien. Portuen. Sabinen. Tuſculanus, Præneſtinus & Albanen.

ANASTASIVS PP. IIII. NV. CXC. AN. CHR. MCLIII.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D.N. ANASTASIVS IIII. PONT. MAX. ROMANVS. CVNRADVS natione Italus, patria Romanus de regione Saburræ, ex patre Benedicto, monachus ordinis S. Benedicti congregationis . . Abbas S. Rufi Veliternæ Diœceſeos S.R.E. Epiſcopus Card. Sabinus ab Honorio II. Pont. Max. ob uirtutes, ac animi corporiſque egregias dotes, ſanctitatem, prudentiam, ac morum grauitatem creatus. Quarum uirtutum ergo, mortuo PP. Eugenio III. Romæ, ab omnibus Cardinalibus in eius locum Pont. Rom. ſuccedere iuſſus eſt, die VI. Id. Iulias. Sedit in ſacratiſſima ſede beati Apoſtoli Petri annum unum, menſes quatuor, & dies uiginti treis, ab eius electione.

CORONATIO PP. ANASTASII IIII.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCLIIII. Pontificatus anno primo die . . . . PP. Anaſtaſius IIII. Romæ in Baſilica Principis Apoſtolorum, ſuæ coronationis inſignia recepit per S.R.E. Archidiaconum.

CARDINALES QVI ELECTIONI PP. ANASTASII IIII. INTERFVERVNT.

CARDINALES

Digitized by Google

CARDINALES EPISCOPI VI.

HONORIVS PP. II.

Conradvs de Saburra, Romanus Epiſcopus Card. Sabineñ. Prior epiſcoporum.

INNOCENTIVS PP. II.

Ymarvs . . epiſc. Card. Tuſculaneñ.
Theodevinvs . epiſc. Card. Portueñ. & S. Rufinæ.

LVCIVS PP II.

Gvarinvs . . . . epiſc. Card. Præneſtinus.

EVGENIVS PP. III.

Hvgo . . epiſc. Card. Oſtieñ. & Veliternus.
Nicolavs de Maluiſebiria, Bacchanieñ. diœceſeos Anglus, Epiſcopus Card. Albanus.

CARDINALES PRESBYTERI XI.

INNOCENTIVS. PP. II.

Gregorivs . . . presb. Card. in tt. S. Mariæ trans Tyberim. tt. Calliſti S. R. E. Archipresbyter.
Hvbaldvs de Luca presb. Card. in tt. ſanct. Praxedis.
Thomas . . presb. Card. S. Vitalis in tt. Veſtinæ.

COELESTINVS II.

Manfredvs . . presb. Card. tt. S. Sabinæ in Auentino.
Aribertvs . . presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ martyris.

LVCIVS PP. II.

Hvbaldvs . . . presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Ivlivs Romanus presb. Card. in tt. S. Marcelli.
Gvido . . . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.
Bernardvs . . . presb. Card. in tt. S. Clementis, Archipresbyter Baſilicæ S. Petri.

EVGENIVS PP. III.

Iordanvs Vrſinus Romanus presb. Card. in tt. S. Suſannæ.
Octavianvs . . . Romanus presb. Card. in titulo S. Cæciliæ.
Astaldvs . . . . Romanus presb. Card. in titulo S. Priſcæ.
Rollandvs Paparo Seneñ. presb. Card. tt. S. Marci S. R. E. Cancellarius.
Gherardvs . . . presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Ioannes Paparo Romanus presb. Card. tt. S. Laurentij in Damaſo.
Ioannes Anagninus presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in titulo Pammachij.
Centivs Romanus . . presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina.
Henricvs Piſanus . . presb. Card. in tt. SS. Nerei & Achillei.
Ioannes Merc. . . presb. S. Martini in montibus tt. Equitij.

CARDINALES DIACONI XIIII.

INNOCENTIVS PP. II.

Otho . . Diaconus Card. S. Georgij in Velabro S. R. E. Archidiaconus.
Gvido . . Diac. Card. SS. Viti & Modeſti martyrum in macello.
Ioannes . . Diac. Card. S. Hadriani.
Gregorivs Rom. Diac. Card. S. Angeli in Piſcina.

LVCIVS PP. II.

Rodvlphvs . . . Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio.
Gvido . . . . Diac. Card. in Diaconia S. Mariæ in Porticu.
Iacinthvs Bubo Romanus Diac. S. Mariæ in Coſmedin.

Evgenivs

Digitized by Google

EVGENIVS PP. II.

Ioannes	Diaco. Card. SS. Sergij & Bacchi.
Hiltprandvs Craſſus	Diac. Card. S Euſtachij iuxtà templum Agrippæ.
Magister Otho Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano	
Bernardxs . . .	Diacon. Card. S S. Coſmæ & Damiani martyrum.
Gvido Cremeñ. Diaco.	Card. ſanct. . . .
Raymvndvs . .	Card. Diac. S. Mariæ in uia lata.
Sr	Monachus, Abbas Sublaceñ. Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.


HI OMNES SVNT XXXVIII.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominicæ Natiuitatis CIↃCLIII. Pontificatus anno primo, die . . . . PP. Anaſtaſius IIII. fecit primam Cardinalium ordinationem, qua epiſcopum unum, presbyteros IIII. & Diaconos Cardinales III. creauit. Hi fuere.

1	Gregorivs . .	Epiſc. Card. Sabineñ.
2	::	presb. Card. in tt. ſanct. . . .
3	::	presb. Card. in tt. ſanct. . . .
4	::	presb. Card. in tt. ſanct. . . .
5	::	presb. Card. in tt. ſanct. . . .
6	::	Diacon. Card. ſanct. . . .
7	::	Diac. Card. ſanct. . . .
8	::	Diac. Card. ſanct. . . .


III.




IIII.




V.




VI.



VII.



VIII.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. ANASTASII IIII.

SIGNVM ANASTASII PP. II.


CVSTODI ME DOMINE VT PVPILLAM OCVLI.

OBITVS PP. ANASTASII II.

Anno Dominicæ Natiuitatis CIↃCLIIII. PP. Anaſtaſius. IIII. Romæ in Patriarchio Lateraneñ. mortuus eſt, die IIII. Nonas Decembres. Cadauer eius in Baſilica Conſtantiniana Porphyretico ſepulchro conditum. Vacauit Rom. ſedes diem unum.

Hadrianvs

HADRIANVS PP. IIII. NV. CXCI. AN. CHR. ∞CLIIII.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI

IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. HADRIANVS IIII. PONT. MAX. ANGLVS FRATER NICOLAVS de Maluiſebiria, oppido S. Albani, Bachonieñ. Diœceſis, Anglicus, monachus ordinis S. Benedicti, congregationis . . . Abbas monaſterii S. Rufi prope Valentiam in Galliis. Hic quûm ob Congregationis ſuæ negocia Romam ueniſſet, ſub beato PP. Eugenio III. eaque ſtrenuè confeciſſet, PP. eius prudentiam, doctrinam & ſanctitatem admiratus, eum Epiſcopum Card. Albanum creauit, legatumque Apoſtolicæ ſedis de latere ad parteis Suetiæ & Noruegiæ miſit ad prædicandum gentibus illis, in tenebris ſedentibus Chriſtianam ueritatem. Vir enim doctiſs. erat, eloquio facundus, morum honeſtate præditus, & uitæ ſanctitate inſignis. Qui prædicãdo genteis eaſdem Barbaras luſtralis laticis fonte lauans ad Chriſti fidẽ traduxit. Deinde Romam negocio egregiè confecto reuerſus, non longè poſt mortuo PP. Anaſtaſio IIII. omnium Cardinalium ſuffragiis Pont. max. in eius locum in Baſilica S. Petri die III. Nonas Decembris creatus eſt, ſeditque in ſacratiſs. ſede beati Petri Apoſtoli annos quatuor, menſes VIII. & dies XXX.

CORONATIO PP. HADRIANI IIII.

ANNO Dominicæ natiuitatis ∞CLIIII. Nonis Decembr. PP. Hadrianus IIII. Romæ in Baſilica S. Petri ſuæ coronationis inſignia accepit ex S. R. E. Archidiacono.

CARDINALES, QVI ELECTIONI PP.

HADRIANI IIII. INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI.

INNOCENTIVS PP. II.

YMARVS . . Epiſc. Card. Tuſculanus. Prior epiſc.
THEODEVINVS . . Epiſc. Card. Portueñ. & S. Rufinæ.

LVCIVS PP. II.

GVARINVS . . Epiſc. Card. Præneſtinus.

Digitized by Google

EVGENIVS PP. III.

HVGO . . . . Epiſc. Card. Oſtieñ. & Veliternus.
NICOLAVS de Maluiſebiria Bachonieñ. Diœceſis epiſc. Card. Albanus.

ANASTASIVS PP. IIII.

GREGORIVS . . Epiſc. Card. Sabineñ.

CARDINALES PRESBYTERI XVII.

INNOCENTIVS PP. II.

GREGORIVS . . presb. Card. S. Mariæ trans Tyberim. in tt. Calliſti.
HVBALDVS de Luca presb. Card. tt. S. Praxedis.

COELESTINVS PP. II.

MANFREDVS . . presb. Card. tt. S. Sabinæ in Auentino.
ARIBERTVS . . presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

LVCIVS PP. II.

HVBALDVS . . . presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Reliquum huius Conclauis Catalogum ſequere, ut eſt in proximo ſupra, PP. Anaſtaſii IIII. uſque ad Calcem, ſunt enim in ſumma Cardinales XXXVII.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCLIIII. Pontificatus ſui anno primo, die XV. Calend. Ianuarii PP. Hadrianus IIII. Romæ prima ordinatione habita, duos duntaxat Diaconos Cardinalis creauit. Qui fuerunt

1 BONADIES . . Diac. Card. S. Michaëlis Archangeli in foro piſcario.
2 BOSO Anglicus Diac. Card. SS. Colmæ & Damiani. S. R. E. Camerarius.


SECVNDA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCLVII. Pontificatus ſui anno III. PP. Hadrianus IIII. ſecunda ordinatione facta, Epiſcopos IIII. presbyteros X. & Diaconos VIII. Cardinales creauit. Hi autem ſunt


CARDINALES EPISCOPI IIII.

3 HVBALDVS Luceñ. Thuſcus ex presbytero Card. tt. S. Praxedis factus eſt Epiſcopus Card. Oſtieñ. & Velitreñ. poſteà item Papa Lucius III. dictus eſt.
4 IVLIVS . . . presb. Card. tt. S. Marcelli, poſteà Epiſcopus Cardinalis Prӕneſtinus.
5 BERNARDVS . . Epiſcopus Portueñ. & aliàs ſyluæ Candidæ. Cardin.
6 VVALTHERVS . . Epiſcopus Cardinal. Albaneñ.

III.




IIII.



V.



VI.



7 HILTPRANDVS Craſſus Bononieñ. ex Diacono Card. S. Euſtachij iuxta templum Agrippæ mutuatus eſt nomen presbyteri Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.


BONA

Digitized by Google


8 Bona dies ex Diacono Card. S. Angeli presb. Card. tt. S. Chryſogoni.
9 Boso Anglicus ex Diac. Card. SS. Coſinæ & Damiani factus presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris S. R. E. Camerarius.
10 Hubertus . . presb. Card. tt. SS. Aquilæ & Priſcæ.
11 Hugo . . presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
12 Ioannes . . presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.
13 Albertus de Mona Beneuētanus presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina, poſt S. R. E. Cancellarius, Demum PP. Gregorius VIII.
14 Guilelmus . . . presb. Card. S. Petri in uincula tt. Eudoxiæ.
15 Guido Cremcñ. . presb Card. S. Mariæ trans Tyberim tt. Calliſti & Iulij.
16 : : . . . . præsb. Card. in tt. Sanct. . . .


VII.


VIII.



IX.



X.



XI.


XII.


XIII.


XIIII.



XV.


XVI.


Cardinales Diaconi VIII.

17 Albertus . . . Diaconus Card. S. Hadriani martyris.
18 Ardicio Reuoltella Mediolaneñ. Diac. Card. S. Theodori.
19 Bonifacius . . . Diac Card. SS Coſinæ & Damiani.
20 Cinthius Romanus, Diac. Card. S. Hadriani.
21 Petrus . . . Diac. Card. S. Euſtachij iuxta templum Agrippæ.
22 Ioannes Buzzutus Neapolitanus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.
23 Gregorius . . Diac. Card. Sanct. . . .
24 VVilhelmus ciuis & Archidiaconus Papieñ. Diac. Card. Sanct. . .

xvii.




xviii.




xix.



xx.




xxi.




xxii.



xxiii.



xxiiii.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. HADRIANI IIII.

PP. Hadrianus IIII. duab. ordinationibus, menſibus Martio & Decembri factis, XXII. creauit Cardinales, Epiſcopos IIII. presbyteros X. & Diaconos VIII. presbyteros X. & Diaconos VIII. Sed inter hos quatuor fuerunt ex antiquis. Remanent igitur Cardinales XVIII.

SIGNVM PP. HADRIANI IIII.

OCVLI MEI SEMPER AD DOMINVM.

OBITVS PP. HADRIANI IIII.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞CLVIIII. die Calend. Septemb. PP. Hadrianus IIII. Anagniæ mortuus eſt Pontificatus anno quinto. Cadauer Romam relatum, in Baſilica Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes Romana dies [illegible]cis.

ALEXANDER III. NVM. CXCII. AN. CHR. ∞CLVIIII.

.I





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. ALEXANDER III. PONT. MAX. SENENSIS. ROLLANDVS natione Thuſcus, patria Seneñ. familia Paparona nobili & honorata, ex patre Raynucio, quum eſſet Clericus in Eccleſia Piſana, eiuſque uirtutum fama longè lateque reſonaret, eum PP. Eugenius III. Romã accerſiuit, Clericumque primùm in Eccleſia Rom. conſtituit, mox eundem Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani, deinceps presb. Card. tt. S. Marci, demum Apoſtolicæ ſedis Cancellarium creauit. Erat enim uir doctrina, facundia, morũ grauitate & ſanctitate inſignis. Hic mortuo Hadriano IIII. eoque eccleſiaſticæ ſepulturæ in Baſilica S. Petri contradito, in ſchiſmate à meliori parte Cardinalium uno eodemque die, utpote Nonis Septemb. Romæ in Baſilica S. Petri (ubi Comitia habebantur) cum Octauiano presb. Card. tt. S. Cæciliæ (qui Victor IIII. appellatus eſt) Pont. Rom. expetitus eſt. Octauianus ſe prius creatum aſſerebat. Alexander longè copioſiorem Cardinalium numerum obijciebat. Quatuor enim & uiginti Rollandum Cancellarium, Victorem, qui & Octauianus, octo duntaxat popoſcerunt (nec quidem tunc temporis legem latam recordari eſt, ut in creatione Romani Pontificis, duæ Cardinalium (factioſæ pręſertim) partes requirerentur. Victori Barbaroſſa Imp. cũ tota curia ſua & Germanis pręlatis adhærebant, Alexandro Reges Angliæ, Franciæ & Siciliæ Italia omnis diuiſa, alij ſiquidem Alexandro, alij Victori fauebant. Totus Clerus Romanus, paucis admodum refragantibus, pro Victoris parte ſtabant. Sicque Schiſma deterrimum inchoatum eſt, adeoque conualuit, ut annos XVII. continuos inter Alexandrum III. Victorem IIII. & ſucceſſores paulatim magis magiſque reuiuiſceret, perduraretq;. Sed quem finem habuerit, mox cõmodius dicemus. Sedit autem PP. Alexander III. annos XXI. menſes XI. & dies XXIII.

CORONATIO PP. ALEXANDRI III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis CIↃCLIX. die Dominica XII. Calend. Octobris, Romæ in Baſilica S. Petri Alexander PP. IIII. corona inſignitus eſt, ab Othone Diacono Card. S. Georgij in Velabro, S. R. E. Archidiacono.

CARDINALES XXIIII. QVI IN SCHISMATE, ALEXANDRVM PP. III. CONTRA VICTOREM III. ELEGERVNT.

CARDINALES EPISCOPI V.

ANASTASIVS PP. IIII.

GREGORIVS . . . . Epiſcopus Card. Sabineñ.

INNOCENTIVS PP. II. ET HADRIANVS PP. IIII.

HVBALDVS Luceñ. Thuſcus, Epiſcopus Card. Oſtieñ. & Velitreñ. poſteà PP. Lucius III.

LVCIVS PP. II. ET HADRIANVS PP. IIII.

IVLIVS Romanus . . . Epiſcopus Cardinalis Pręneſtinus.

HADRIANVS PP. IIII.

BERNARDVS . . . . . Epiſcopus, Card. Portueñ. & S. Rufinæ, aliàs Syluę Cãdidę.
VVALTHERVS . . Epiſcopus Card. Albaneñ.

CARDINALES PRESBYTERI XI.

ROLLANDVS Paparo presb. Card. in tt. S. Marci S. R. E. Cancellarius.
IOANNES Comes Anagninus Presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij. Archipresb. S. Petri.
HENRICVS Piſanus presb. Card. SS. Nerei & Achillei.
HILTPRANDVS Craſſus Bononieñ. presb. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Digitized by Google

HADRIANVS PP. IIII.

HVBERTVS . . . . . presb. Card. in tt. SS. Aquilæ & Priſcæ.
HVGO . . . . presb. Card. S. Crucis in Hieruſalem.
IOANNES . . . . . presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ.
BONA dies . . . . presb. Card. S. Chryſogoni.
BOSO . . . . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.
ALBERTVS de Morra Beneuentanus presb. Card. S. Laurentij in Lucina.
VVILHELMVS . . . . presb. Card. S. Petri in uincula in tt. Eudoxiæ.

CARDINALES DIACONES IX.

INNOCENTIVS PP. II.

OTHO . . . . . Diac. Card. S. Georgij in Velabro. S. R. E. Archidiaconus.

LVCIVS PP II.

RODVLPHVS . . . Diac. Card. S. Luciæ in ſeptiſolio.
IACINTHVS Bubo Rom. Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia.

EVGENIVS PP. IIII.

MAGISTER Otho de Brixia Diac. Card. in tt. S. Nicolai in carcere Tulliano.

HADRIANVS PP. IIII.

ARDICIO Reuoltella . . Diac. Card. S. Theodori.
BONIFACIVS . . . Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani, iuxtà templum Romuli.
CINTHIVS . . . Diac. Card. S. Hadriani.
PETRVS . . . . Diac. Card. S. Euſtachij iuxtà Templum Agrippæ.
IOANNES Bozzutus Neapolitanus Diac. Card. ſanct. . . . .


CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Alexander III. tàm Roma quàm alibi multas fecit Epiſcoporum, presbyterorum & Diaconorum Cardinalium ordinationes per menſem Decembrem & alios, quibus hi Cardinales creati.

CARDINALES EPISCOPI VI.

1 THEODEVINVS . . Epiſc. Card. Portuen. & S. Rufinæ.
2 HENRICVS . . ex presb. Card. in tt. SS. Nerei & Achillei factus Epiſcopus Cardinalis Albanen.
3 M. . . Epiſcopus Card. Prænestinus.
4 BERNARDVS . . Epiſcopus Card. Prænestinus poſt eum.
5 PETRVS . . Epiſcopus Card. Tuſculanus.
6 PAVLVS Scholaris Romanus Epiſcopus Card. Prænestinus.

III.



IIII.



V.



VI.





CARDINALES PRESBYTERI XV.







7 IOANNES Comes Anaguinus ex Diac. Card. S. Mariæ in Porticu presb. Card. in titulo S. Marci.





THEODORVS

8 Theodorvs . . . presb. Card. S. Vitalis in tt. Veſtinæ.
9 Theodinvs aliàs Theobaldus . . . presb. Card. S. Crucis in Hieruſalem.
10 Petrvs . . . presb. Card. S. Laurentij in Damaſo.
11 Gregorivs . . presb Card. tt. S. Euangeliſtæ Marci.
12 Manfredvs . . presb. Card. tt. S. Cæciliæ.
13 Petrvs . . . . presb. Card. tt. S. Chryſogoni.
14 Vibianvs . . . presb. Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.
15 Laborans . . . ex Diac. Card. Mariæ in Porticu presb. Card. tt. S. Mariæ trans Tyberim in tt. SS. Calliſti & Iulij.
16 Raynerivs . . presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij.
17 Petrvs . . . . presb. Card. S. Laurentij in Damaſo.
18 Ardvinvs . . . presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
19 Petrvs . . presb. Card. tt. SS. Gabinij & Suſannæ.
20 Matthaevs . . presb. Card. tt. S. Marcelli.
21 : : : . . . presb. Card. tt. Sanct. . . . .

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

XII.

XIII.

XIIII.

XV.

XVI.

XVII.


XVIII.

XIX.

XX.

XXI.


Digitized by Google


CARDINALES DIACONI XI.

22 IOANNES Comes Anagninus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.
23 M. . . . . . Diaconus Card. S. Georgij ad Velum aureum.
24 LABORANS . . Diac. Card S Mariæ in Porticu.
25 PETRVS . . . Diac. Card. S. Mariæ in Aquino.
26 RAYNERIVS . . Diac. Card. S. Georgij in Velabro, aliàs Raynus dictus.
27 MAGISTER Gratianus S. R. E. ſubdiaconus, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
28 MATTHEVS . . Diac. Card. S. Mariæ Nouæ.
29 BERNARDVS . . Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.
30 DEVSDEDIT . . . Diac. Card. tt. S. Hadriani.
31 V. . . Diac. Card. S. Euſtachij iuxtà Templum Agrippæ.
32 V. . . Diac. Card. S. Michaëlis Archangeli, in foro piſcium.


XXII.




XXIII.



XIIII.




XXV.




XXVI.




XXVII.




XXVIII.




XXIX.




XXX.



XXXI.



XXXII.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. ALEXANDRI III.

PP. Alexander III. hos XXXII. creauit Cardinales, in his Epiſcopos quinque, presbyteros XIIII. & Diaconos undecim. Plureis autem fieri potuit tu creauerit. Quorum memoria non extat.

SIGNVM PP. ALEXANDRI III.

VIAS TVAS DOMINE DEMONSTRA MIHI.


OBITVS PP. ALEXANDRI II.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ooCXXCI. die VI. Calend. Septembr. PP. Alexander III. Romæ

Romæ in Lateranen̄. Palatio mortuus eſt. Cadauer eius in Baſilica Saluatoris, quæ Conſtantiniana appellatur, marmoreo pilo ſepultum eſt. Vacauit Rom. ſedes dies XVI.


VICTOR IIII. NV. CXCIII. AN. CHR. MCLIX.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. VICTOR IIII. PONT. MAX. ROMANVS Octauianus natione Romanus, nobiliſsimo genere ortus, Diaconus Card. S Nicolai in carcere Tulliano ab Innocentio II. Pont. max. creatus, mox ab Eugenio III. presb. Card. in tt. S. Cęcilię ordinatus eſt. Sub quo & eius ſucceſſoribus Anaſtaſio & Hadriano IIII. multis legationibus pro ſede Apoſtolica functus, tàm ad Imp. Fridericum Barbaroſſam, quàm ad cęteros Chriſtianos Principes, nomen ſuum clariſsimum fecit. Demum mortuo PP. Hadriano IIII. die poſt eius mortem tertio, hoc eſt Nonis Septembris, petitione S. P. Q. R. electione Cleri, & octo Cardinalium ſuffragijs in Schiſmate cum Rollando presbytero Card. tt. S. Marci, & Apoſtolicæ ſedis Cancellario, ante tamen quàm ipſe à ſuæ partis defenſoribus Cardinalibus nominatus eſſet, creatus eſt. Fridericus autem Imp. qui per id tempus Cremam in Lombardia obſidebat, ab ambarum partium Cardinalib. requiſitus, ut ſuborienti Schiſmati prouideret, Concilium Epiſcoporum totius orbis Chriſtiani indixit Papiæ, ut ibidem utriuſque electi cauſa, omni cenſura ſæculari ſummota, ſaltem in Concilio cognita & diſceptata, uter illorum PP. remanſurus eſſet, decerneretur. Quò quùm Rollandus accedere nollet, ſe uerum Papam, legitimeque electum, Octauianum uerò non niſi intruſum clamitans Octauianus ipſe eò profectus eſt. Rollandus (qui Alexandri III. nomen mutuatus eſt) tanquam inobediens Eccleſiæ, & contumax damnatus à ſede Apoſtolica eius Concilij iudicio deiectus eſt, Victorque IIII. in Rom. Pont. confirmatus, cui Imp. Fridericus Barbaroſſa, & omnes Germanici Prælati, (quùm Italiæ melior pars, Clerus pop. que Rom. Octauiani parteis ſequerentur) adherebant. Sedit autem in Schiſmate contrà Alexandrum III. annos quatuor, menſes octo, uel circiter.

CORONATIO PP. VICTORIS IIII.

ANNO Dominicæ Natiuitatis, MCLIX. die Dominica IIII. Non. Octob. Victor IIII. in ſua obedientia PP. nominatus, ſuæ coronationis ornamenta aſſumpſit, Romæ in Baſilica S. Petri.

CARDINALES QVI VICTOREM IIII. IN SCHISMATE CONTRA ROLLANDVM CANCELLARIVM ELEGERVNT.

CARDINALES

CARDINALES EPISCOPVS I.

INNOCENTIVS PP. II.

YMARVS . . . . Epiſc.Card.Tuſcul.Prior Epiſcoporum, aliâs Decanus Card.

CARDINALES PRESBYTERI III.

INNOCENTIVS PP. II.

OCTAVIANVS Romanus presb.Card.in tt.S.Cæciliæ S.R.E. Archipresbyter.

EVGENIVS PP. III.

IOANNES . . . . presb.Card.SS.Silueſtri & Martini in montib.tt.Equirij.

HADRIANVS PP. IIII.

GVIDO Cremen̄. . . . presb.Card.in tt.S.Mariæ trãs Tyberim in tt.SS.Iulij & Caliſti.

CARDINALES DIACONES V.

EVGENIVS PP. III.

RAYMVNDVS . . . . Diac.Card.S.Mariæ in uia Lata.
SY . . . . Diac. Card. S.Mariæ, quę uocatur in Dominica.
: : . . . . . . Monachus Abbas Sublacen̄. Diac.Card.in Diaconia ſanct. . .

HADRIANVS PP. IIII.

GREGORIVS . . . . Diac.Card.in Venerabili Diaconia SS.Viti & Modeſti.
GVILELMVS Ciuis & Archidiaconus Papien̄.Diac.Card.ſanct. . .

CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Victor IIII.in ſua obedientia appellatus, multas fecit Cardinalium ordinationes, quorum memoriam temporum iniuria amiſimus, uel quod PP. Alexander III.qui cum eo in Schiſmate creatus eſt, pręualuerit, qui omnia ab eo actu aboleuit & antiquauit.

SIGNVM PP. VICTORIS IIII.

. . . .

OBITVS PP. VICTORIS IIII.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCLXIIII.die . . Id.Aprilis PP.Victor IIII. Lucæ in Thuſcia obijt, Pontificatus ſui anno quinto. Cadauer ibidem in Cathedrali Eccleſia ſepultum eſt. Vacauit in eius obedientia ſedes dies . . . . Cui mortuo à Cardinalibus complicibus ſubſtitutus eſt.

Paschalis ~~CALLISTVS~~ III. NV. CXCIIII. AN. CHR. MCLXIIII.

I. II.



IN

IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

Paſchalis

SANCTISS. D. N. ~~CALLISTVS~~ III. PONT. MAX. GVIDO natione Italus, patria Cremeñ. S. R. E. presb. Cardinalis à PP. Hadriano IIII. creatus, poſt eius obitum cum aliquot Cardinalib. in Schiſmate Victori IIII. contrà Alexandrum III. adhæſit. Quo Lucæ menſe Aprili mortuo paulò poſt (Cardinalib. aſſentiente Friderico Barbaroſſa Imp. huius factionis, aduerſum Alexandrum ſequace,) in eius locum PP. inſtitutus, uixitque Pont. in ſui obedientia annos plus minus quinque, Lucæ conſecratus & coronatus. Deinde Romã ueniens anno V. Pontificatus ſui mortuus eſt. Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CXIX. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies . . . poſt quos à fautoribus partium ſuarum Cardinalibus, in locum ſuum ſucceſsit Romæ, in Pont. aſſumptus.

Calliſtus

~~PASCALIS~~ III. NV. CXCV. AN. CHR. ∞CLXIX.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

Calliſtus

SANCTISS. D. N. ~~PASCALIS~~ III. PONT. MAX. IOANNES natione Hungarus, patria . . . profeſsione monachus, ac Abbas monaſterij Scrunnieñ. è curia Friderici Imp. mortuo Calliſto III. ad Pont. Rom. ipſo conſentiente in ſchiſmate contrà Alex. III. conſcendit, non renuentibus Card. Victorinæ factionis alumnis. Sedit in ſui obedientia annos ſeptem, & menſes aliquot. Demum anno Dominicæ Natiuitatis ∞CLXXVI. compoſita Venetorum opera Pace inter Imp. Fridericum & Alexandrum III. coactus ab eodem Imp. Friderico die V. Calend. Auguſti, Venetijs nomen Titulumque Pont. exuit. Quo factum eſt, ut ſublato poſt annos XVII. pernicioſiſs. Reipub. Chriſtianæ ſchiſmate illo, ſitus in ea maieſtate Pontificia Alexander III. perſeueraret, qui in pace Eccleſię uitam clauſit, Lucium III. ſucceſſorem habuit.

HI duo Pontifices Calliſtus & Paſchalis plureis Cardinalium ordinationes fecerunt, quorum memoria omninò intercidit uel temporum iniuria, uel hominum, qui ſuperiori ætate uixere negligentia, uel (quòd uerìſimilius eſt, quia ab Alexandro III. qui his omnibus ſuperſtes fuit, omnia eorum acta reciſa, abolita & antiquata fuerint. De hoc ſchiſmate uide Othonis Phriſingeñ. Appendicem Hyſtoriarum.


SCHISMA XX. IN ECCLESIA ROM. INTER ALEXANDRVM III. ET VICTOREM IIII.

LVCIVS

Digitized by Google


LVCIVS PP. III. NV. CXCVI. AN. CHR. ∞CXXCI.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. LVCIVS III. PONT. MAX. LVCEN. THVSCVS. HVBALDVS natione Thuſcus, patria Lucen̄. familia . . . Diac. Card. S. Mariæ in uia Lata, mox presb. Card. tt. S. Praxedis ab Innocentio II. creatus, annos propemodum quinquaginta in Cardinalatu uixit. Mortuo uerò in tranquillitate Eccleſię, poſt diutinū Schiſma Romæ PP. Alexandro III. (cuius ſocius & indefeſſus in perſequutionibus comes ſemper fuit) omnium Cardinalium ſuffragijs (quùm eſſet Epiſcopus Card. Oſtien̄. & Veliternus ab Hadriano IIII. factus, prętereа Collegij Cardinalium Decanus) multa ſenectute Idib. Septemb. Pont. max. pronunciatus, ſedit in Petri cathedra annos quatuor, menſes duos, dies XXVIII.

CORONATIO PP. LCII III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞CXXCI. die . . . Calend. Octobr. PP. Lucius III. Corona Pontificia Romæ in S. Petri æde ab Iacintho Bubone Romano Card. tt. S. Mariæ in Coſmedia, eodemque S. R. E. Archidiacono candidatus eſt.

CARDINALES QVI ELECTIONI PP. LVCII III. INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI I.

INNOCENTIVS PP. II.

HVBALDVS Lucen̄. Thuſcus Epiſcopus Card. Oſtien̄. & Velitren̄.

ALEXANDER PP. III.

THEODEVINVS . . Epiſcopus Card. Portuen̄. & S. Rufinæ.
PETRVS . . . . Epiſcopus Card. Tuſculanus.
HENRICVS . . . Epiſcopus Card. Albanen̄.
BERNARDVS . . . Epiſcopus Card. Præneſtinus.

CARDINALES PRESBYTERI X.

VGENIVS PP. III.

IOANNES Anagninus presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in titulo Pammachij S. R. E. Archipresbyter.

HADRIANVS

HADRIANVS PP. IIII.

BOSO . . . . . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.

ALEXANDER PP. III.

IOANNES . . . presb. Card. tt. S. Marci Euangeliſtę ad Palatinas.
PETRVS . . . . . presb. Card. tt. SS. Gabinij & Suſannæ.
VIBIANVS . . . presb. Card. in tt. S. Stephani in Cœlio monte.
LABORANS . . . presb. Card. tt. S. Mariæ trans Tyberim tt. Call. ſti.
ARDVINVS . . . presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem.
MATTHAEVS . . . presb. Card. S. Marcelli Pont. & martyris.
THEODORVS . . presb. Card. S. Vitalis in tt. Veſtinæ.
MANFREDVS . . . presb. Card. in tt. S. Cæciliæ trans Tyberim.

CARDINALES DIACONI VIII.

LVCIVS PP. II.

IACINTHVS Bubo . . Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia. S. R. E. Archidiaconus.

HADRIANVS PP. IIII.

ARDICIO Reuoltella Mediolaneñ Diac. Card. S. Theodori.
CINTHIVS Romanus Diac. Card. S Hadriani.

ALEXANDER PP. III.

HVGO . . . . Diac. Card. S Euſtachij iuxtà Templum Agrippæ.
RAYNERIVS . . . Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum.
MAGISTER Gratianus Diac. Card. SS. martyrum Coſmæ & Damiani.
MATTHAEVS . . Diac. C. S. Mariæ Nouæ.
BERNARDVS . . Diac. C. S. Nicolai in carcere Tulliano.

OMNES SVNT NVMERO XXIII.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Domini æ incarnationis MCLXXXIIII. Pontificatus ſui anno III. die quadrageſimæ PP. Lucius III. Romæ ordinatione habita, Cardinales creauit. Hi autem ſubſcripti ſunt.


CARDINALES EPISCOPI II.

1 THEOBALDVS . . Epiſc. Card. Oſtieñ. & Velitreñ.
2 : : . . . Moguntinus Epiſc. Card. Sabineñ.


CARDINALES PRESBYTERI VIII.

3 HVBERTVS . . . presb. Card. S Laurentij in Damaſo.
4 RODVLPHVS Nigellus Piſanus presb. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
5 ALBINVS . . . presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
6 MAGISTER Melior Gallus presb. Card. SS. Ioanni & Pauli in tt. Pammachij. S. R. E. Camerarius.
7 : : . . . . presb. Card. in titulo Sanct. . . .
8 IOANNES Monachus Abbas Doleñ. presb. Card. tt. S. Martini in montibus. tt. Equirij.
9 : : . . . . presb. Card. in tt. Sanct. . .
10 : . . . . presb. Card. in tt. Sanct. . .
11 : : . . . presb. Card. in tt. Sanct. . . .


III.



IIII.




V.




VI.




VII.



VIII.




IX.



X.




XI.




CARDINALES DIACONI X.

12 Boso Gallus . . Diac. Card. S. Michaëlis Archangeli apud forum piſcium.
13 GHERARDVS . . Diac. Card. S. Hadriani.
14 OCTAVIANVS . . Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi, Marcelli & Apuleij.
15 : : . . . Diac. Card. in Diaconia Sanct. . . .
16 IOFREDVS . . . Diac. Card. S. Mariæ in uia Lata.
17 ALBINVS . . . Diac. Card. S. Mariæ Nouæ.
18 ROLLANDVS Paparo Seneñ. Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.
19 : : . . . . . . Diac. Card. in Diaconia Sanct. . . .
20 PETRVS . . . Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.
21 RODVLPHVS . . Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum.

XII.



XIII.




XIIII.




XV.



XVI.




XVII.



XVIII.




XIX.




EPILOGVS

Digitized by Google

XX.



XXI.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. LVCII III.

PP. Lucius III. unica ordinatione facta Cardinales unum & uiginti ordinauit, Epiſcopos puta II. presbyteros IX. & Diaconos X.

SIGNVM PP LVCII III.

ADIVVA NOS DEVS SALVTARIS NOSTER.

OBITVS PP. LVCII III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞cxxcv. die IIII. Id. Decembris PP. Lucius IIII Veronæ (quò ad Concilium iam ante à ſe indictum acceſſerat) mortuus eſt, Pontificatus ſui anno V. Cadauer in Cathedrali Eccleſia Veroneñ. honorificè marmoreo ſepulchro conditum eſt. Vacauit S. Rom. ſedes dies XIII. Huius Pontificis Mauſolæum uſque ad patrum memoriam in Cathedrali eccleſia Veroneñ. manſit: quod deinde in fabrica Chori conuulſum eſt. Cadauerque medio Choro, honorificentiſſimè quidem, attamen ſub terra tumulatum cum elogio, & Gentilicijs inſignibus, eo mortuo in eius locum ſucceſsit Cardinalibus ſuffragantibus Archiepiſcopus Mediolaneñ Vrbanus III. appellatus.


VRBANVS III. NV. CXCVII. AN CHR. ∞CXXCV.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D.N. VRBANVS III. PONT. MAX. MEDIOLANEN. LAMBERTVS natione Italus, prouincia Inſubrium, patria Mediolaneñ. ex patre Ioanne familia nobili & uetuſta Cribella ortus. Hic Clericus quùm eſſet in Eccleſia Mediolaneñ. ob eius uirtute, & uitæ ſanctimoniam omniũ Canonicorum ſuffragijs Archidiaconus primò, deinde non longè poſt Mediolaneñ Archiepiſcopus creatus eſt. Venerat autem Veronam cum reliquis E-

piſcopis,ad Concilium,quod Lucius III. eodem indictum iam inchoauerat, pro reformatione morum & eccleſiaſticæ Diſciplinæ. Præterea eo Venerabili Pont. Veronæ in ſuperos relato,à Cardinalibus in defuncti locum Pont. Rom. pronunciatus fuit, in Vigilijs Dominicæ Natiuitatis hoc eſt IX. Calend. Ianuarij. Sedit autem in ſacratiſsima ſede beati Petri Apoſtoli, annum unum,menſes x. & dies xxv. Veronæ item toto ferè anno commoratus.

CORONATIO PP. VRBANI III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞CXXCV. die Natalis Domini Veronæ in cathedrali eccleſia PP. Vrbanus coronationis ſuæ inſignia adeptus eſt,tribuente Iacintho Bubone Diac. Card.S. Mariæ in Coſmedia,& S.R.E. Cancellario.

CARDINALES QVI ELECTIONI VRBANI III. INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

ALEXANDER PP. III.

THEODEVINVS . . .	Epiſcopus Card. Portuen̄.& S.Ruſinæ,Prior Epiſcoporum.
HENRICVS Gallus	Epiſcopus Card. Albanus.

LVCIVS PP. II.

PAVLVS Romanus . .	Epiſc.Card. Præneſtinus.
THEOBALDVS . . .	Epiſc.Card. Oſtien̄.& Veliternus.

CARDINALES PRESBYTERI X.

ALEXANDER PP. III.

IOANNES	presb.Card.tt.S.Marci Euangeliſtæ ad Palatinas.
PETRVS de Bononia	presb. Card. SS,Gabinij & Suſannæ.
ALBERTVS de Morra Cancellarius.	Beneuentanus presby.Card. S. Laurentij in Lucina S. R. E.
VIBIANVS . . .	presb.Card.in tt.S.Prothomartyris Stephani in monte Cœlio.
LABORANS . . .	presb.Card.tt.Mariæ uirginis trans Tyberim tt.S.Caliſti.

LVCIVS PP. III

HVBERTVS . . .	presb.Card.S.Laurentij in Damaſo.
PANDVLPHVS Nigellus	presb.Card.Baſilicæ SS.XII. Apoſtolorum.
ALBINVS . . .	presb.Card.S.Crucis in Hieruſalem.
MAGISTER Melior . .	presb.Card.SS.Ioannis & Pauli in tt.Pammachij.

CARDINALES DIACONI X.

LVCIVS PP. II.

IACINTHVS Bubo Romanus Diac.Card.S.Mariæ in Coſmedia,S.R.E.Archidiaconus.

ALEXANDER PP. III.

GRATIANVS . .	Diac.Card.SS Coſmæ & Damiani.
MATTHAEVS . .	Diac.Card.S.Mariæ Nouæ.

LVCIVS PP III.

OCTAVIANVS . .	Diac.Card.SS.Sergij & Bacchi,Marcelli & Apuleij.
BOSO	Diac.Card.S.Michaelis Archangeli in piſcina.
GHERARDVS . .	Diac.Card.S.Hadriani.
IOFREDVS . . .	Diac.Card S.Mariæ in uia Lata.
ROLLANDVS Senen̄. .	Diac.Card S.Mariæ in Porticu.
PETRVS	Diac.Card.S.Nicolai in carcere Tulliano.
RODVLPHVS . . .	Diac.Card.S.Georgij ad Velum aureum.

CREATIONES

Digitized by Google

CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Vrbanus III. duabus ordinationibus, multos Epiſcopos, presbyteros, Diaconos Cardinales inſtituit. Quorum uerò memoria ſupereſt, hi erunt.

CARDINALES EPISCOPI IIII.


1 ALBINVS . . ex presb. Card. S. Crucis in Hieruſalem, factus eſt Epiſcopus Card. Albanus.

2 : : . . . . . . Epiſc. Card. Tuſculanus.


3 IOANNES Comes Anagninus ex presb. Card. S. Marci Euangeliſtæ, factus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus. Obiit ſuo PP. Cœleſtino III.

4 A. . . . . . Ciuis & Epiſcopus Veroneñ. Epiſcopus Card. . . . .

III.



IIII.



CARDINALES PRESBYTERI VIII.

5 PETRVS . . . presb. Card. S. Cæciliæ.

6 PETRVS . . . presb. Card. S. Clementis Pont. & martyris.

7 BOSO . . . presb. Card. S. Anaſtaſiæ.

8 ALEXIVS . . presb. Card. SS. Gabinij & Suſannæ.


9 PETRVS . . . presb. Card. S. Petri ad uincula tt. Eudoxiæ.

10 IORDANVS . . presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris. Legatus in Francia ſub Innocentio II.

11 : : . . . . . presb. Card. tt.

12 : : . . . . . presb. Card. tt.

V.



VI.




VII.




VIII.




IX.




X.



XI.




XII.




CARDINALES DIACONI VIII.

13 Bobo . . . Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum.
14 Gregorivs ex . . Diac. Card. S. Mariæ in Porticu. Legatus in Regno Siciliæ ſub Innocentio III.
15 : : . . . . Diac. Card. ſanct. . . .
16 Ioannes Felix Romanus Diac. Card. S. Euſtachij.
17 Ioannes Malabranca Rom. Diac. Card. S. Theodori. Obijt ſub Cœleſtino . . .
18 : : . . . . Diac. Card. ſanct. . . .
19 Bernardvs . . . Diac. Card. S. Mariæ Nouæ.
20 Gregorivs . . . Diac. Card. S. Mariæ in Aquino.

XIII.




XIIII.




XV.




XVI.




XVII.




XVIII.



XIX.



XX.



Epilogvs Cardinalivm PP. Vrbani III.

PP. Vrbanus III. duab. ordinationibus Cardinales XX. creauit, Epiſcopos IIII. & ex his duos de antiquis Cardinalibus, presbyteros octo, & totidem Diaconos. Reliqui ſunt duobus demptis XVIII.

Signvm PP. Vrbani III.

Ad te Domine levavi animam meam.



Obitvs PP. Vrbani III.

Anno Dominicæ Natiuitatis MCLXXXVII. die XVI. Calend. Decemb. Vrbanus PP. III. Ferrariæ (quò ſe Verona diſcedens receperat) Romam profecturus, audita Terræ ſanctæ Hieruſalem captiuitate, graui dolore maceratus, mortuus eſt, Pontificatus ſui anno ſecundo. Cadauer in cathedrali Ferrarieñ. Eccleſia honorificè ſatis recõditum. Vacauit ſancta Rom. ſedes menſem unum, & dies octo.

Gregorivs

Digitized by Google

GREGORIVS VIII. NV. CXCVIII. AN. CHR. ∞CXXCVIII.

I.   II. 

IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. GREGORIVS VIII. PONT. MAX. LAMBERTVS natione Italus, patria Beneuentanus, nobili & antiqua familia de Morra appellata, ab Alexandro III. presb. Card. in tt. S. Laurentij in Lucina, & S.R.E. Cancellarius inſtitutus eſt. Hic mortuo Ferrariæ Vrbano III. à Cardinalibus, qui cum eo erant, in locum eius Pont. max. Rom. ſuffectus eſt, uigilia Natalis Domini, hoc eſt IX. Calend. Ianuarij. Sedit in Apoſtolica ſede menſem unum & dies XXVII.

CORONATIO PP. GREGORII VIII.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞CXXCVIII. die Natalis Domini, hoc eſt VIII. Calend. Ianuarij PP. Gregorius VIII. Ferrariæ, coronationis ſuæ inſignia nactus eſt, tradente Iacintho Bubone S.R.E. Archidiacono.

CARDINALES QVI FERRARIE ELECTIONI PP. GREGORII VIII. INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

THEOBALDVS . . . . Epiſcopus Card. Oſtien. & Velitren.
ALBINVS . . . . Epiſcopus Card. Albanen.

VRBANVS PP. III.

IOANNES Anagninus de Comitib. Signiæ, Epiſcopus Card. Præneſtinus.

CARDINALES PRESBYTERI X.

ALEXANDER PP. III.

IOANNES . . . . presb. Card. S. Euangeliſtæ Marci.
LABORANS . . . . presb. Card. S. Mariæ trans Tyberim in tt. Calliſti.

LVCIVS PP. III.

PANDVLPHVS Nigellus Piſanus preſ. Card. Baſilicæ XII. apoſtolorum.
MAGISTER Melior . . . presb. Card. SS. Ioan. & Pauli in tt. Pammachij.

VRBANVS

VRBANVS PP. III.

PETRVS . . . . . presb. Card. S. Cæciliæ ultra Tyberim.
PETRVS . . . . . presb. Card. tt. S Clementis Pont.
BOSO . . . . . . presb. Card. S. Anaſtaſiæ.
ALEXIVS . . . . . presb. Card. SS. Gabinij & Suſannæ.
PETRVS . . . . . presb. Card. S. Petri ad uincula in tt. Eudoxiæ.
IORDANVS Vrſinus Romanus presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.

CARDINALES DIACONI XII.

LVCIVS PP. III.

IACINTHVS Bubo Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia. S. R. E. Archidiaconus.

ALEXANDER PP III.

MAGISTER Gratianus . . Diac. Card. SS. Coſinæ & Damiani.

LVCIVS PP. III.

OCTAVIANVS . . . . Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi, Marcelli & Apuleij.
IOFREDVS . . . . . Diac. Card. S. Mariæ in uia Lata.
ROLLANDVS . . . . Diac. S. Mariæ in Porticu.
PETRVS . . . . Diac. Nicolai in carcere Tulliano.

VRBANVS PP. III.

BOSO . . . Diac. Card. S. Georgij ad uelum aureum.
GREGORIVS . . Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.
IOANNES . . . . Diac. Card. S. Euſtachij.
IOANNES . . . . Diac. Card. Theodori martyris.
BERNARDVS . . . . Diac. Card. S. Mariæ Nouæ.
GREGORIVS . . . . Diac. Card. S Mariæ in Aquino.

HI SVNT NVM. XXV. HIC PP. CARDINALES NON CREAVIT.

SIGNVM PP. GREGORII VIII.

. . . .

OBITVS PP. GREGORII VIII.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCLXXXVIII. die XI. Cal. Martij, PP. Gregorius VIII. Piſis (quò ſe Ferraria relicta, expeditionem in infideles pro recuperãda Vrbe ſancta Hieruſalem paraturus, contulerat) diem clauſit extremum. Cadauer in Eccleſia Cathedrali tumulatum. Vacauit ſedes Rom. dies uiginti.

CLEMENS III. NV. CXCIX. AN. CHR. MCLXXXVIII.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. CLEMENS III. PONT. MAX. ROMANVS. PAVLVS natione Italus, patria Romanus, familia Scholari nobili & honorata, ex patre Ioanne, Epiſcopus Card. Præneſtinus ab Alexandro III. creatus, mortuo Piſis Gregorio VIII. ſucceſsit Cardinalibus ita uolentibus & dicentibus III. Id. Martij. Sedit in ſacratiſsima beati Petri Apoſtoli cathedra poſt electionem annos III. & dies XVI. Piſis & creatus & coronatus.

CORONATIO PP. CLEMENTIS III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCXXCVIII. die . . . Martij PP. Clemens III. Piſis ſuæ coronationis inſignibus acceptis ab Iacintho Bubone S. R. E. Archidiacono, ſtatim Romam properauit.

CARDINALES, QVI CREATIONI PP. CLEMENTIS III. PISIS INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

ALEXANDER PP. III.

PAVLVS Scholaris Romanus Epiſcopus Card. Præneſtinus. Prior Epiſcoporum.

LVCIVS PP. III.

THEOBALDVS . . Epiſcopus Card. Oſtień. & Velitreń.
ALBINVS . . . Epiſcopus Card. Albaneń.

VRBANVS PP. III.

IOANNES Anagninus Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

CARDINALES PRESBYTERI X.

ALEXANDER PP. III.

IOANNES presbyter Cardinalis S. Euangeliſtæ Marci ad Palatinas.
LABORANS . . . presb. Card. S. Mariæ ultra Tyberim, in tt. Calliſti & Iulij.

LVCIVS PP. III.

PANDVLPHVS Nigellus Piſanus presb. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
MAGISTER Melior presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij.

VRBANVS PP. III.

PETRVS . . . presb. Card S. Cæciliæ.
PETRVS . . . presb. Card. S. Clementis in monte Cœlio.
BOSO . . . . presb. Card. S. Anaſtaſiæ.
ALEXIVS . . . . presb. Card. SS. Gabinij & Suſannæ.
PETRVS . . . presb. Card. tt. S. Petri ad uincula tt. Eudoxiæ.
IORDANVS Vrſinus Romanus, presb. Card. S. Pudentianæ in tt. S. Paſtoris.

CARDINALES DIACONI XII.

LVCIVS PP. II.

IACINTHVS Bubo Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia. S. R. E. Archidiaconus.

ALEXANDER PP. III.

MAGISTER Gratianus Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.

LVCIVS PP. III.

OCTAVIANVS . . . Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi, Marcelli & Apuleii.

IOFREDVS

IOFREDVS . . . Diac.Card.S.Mariæ uirginis in uia Lata.
ROLLANDVS Paparo Seneñ.Diac.Card.S.Mariæ in Porticu.
PETRVS . . . . Diac.Card.S.Nicolai in carcere Tulliano.

VRBANVS PP. III.

BOSO . . . . . Diac.Card.S.Georgii ad Velum aureum.
GREGORIVS . . . Diac.Card.S.Mariæ in Porticu.
IOANNES Felix . . Diac.Card.S.Theodori.
BERNARDVS . . . Diac.Card.S.Hadriani.
GREGORIVS . . . Diac.Card.in Diaconia S.Mariæ in Aquino.

HI SVNT NVMERO XXV.

CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Clemens III.aliquot ordinationes fecit,quibus hi Cardinales creati ſunt.


CARDINALES EPISCOPI II.

1 OCTAVIANVS . . ex Diacono Card. S S. Sergij & Bacchi factus Epiſcopus. Card.Oſtieñ.& Velitreñ.
2 IOANNES . . Epiſcop.Card.Præneſtinus.


CARDINALES PRESBYTERI VI.

3 IOANNES . . Epiſc Tuſculaneñ. & Viterbieñ.presb.Card.in tt.S.Clementis.
4 ROMANVS . . presb.Card.in tt.S.Anaſtaſiæ.
5 GVIDO . . . presb.Card.S.Mariæ trans Tyberim in tt.Calliſti.
6 F . . . . . . presb.Card. S.Marcelli Pont.
7 VVILHELMVS Archiepiſcopus Remeñ.Gallus,presb.Card.in tt.Sabinæ.
8 R. . . . . . Abbas Caſsineñ.presb.Card.in tt.SS.Petri & Marcellini.


III.




IIII.




V.




VI.



VII.



VIII.



CARDINALES DIACONI V.


9 EGIDIVS . . . D.Card.S,Nicolai in carcere Tulliano S.R.E.Cancellarius.
10 GREGORIVS . . D.Card.S.Georgij ad Velum aureum.
11 G. . . . . . D.C.SS.martyrum Coſmæ & Damiani.
12 : : . . . . . D.C.Viti, Modeſti,atque Creſcentiæ.

GREGORIVS


Digitized by Google

13 Gregorivs . . . Diac.Card. S S. Sergij & Bacchi.

VIIII.




X.




XI.



XII.



XIII.



Epilogvs Cardinalivm PP. Clementis III.

PP. Clemens III. aliquot creationibus, tredecim Cardinales ordinauit, Epiſcopos duos, presbyteros ſex, & Diaconos quinque. Ex his Epiſcopus unus fuit ex antiquis Cardinalibus. Igitur reliqui ſunt omninò Cardinales duodecim.

Signvm PP. Clementis III.

Domine doce me facere volvntatem tvam.


Obitvs PP. Clementis III.

Anno Dominicę Natiuitatis ꝏcxci. die vi. Cal. Aprilis Romæ in Palatio Lateranen̄. mortuus eſt PP. Clemens III. Cadauer eius Laterani in Baſilica Conſtantiniana ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo ſancta Rom. ſedes dies duos.


Coelestinvs PP. III. NV. CC. AN. CHR. ꝏCXCVI.



I.



II.



IN

IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. COELESTINVS III. PONT. MAX. ROM. IACYNTHVS natione Italus, patria Romanus, familia Bubona ex patre Petro, Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedia à P P. Lucio II. creatus. Hic mortuo PP. Clemente III. quùm eſſet S. R. E. Archidiaconus, & omnium Cardinalium antiquiſsimus, eorum omnium ſuffragijs Romæ die XIIII. Calend. Aprilis Pont. max. inſtituitur Cœleſtini III. nomine. Sedit in Petri cathedra annos ſex, menſes nouem & dies undecim.

CORONATIO PP. COELESTINI III.

ANNO Dominicę Natiuitatis ∞CXCI. die XVIII. Calend. Maij, die ſolennitatis Paſchalis Romæ in Baſilica S. Apoſtoli Petri PP. Cœleſtinus in presb. & Epiſcopum conſecratus, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit per manum Magiſtri Gratiani S. R. E. Archidiaconi.

CARDINALES QVI CREATIONI PP. COELESTINI III. INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

ALEXANDER PP III.

PETRVS . . . . Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus Prior Epiſcoporum Cardinalium, ſeu Decanus.

LVCIVS PP. III.

ALBINVS . . . Epiſcopus Card. Albanen̄.

CLEMENS PP. III.

OCTAVIANVS . . Epiſcopus Card. Oſtien̄. & Velitren̄.
IOANNES Anagninus De Comitib. Epiſcopus Card. Præneſtinus.

CARDINALES PRESBYTERI X.

LVCIVS PP. III.

PANDVLPHVS Nigellus Piſanus presb. Card. Baſilicæ S S. XII. Apoſtolorum S. R. E. Archipresbyter.
MAGISTER Melior . . presb. Card. SS. Ioã. & Pauli in tt. Pámachij S. R. E. Camerarius.

VRBANVS PP III.

PETRVS . . . . presb. Card. S. Cæciliæ.
ALEXIVS . . . presb. Card. SS. Gabinij & Suſannæ ad duas domos.
PETRVS . . . . presb. Card. S. Petri ad uincula in tt. Eudoxiæ.
IORDANVS Vrſinus Romanus, presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.

CLEMENS PP. III.

IOANNES . . . Epiſcopus Tuſculanen̄. & Viterbien̄. presb. Card. tt. S. Clementis.
ROMANVS . . . presb. Card. S. Anaſtaſiæ.
GVIDO . . . . presb. Card. S Mariæ ultra Tyberim in tt. Calliſti.
F. . . . . presb. Card. S. Marcelli.

CARDINALES DIACONI XI.

LVCIVS PP. II.

IACINTHVS Bubo Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia, S. R. E. Archidiaconus.

ALEXANDER

ALEXANDER PP III.

MAGISTER Gratianus . . Diac.Card.SS.Coſmæ & Damiani.

LVCIVS PP. III.

IOFREDVS . . . Diac.Card.S.Mariæ uirginis in uia Lata.
GHERARDVS . . Diac.Card.S.martyris Hadriani.

VRBANVS PP. II.

GREGORIVS . . . Diac.Card.S. Mariæ uirginis in Porticu.
IOANNES . . . Diac.Card. S.Theodori.
BERNARDVS . . Diac.Card.S.Mariæ Nouæ.
GREGORIVS . . . Dac.Card.S. Mariæ in Aquino.

CLEMENS PP. III.

EGIDIVS . . . Diac.Card.S Nicolai in carcere Tulliano S.R.E.Cancellarius.
GREGORIVS . . . Diac.Card.S.Georgij ad Velum aureum.
GREGORIVS . . Diac.Card. SS.Sergij & Bacchi,Marcelli & Apuleij.

HI SVNT NVMERO XXV.

CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Cœleſtinus III. aliquot Cardinalium ordinationes fecit,Epiſcoporum, presbyterorum & Diaconorum.ex quibus horum tantum memoria extat.


CARDINALES EPISCOPI II.

1 PETRVS . . . Epiſcopus Card.Portueñ.& S.Rufinæ.
2 IOANNES . . Epiſcopus Card.Albaneñ.


CARDINALES PRESBYTERI VI.

3 HVGVTIO . . presb.Card.SS. ſilueſtri & Martini in montibus tt.Equirii.
4 IOANNES . . presb.Card.S.Stephani prothomartyris in Cœlio monte.
5 CINTIVS de Cintiis Romanus,presb.Card.in tt.S.Laurentij in Lucina.
6 IOFREDVS . . presb.Card.tt.S.Praxedis.
7 DEVS dedit . . presb.Card.in tt.ſanct.
8 IOANNES . . presb.Card.SS.Aquilæ & Priſcæ.

III.



IIII.




V.




VI.



VII.



VIII.



Digitized by Google


CARDINALES DIACONI VIII

9 Lotharivs de Comitibus Anaguinus Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.
10 Nicolavs . . Diac. Card. S Mariæ in Coſmedia.
11 Gregorivs . . Diac. Card. S. Angeli. Legatus in Hiſpania ſub Innocentio III.
12 Petrvs de Capua Diac. Card. S. Mariæ in uia Lata. Legatus in Gallijs.
13 Cintivs Sabellus Romanus Diac Card. S. Luciæ in Orphea S. R. E. Camerarius.
14 Boso . . . . Diac. Card. S. Theodori.
15 Hvgo . . . Diac Card. S Euſtachij iuxtà templum Agrippæ.
16 Gherardvs . . Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.


IX.




X.



XI.




XII.




XIII.



XIIII.



XV.



XVI.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. COELESTINI III.

PP. Cœleſtinus XVI. Cardinales creauit. Epiſcopus duos, presb. VI. & Diaconos VIII.

SIGNVM PP. COELESTINI III.


PERFICE GRESSVS MEOS IN SEMITIS TVIS.

OBITVS PP. COELESTINI III.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CXCVIII. die VI. Id. Ianuarij, Romæ in Patriarchio Lateraneñ. obijt PP. Cœleſtinus III. Cadauer in Baſilica Saluatoris, quæ Conſtantiniana appellatur, ſepultum. Non uacauit S Rom. ſedes.

INNOCENTIVS III. NV. CCI. AN. CHR. ∞CXCVIII.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. INNOCENTIVS III. PONT. MAX. ANAGVINVS. LOTHARIVS natione Italus, patria Romanus, Anaguina oriundus, ex patre Thraſimundo, familia Comitum Signię nobili & antiqua, uir eruditiſs. & doctiſs. in Pariſieñ. Gymnaſio multos annos ſtudiis uacauit, deinde Doctoratus (ut uocant) inſignibus ſuſceptis, Romam uenit, ubi per omneis Rom. Curiæ gradus paulatim aſcendens, ad ſupremum in terris culmen peruenit. Card. Diaconus creatus eſt à Cœleſtino III. in Diaconia SS. Sergij & Bacchi, eam iam Pont. Rom. effectus à fundamentis, addita etiam Porticu renouauit. Die autem obitus Papæ Cœleſtini III. uidelicet VI. Id. Ianuarij, unanimi omnium Cardinalium conſenſu Ro. Pont. ſalutatus eſt, ſeditque in Petri cathedra annos XVIII. menſes ſex, & dies decem.

CORONATIO PP. INNOCENTII III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCXCVIII. die VIII. Calend. Martij, in ſolennitate Cathedrę S. Petri, Papa Innocentius III. in presbyterum & Epiſcopum conſecratus, ſuæ coronationis inſignia accepit ab Gherardo S.R.E. Archidiacono.

CARDINALES QVI ELECTIONI INNOCENTII III. INTERFVERVNT XXXI.

CARDINALES EPISCOPI V.

ALEXANDER PP. III.

PETRVS . . . Epiſcopus Card. Tuſculanus. Prior, uel (ut nunc dicitur) Decanus Cardinalium.

CLEMENS PP. III.

IOANNES Anaguinus Epiſcopus Card. Præneſtinus.
OCTAVIANVS . . Epiſc. Card. Oſtieñ. & Velitreñ.

COELESTINVS PP. III.

PETRVS . . . . Epiſcopus Card. Portueñ. & S. Rufinæ.
IOANNES . . . Romanus Epiſcopus Card. Albaneñ.

CARDINALES PRESBYTERI XIII.

LVCIVS PP. III.

PANDVLPHVS Nigellus Piſanus presb. Card. Baſilicæ Apoſtolorum, S.R.E. Archipresb.

VRBANVS PP. III.

PETRVS . . . presb. Card. in tt. S. Cæciliæ trans Tyberim.
PETRVS . . . . presb. Card S. Petri ad uincula in tt. Eudoxiæ.
IORDANVS Vrſinus Romanus, presb. Card. S. Pudentianæ in tt. Paſtoris.

CLEMENS PP. III.

IOANNES . . . Epiſcopus Tuſculaneñ. & Viterbieñ. presb. Card. S. Clementis.
GVIDO . . . . presb. Card. S. Mariæ uirginis trans Tyberim in tt. Calliſti.
RAYNALDVS Monachus abbas Caſsineñ. presb. Card. SS. Petri & Marcellini.

COELESTINVS PP. III.

HVGVTIO . . . presb. Card. SS. Silueſtri & Martini in montibus. tt. Equitij.
IOANNES . . . presb. Card. S. Stephani prothomartyris in Cœlio monte.
CINTIVS de Cintijs Romanus presb. Card. S. Laurentij in Lucina.
IOFREDVS . . . presb. Card. S. Praxedis.

IOANNES . . . . presb.Card.SS.Aquilæ & Priſcæ.

CARDINALES DIACONI XIII.

LVCIVS PP. III.

CONRARDVS . . . . Diac. Card. S. Hadriani S. R. E. Archidiaconus.

VRBANVS PP. III.

GREGORIVS . . . . Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu,
GREGORIVS . . . . Diac. Card. S. Mariæ in Aquino.

CLEMENS PP. III.

GREGORIVS . . . . Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum.
GEORGIVS . . . . Diac. Card. SS. martyrum Coſmæ & Damiani.

COELESTINVS PP. III.

LOTHARIVS Comes Anaguinus Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.
NICOLAVS . . . . Diac. Card. S. Mariæ uirginis in Coſmedia.
GREGORIVS . . . . Diac. Card. S. Angeli in foro Piſcium.
PETRVS Capuanus Diac. Card. S. Mariæ in uia lata.
CINTIVS Sabellus Romanus Diac. Card. S. luciæ in Orphea. S. R. E. Camerarius
BOSO . . . . Diac. Card S. Theodori.
HVGO . . . . Diac. Card. S. Euſtachij iuxta Templum Agrippæ.
GHERARDVS . . . . Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.


CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Innocentius III. multas fecit Epiſcoporum, presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium ordinationes tàm Romæ, quàm alibi, inter quos hi creati reperiuntur.

CARDINALES EPISCOPI V.

1 IOANNES . . . . Epiſcopus Card Sabineñ.
2 NICOLAVS . . . ex Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia, factus Epſcopus Card. Tuſculanus.
3 GVIDO . . . ex pr. Card. S. Mariæ trans Tyberim in tt. Calliſti factus Epiſcopus Card. Præneſtinus.
4 HVGOLINVS de Comitibus Anaguinis, ex Card. S. Euſtachij factus Epiſcopus Car. Oſtieñ. & Velitreñ.
5 PELAGIVS . . . Epiſcopus Card. Albanus. Legatus in Syria & Aegypto (ubi obijt) ſub Innocentio III.

III. IIII. V.




CARDINALES PRESBYTERI XIII.

6 : : . . . . . . presb. Card. S. Petri ad uincula in tt. Eudoxiæ.
7 : : . . . . . . presb. Card. SS. Petri & Pauli in tt. Pammachij.
8 PETRVS . . . presb. Card. in tt. S. Marcelli.
9 BENEDICTVS . . presb. Card. in tt. SS. Gabinij & Suſannæ.
10 ROGERIVS . . . presb. Card. S. Anaſtaſiæ.

Digitized by Google

11 CINTIVS Sabellus Romanus ex Diacono Card. S. Luciæ in Orphea factus presb. Car. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij.
12 LEO . . . ex D. S. Luciæ in Septiſolio factus presby. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem.
13 ROBERTVS . . presb. Card. S. Stephani in monte Cœlio.
14 : : . . . . presb. Card. in tt. Sanct. . . . .
15 : : . . . . presb. Card. in tt. Sanct. . . . .
16 STEPHANVS de Foſſa noua presb. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
17 GREGORIVS . . presb. Card. S. Anaſtaſiæ.
18 PETRVS . . . presb. Card. S. Laurentij in Damaſo.
19 QVALO Gallus, Iur. Vtriuſque Cõſultiſsimus, pres. Card. SS. Silueſtri & Martini in mõtibus, in tt. Equirij. Legatus in Gallijs ſub Innocentio III.


VI.




VII.




VIII.




IX




X.




XI.




XII.




XIII.




XIIII.




XV.




XVI.




XVII.



XVIII.








XIX.




CARDINALES DIACONI XII.

20 Leo . . . . Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio.
21 Matthaevs . . Diac. Card. S. Theodori.
22 Ioannes . . DiacCard. S. Mariæ in Coſmedia S. R. E. Cancellarius.
23 Gvido . . . Diac. Card. S. Confeſſoris Nicolai in carcere Tulliano.
24 Ioanner . . . Diac. Card. S. Mariæ uirginis in uia lata.
25 Hvgolinvs de Comitibus Anaguinis Diac. Card. S. Euſtachij iuxtà templum Agrippæ.
26 Octavianvs . . Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.
27 Ioannes . . . Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani, in uia Sacra.
28 Pelagivs . . Diac.Card.S.Luciæ in Septiſolic.
29 Gregorivs . . Diac.Card.S.Theodori.
30 Rayneriys . . Diac.Card.S.Mariæ in Coſmedia, aliàs ſchola Greca.
31 Romanvs . . Diac.Card.S.Angeli in foro Piſcium.




XX.

XXI.

XXII.

XXIII.


XXIIII.

XXV.

XXVI.

XXVII.


XXVIII.

XXIX.

XXX.

XXXI.


EPILOGVS CARDINALIVM PP. INNOCENTII III.

PP. Innocentius III.pluribus ordinationibus creauit Cardinales XXXII.Epiſcopos V. presbyteros quindecim,& diaconos XIII. Verùm quùm ſex inter hos uel ex antiquis creati,uel repetiti ſint,reliqui erunt uiginti ſex.

SIGNVM PP. INNOCENTII III.

FAC MECVM DOMINE SIGNVM IN BONVM.

OBITVS PP. INNOCENTII III.

Anno Dominicę Natiuitatis ccccxvi.die xvi.Calend.Auguſti.PP. Innocentius III. Peruſij

Peruſij moritur, ubi & in eccleſia Cathedrali Cadauer ſepelitur. Vacauit ſedes tantum diem unum, Peruſinis Cardinales acriter ad noui Pont. Rom. electionem urgentibus.

HONORIVS III. NV. CCII. AN. CHR. ꝏCCXVI.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D.N. HONORIVS III. PONT. MAX. ROMANVS. CINTIVS natione Italus, patria Romanus, ex nobili & uetuſta Sabellorum familia, patre Haymerico Sabello, uiro inter Romanos honorato. Hic adhuc iuuenis Cubicularius fuit Iacinthi Bubonis Cardinalis S. Mariæ in Coſmedia, & S. R. E. Archidiaconi, poſteà PP. Cœleſtini III. appellati, â quo iam in Pont. aſſumpto ſtatim Diac. Card. S.R.E. in Diaconia S. Luciæ in Orphea creatus eſt, inde mortuo Magiſtro Meliore Cardinale & Camerario, in eius locũ S.R.E. Camerarius ſuffectus eſt. Ab Innocentio uerò III. ex Diac. Card. presb. tt. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij ordinatus, adeò ſanctè, & grauiter ſemper uixit, ut mortuo Peruſij Innocentio III. altero poſt eius obitum die, hoc eſt XIIII Cal. Auguſti, nemine Cardinalium ulla in parte aliter ſentiente, dignus exiſtimatus eſt, qui tanto Pont. ſuccederet. Pont. uerò max. pronunciatus, ſedit in Petri cathedra an. X. menſes VII. & dies uiginti poſtquàm electus eſt.

CORONATIO PP. HONORII III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ꝏCCXVI. die IX. Calend. Auguſti, Peruſij in Cathedrali Eccleſia, coronationis ſuæ inſignia conſequutus eſt per manus . . .

CARDINALES, QVI ELECTIONI PP. HONORII III. INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI V.

COELESTINVS PP. III.

PETRVS . . . . Epiſcopus Card. Portueñ. & S. Rufinæ, Prior Epiſcoporum.

INNOCENTIVS PP. III.

NICOLAVS . . . Epiſcopus Card. Tuſculanus.
GVIDO . . . . Epiſcopus Card. Prænestinus.
HVGOLINVS Comes Anaguinus Epiſcopus Card. Oſtieñ. & Veliternus.
PELAGIVS Romanus Epiſcopus Card. Albaneñ.

CARDINALES

CARDINALES PRESBYTERI X.

COELESTINVS PP. III.

CINTIVS de Cintijs Romanus presb. Card. S. Laurentij in Lucina.
IOFREDVS . . . presb. Card. S. Praxedis.
CINTIVS Sabellus Romanus presb. card. S S. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij.

INNOCENTIVS PP. III.

LEO . . . . . . presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem.
ROBERTVS . . . . presb. Card. S. Stephani in Coelio monte.
STEPHANVS de Foſſa noua, presb. Card. Baſilicæ S S. XII. Apoſtolorum.
GREGORIVS . . . presb. Card. S. Anaſtaſiæ.
PETRVS . . . . presb. Card. S. Laurentij in Damaſo.
QVALO Gallus . . presb. Card. S S. Silueſtri & Martini in montibus.
PETRVS . . . . presb. Card. S. Marcelli.

CARDINALES DIACONI VII.

INNOCENTIVS PP. III.

GVIDO . . . . Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano. S. R. E. Archidiaconus.
OCTAVIANVS . . Diac. Card. S S. Sergij & Bacchi.
IOANNES . . . Diac. Card. S. Mariæ in uia Lata.
IOANNES . . . Diac. Card. SS. martyrum Coſmæ & Damiani.
GREGORIVS . . . Diac. Card. S. Theodori.
RAYnerius . . . Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia, aliàs Schola Greca.
ROMANVS . . . Diac. Card. S. Angeli in foro Piſcium.

HI SVNT NVMERO XXII.

CREATIONES CARDINALIVM.

PP. Honorius III. nonnullas Cardinalium Epiſcoporum, presbyterorum, & Diaconorum ordinationes fecit per Decembrem, & alios menſes tàm Romæ, quàm foris, è quibus horum tantum memoria extat, reliqui temporis iniuria periere.


CARDINALIS EPISCOPVS I.

1 IOANNES . . . Epiſc. Card. Sabineñ.


CARDINALES PRESBYTERI VI.

2 THOMAS . . . presb. Card. S. Sabinæ in monte Auentino.
3 IOANNES Columna Romanus presb. Card. S. Praxedis Legatus in Syria.
4 BARTHOLOMAEVS presb. Card. S. Praxedis. in tt. Paſtoris.
5 : : . . . presb. Card. in tt. Sanct. . . . .
6 : : . . . presb. Card. in tt. Sanct. . . . .
7 : : . . . presb. Card. in tt. Sanct. . . . .


III.




IIII.




V.



VI.




VII.



CARDINALES DIACONI VI.

8	STEPHANVS . . .	Diac. Card. tt. S. Hadriani.
9	: : . . .	Diac. Card. in diaconia Sanct.
10	EGIDIVS . .	Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
11	: : . . .	Diac. Card. in Diaconia Sanct.
12	PETRVS Romanus	Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum.
13	: : . . .	Diac. Card. in Diaconia Sanct.


VIII.



IX.




X.




XI.



XII.



XIII.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. HONORII III.

PP. Honorius III. tredecim pluribus ordinationibus creauit Cardinales, Epiſcopum unũ, Presbyteros ſex, & Diaconos totidem Reliquorum memoria non extat.

SIGNVM PP. HONORII III.

PERFICE GRESSVS MEOS IN SEMITIS TVIS.

OBITVS PP. HONORII III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCCXXVII. die III. Id. Martij, PP. Honorius III. Romæ in Patriarchio S. Mariæ Maioris mortuus eſt. Cadauer in eadem Baſilica ſepultum. Vacauit ſancta Romana ſedes dies ſex.

Huius Pont. Rom. tempore, Officium Cancellariæ à Cardinalibus ad Priuatos traductum eſt, appellatique non Cancellarij, ſed Cancellarii uicè agentes primò, deinde Vicecancellarii. Quorum primus (mortuo Ioanne . . Diacono Card. S. mariæ in Coſmedia, & S R. E. Cancellario)

Cancellario,fuit quidam Raynerius Prior S.Fridiani Luceñ.Diœceſis,qui ſe Vicecancellarium appellauit,ut legitur in Bullis PP.Honorii III. ab hoc deinceps omnes Vicecãcellarii appellati licet etiam Cardinales eſſent. Nunc enim Cardinales,qui olim Cancellarii Vicecancellarii ineptè nimium,nominantur &c.

GREGORIVS PP. IX. NV. CCIII. AN. CHR. ∞CCXXVII.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. GREGORIVS IX. PONT. MAX. HVGOLINVS, natione Campanus,patria Anagninus,ex nobili & antiqua familia Comitum Signiæ, Innocentii III. Pont.max.nepos, à quo Cappellanus primò ſuus,mox D.Card.tt.S.Euſtachii,ac demum Epiſcopus Card. Oſtieñ. & Veliternus factus. Hic mortuo PP. Honorio III. Romæ in Diaconia S. Luciæ ad Septa ſolis,prope monaſterium S. Gregorii in Cliuo Scauri à Cardinalibus ibi tum congregatis, die XII. Cal. Aprilis Pont. max. factus eſt. Sedit in Petri Cathedra annos quatuordecim, menſes quatuor, & dies treis. Hic maximam inimicitiam exercuit, cum IMP. FRIDERICO II. à quo & maximis calamitatibus affectus fuit,quarum etiam dolore eum confectum,obiiſſe illorum temporum ſcriptores authores ſunt.

CORONATIO PP. GREGORII XI.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞CCXXVII. die Dominico. XII. Calend. Aprilis, poſtridie quûm Pont. ſalutatus fuit, PP. Gregorius IX. Pallij inſignibus acceptus in Baſilica S. Petri, die Paſchæ ſequentis in Baſilicæ S. Mariæ Maioris coronatus eſt.

CARDINALES QVI ELECTIONI PP. GREGORII IX. INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI V.

INNOCENTIVS PP. III.

NICOLAVS . . . Epiſcopus Card. Tuſculanus,Prior Epiſcoporum.
GVIDO . . . . Epiſcopus Card. Prænestinus.
HVGOLINVS Comes Anagninus Epiſcopus Card. Oſtieñ. & Velitreñ.
PELAGIVS . . . Epiſcopus Card. Albaneñ.

HONORIVS PP. III.

PETRVS . . . . Epiſcopus Card. Portueñ. & S. Rufinæ.

CARDINALES

Digitized by Google

CARDINALES PRESBYTERI VIII.

INNOCENTIVS PP. III.

STEPHANVS de Foſſa noua Romanus, presb.Card.Baſilicæ SS.XII.Apoſtolorum.
GREGORIVS . . . presb.Card. S.Anaſtaſiæ.
PETRVS . . . . presb.Card. S.Laurentii in Damaſo.

HONORIVS PP. III.

THOMAS . . . . presb.Card. S.Sabinæ in Auentino.
IOANNES Columna Romanus presb.Card. S.Praxedis.
BARTHOLOMAEVS . . presb.Card.S.Pudentianæ in tt.Paſtoris.

CARDINALES DIACONI VI.

INNOCENTIVS PP. III.

OCTAVIANVS . . . Diac.Card. SS.Sergii & Bacchi,S.R.E.Archidiaconus.
RAYNERIVS . . . S.Mariæ in Coſmedia.
ROMANVS . . . S.Angeli in foro Piſcium.

HONORIVS PP. III.

STEPHANVS . . . Diac.Card. S.Hadriani.
EGIDIVS . . . . Diac.Card. SS.Coſmæ & Damiani.
PETRVS . . . . Diac.Card. S.Georgii in Velabro.

HI SVNT NVMERO XVII.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

SANCTISS. D. N. BENEDICTVS XIII. PONT. MAX. HISPANVS Petrus de Luna Cæſarauguſtanus de Regno Arragoniæ Hiſpanus nobiliſſimo genere ortus, utriusque iuris Doctor, creatus fuit Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Coſmedia Auinione à Gregorio PP. XI. legatus Apoſtolicæ ſedis ſub Clemente VII. in Hiſpaniarum Regnis poſt mortem PP. Clementis VII. à Cardinalibus eius obedientię, Pont. Max. Auinione IIII Calend. Octobr. factus eſt. Sedit in ſua obedientia Auinione & Hiſpania annos XXII. menſes IX. dies XXVIII. uſque ad Concilium conſtantienſe, in quo priuatus eſt, uerum in ſua ſententia permanens, contra Concilij Conſtantienſis decreta, in Hiſpaniam recedens, & loco munitiſſimo (Paniſcholæ ei eſt nomen) ſe continens, uſque dum uixit, Pontificatus Romani inſignia retinuit, quod tempus fuit Annorum XXX. ab eius ſcilicet creatione ad eiuſdē obitum. Mortuus eſt autem in Hiſpania in oppido Paniſcholæ Die . . . menſis Septembris, Anno ꟾↃↃCDXXIIII. decrepitæ ætatis, ibique ſepultus, priuatus primo fuerant in Concilio Piſano, quùm ſediſſet Annos XIIII. menſes VIII. & dies nouem, uerum nō paruit Concilio Piſano, ſicut nec paulo poſt Conſtantienſi, ſed in ſua pertinacia moriens bis depoſitus & Pontificatu priuatus, ſchiſmati finem fecit, ſub Martino V. licet ſucceſſorem ſibi eligi procurauerit, Quod & factum eſt, uerum is qui electus erat, ut inferius demonſtrabimus, Martini V fidei ſe committens omnia Pōtificatus ſui iura renunciauit, & factus eſt Epiſc. Maioricenſis, Egidius Munionis appellatus. De hac re uide poſt mortem Benedicti XIII. pagina ſequenti.

X CORONATIO

CORONATIO BENEDICTI XIII.

ANNO eodem MCCCXCIIII. Calend. Octobris Benedictus XIII. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit per manus Guillelmi de Lemouicinio Archidiaconum Romanæ Eccleſiæ in illa obedientia.

CARDINALES QVI CONCLAVI BENEDICTI XIII. INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI VI.

VRBANVS PP. V.

GVILLELMVS de Agrifolio Lemouicenſis Gallus, Epiſc. Card. Portuenſis Decanus.

FRATER Bertrandus, ordinis Fratrum Minorum Glaudatenſis, Epiſcopus Card. Tuſculanus Gallus.

GREGORIVS PP. XI.

HVGO . . . . . de Brittannia Gallus, Epiſc. Card. Sabinus.

GVIDO . . . . . Pictauenſis Gallus, Epiſc. Card. Prænestinus.

CLEMENS PP. VII.

FRATER Guillelmus Tholoſanus, ordinis prædicatorum Maſsilienſis, Epiſc. Card. Oſtieñ.

NICOLAVS Albanus Gallus, Epiſc. Card. Albanenſis.

CARDINALES PRESBYTERI IX.

GREGORIVS PP. XI.

IOANNES de Grangia Ambianenſis Gallus, presb. Card. tt. S. Marcelli S.R.E. Archipresb.

CLENENS PP. VII.

IACOBVS Archiepiſcopus Hydruntinus, & Patriarcha Hieroſolymitanus, presb. Card. tt. S. Priſcæ.

NICOLAVS Siculus Meſſanenſis Archiepiſcopus Meſſanenſis, presb Card. tt. S. Marci.

PETRVS . . Archiepiſcopus Ebreduneñ presb. Card. tt. S. Mariæ trans Tyberim Gallus.

FRATER Leonardus de Ceſſono, ordinis minorum, presb. Card. tt. S. Martini in montibus.

FRATER Thomas de Claiſe, ordinis Fratrum minorum Gallus, presb. Card. tt. ſanct. . .

IOANNES . . Epiſc. Viuarieñ. presb. Card. tt. S. Anastaſię S. R.E. Vicecãcellarius Gallus.

PETRVS de Podio, presb. Card. tt. S. Clementis Gallus.

PETRVS de Tureyo Gallus, presb Card. tt. S. Suſannæ ad duas domos.

CARDINALES DIACONI. VI.

GREGORIVS PP. XI.

GVILLELMVS de Lemouicinio, Diac. Card. S. Angeli S.R.E. Archidiaconus.

PETRVS de Verucho, Diac. Card. S. Mariæ in Via lata Gallus.

PETRVS de Luna Cæſarauguſtanus Hiſpanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin de Arragonia.

CLEMENS PP. VII.

AMADEVS Marchio Salluciarum Longobardus, Diac Card. S. Mariæ nouæ.

CARDINALES ABSENTES NVLLI. NAM

PILEVS Praſta Frigiolanus Archiepiſcopus Rauennas Italus, presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis. &

GALEOTTVS de Petra mala Tuſcus Diac. Card. S. Agathæ in Suburra, ſub PP. Clemente VII. Audita morte Vrbani VI. ad eius ſucceſſorem Bonifacium IX. reuerſi ſunt.

PRIMA

Digitized by Google

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ꝏcccxcv. . . Pontificatus PP. Benedicti VII. Anno . . Die . . . PP. Benedictus fecit primam ordinationem decem Cardinalium ſex presbyterorũ & IIII. Diaconorũ, & quibus quos reperire potui in tãta rerum obſcuritate ſubieci, qui ſunt.


1 ALPHONSVS Carillus Hiſpanus, presb. Card. tt. SS. IIII. coronatorum.
2 PETRVS . . . Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Praxedis, uulgo de Hiſpania appell.
3 : : . . . . . . Epiſc. Auxitanus Gallus, presb. Card. tt. ſanc. . .
4 : : . . . . . . Hiſpanus. . Epiſc. . . presb. Card. tt. ſanct. . .
5 : : . . . . presb. Card. tt. ſanct. . . .
6 : : . . . . presb. Card. tt. ſanct. . . .
7 LVDOVICVS de Fliſco Genuenſis, Diac. Card. S. Hadriani Italus.
8 PETRVS . . . Gallus, Diac. Card. S. Angeli in Piſcina.
9 ANTONIVS de Chalanco Gallus, Diac. Card. S. Mariæ in Via lata.
10 : : . . . . . . Diac. Card. ſanct. . . .

Hactenus PP. Benedictus unica ordinatione decem Cardinales creauit antequam in Concilio Piſano, a Cardinalibus utriusque obedientiæ & Pontificatus eſſet abrogatus.

III.




IIII.




V.



VI.




VII.



VIII.



IX.



X.



Digitized by Google

CARDINALES EPISCOPI A PP. BENEDICTO XIII. FACTI.

IOANNES . . . Epiſc. Viuarieñ. Gallus, presb. Card. tt. S. Anaſtaſię Epiſc. Card. Oſtieñ.
PETRVS de Podio presb. Card. tt. S. Clementis Gallus, Epiſc. Card. Tuſculanus.
Hi duo Epiſcopi facti ante eius in Concilio Piſano priuationem.

CARDINALES EORVM NOMINA QVOS SVB BENEDICTI XIII. PONTIFICATV ANTE CONCILIVM PISANVM, MORTVOS fuiſſe conſtat, eorum tamen obitus, dies, locus, & Annus ignorantur.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

VRBANVS PP. V.

GVILLELMVS de Agrifolio Lemonicenſis Gallus, Epiſc. Card. Portuenſis Decanus.
FRATER Bertrandus, ordinis Fratrum Minorum Glaudatenſis, Epiſcopus Card. Tuſculanus Gallus.

GREGORIVS PP. XI.

HVGO de Brittannia Gallus, Epiſc. Card. Sabinus.

CLEMENS PP. VII.

FRATER Guillelmus Tholoſanus, ordinis prædicatorum Maſilienſis, Epiſc. Card. Oſtieñ.

CARDINALES PRESBYT. VI.

GREGORIVS PP. XI.

IOANNES de Grangia Ambianenſis Gallus, presb. Card. tt. S. Marcelli & Archipresbyter.

CLENENS PP. VII.

IACOBVS Archiepiſcopus Hydruntinus, & Patriarcha Hieroſolymitanus, presb. Card. tt. S. Priſcæ.
NICOLAVS Siculus Meſſanenſis Archiepiſcopus Meſſanenſis, presb Card. tt. S. Marci.
PETRVS Archiepiſcopus Ebredunenſis Gallus, presb. Card. tt. S. Marię trans Tyberim.
FRATER Leonardus de Ceſſono, ordinis minorum Fratrum Gallus, presb. Card. tt. S. Martini in montibus.
FRATER Thomas de Claſſe, ordinis Fratrum minorum Gallus, presb. Card. tt. ſanct. . . .

BENEDICTVS PP. XIII.

. . . . . Presb. Card. tt. ſanct. . . .
. . . . . Presb. Card. tt. ſanct. . . .
Duo Cardinales presbyteri Benedicti ſub eius Põtificatu ante Concilium Piſanum mortui ſunt quorum nomina ignoramus.

CARDINALES DIACONI III.

GREGORIVS PP. XI.

GVILLELMVS de Lemouicinio, Diac. Card. S. Angeli S. R. E. Archidiaconus Gallus.
PETRVS de Verucho, Diac. Card. S. Mariæ in Via lata Gallus.

BENEDICTVS PP. XIII.

. . . . . Diac. Card. ſanct. . . .

Igitur ſub Pontificatu PP. Benedicti XIII. ab eius, uidelicet creatione uſq; ad Concilium Piſanum, mortui ſunt quindecim Card. eius obedientiæ ſpacio quindecim Annorũ, tot enim anni ſunt ab eius creatione ad Concilij Piſani tempus. Et quùm ipſe alios Cardinales non creauerit, niſi eos decem primæ creationis, (prohibitus enim à Card. ſuæ obedientiæ fuit, ut facilius unio in Eccleſia Chriſti fieri poſsit, ne nouos Card. crearet, poſt primam ordinationem) Card. uiui erant.

Anno Chriſti MCCCCVIII. Quando Cõcilium Piſanum Celebratum eſt, eius obedientię numero. XIII. De quibus paulo poſt enarratis Concilij Piſani cauſis uerbum faciam.

S. s.

S.S. CONCILIVM OECVMENICVM PISANVM.

QVVM poſt Clementis VII. in Gallijs, & Innocentij VII. Romæ Romanorum Pontificũ mortem peſsimum ſchiſma in lõgum protraheretur, eſſetq; Maximo Reip. Chriſtianæ ſcandalo. Cardinales utriusque Conclauis longiſs. ſchiſmatis pertæſi. Iurarunt, ſi quempiam illorum contigiſſet in Papam eligi, totis uiribus operam daturos etiam per uiam ceſsionis Papatus ſi opus fuerit, ut unio ſublato ſchiſmate in Eccleſia Romana fieret. electi ſunt ad Pontificatum, Benedictus VIII. in Gallijs, & Gregorius XII. Ro. in Italia. Idem iam electi Pont. denuo iurarunt, uouerunt & ſpoponderunt, quod ante creationem in Conclaui iurauerant, uouerant, & ſpoponderant, ut per uiam ceſsionis Papatus concordiam facerent, tertio in utriusque locum ſubrogato. Itaque cum à Cardinalibus utriusque obedientiæ daretur opera, ut Gregorius, & Benedictus in Aliquo loco ſimul conuenirent. ubi tractari concordia in Eccleſia poſſet, quæ per XXX. fere annos ſchiſmate laborabat, Sauonaque in Liguribus decreta eſſet, in qua conuentus pro hac Concordia ab utriſque Pontificibus haberent. Tunc demum cognoſci & intelligi cæpit, id quod poſtmodum rerum euentu cõprobatum eſt. Vtrunque Pontificem concordiam abnuere, quùm Gregorius quidem ut Lucam pretergrederetur, nullo unquam ingenio effici potuit. Benedictus uero è portu ueneris ubi uenerat & per Poniamum uellet redire. Quamobrem utriusque partis Cardinales, hanc colluſionem mutuam iam dudum cognoſcẽtes, & iniquo animo ferẽtes, ſtomachari atque indignari ceperunt, itaq; ab utriſque partis Cardinalibus Pontifices ipſi deſerti, initio ab Italicis ſeu Gregorianis facto. Quod quùm & Benedictini ſiue Gallici probaſſent Cardinales Benedicto XIII. relicto fere omnes Piſas conuenerunt, ubi & Gregorij Card. acceſſerant Anno Chriſti MCCCCIX. Ibique Concilium Piſanum Indixerunt ac celebrarunt.

CARDINALES OBEDIENTIAE BENEDICTI XIII. QVI EO RELICTO PISAS CONVENERVNT.

GVIDO . . . . Epiſc. Pictauenſis Gallus, Epiſc. Card. Prænestinus Decanus Collegij Benedictini.
NICOLAVS Albanus, Epiſc. Card. Albanenſis Gallus.
IOANNES . . Epiſc. Viuarien. Gallus, Epiſc. Card. Oſtieñ. S.R.E. Vicecancellarius.
PETRVS de Podio Gallus, Epiſc. Card. Tuſculanus.
PETRVS de Tureyo Gallus, presb. Card. tt. S. Suſannæ ad duas Domos.
PETRVS . . Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Praxedis.
AMADEVS de Sallucijs Longobardus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.
PETRVS Gallus . . Diac. Card. S. Angeli.

Ex treſdecim autem Cardinalibus eius obedientiæ hi octo Benedictum relinquentes Piſas conuenerunt, quinque Cardinalibus adhuc apud eum remanentibus. Ibique cum Cardinalibus Gregorianis inchoato Concilio uniuerſali Piſano MCCCCIX. Nonis Iunijs utroſq; Pontifices Pontificatu Romano priuarunt, & in utriusque locum Petrum Philargi Cretenſem Pontificẽ ſubſtituerunt. Qui Alexãder V. appellatus eſt. De quo uide in Alia Tabella.

Porro autem ex quinque Cardinalibus quos apud Benedictum XIII. remanſiſſe diximus maiore parte eorum recedente, Antonius de Chalanco Gallus, Diaconus S. Mariæ in Via lata, ut primum fugiendi ei facultas oblata eſt aufugit, & Piſas ad Concilium acceſsit paulo ante ingreſſum Conclauis, quo utriſque Pontificibus priuatis Alexander V. Pont. Max. renunciatus eſt, & cum alijs electioni PP. Alexandri V. interfuit in eius obedientia cum alijs Cardinalibus permanẽs. Ludouicus autem de Fliſco, Diaconus Cardinalis S. Hadriani Genuenſis apud Benedictum XIII. permanſit, usque ad eius in Cõcilio Piſano abrogationem, tunc enim ab eo etiam ipſe diſcedens Bononiam uenit Anno MCCCCV. paulo poſt creationem Ioannis XXIII. in cuius obedientia permanſit.

Alphonſus uero Carillus, presb. Cardinalis SS. IIII. coronatorum Hiſpanus, cum Benedicto XIII. permanſit usque ad eius abrogationem quæ in Concilio Conſtantienſi ſecundo facta eſt. Tunc enim ab ipſo diſcedens ad curiam Romanam ſub Martini V. obedientia uenit ſchiſmate extincto.

De Cardinale Auxitano, & altero Cardinale Hiſpano, qui per aliquot tempus apud Benedictum permanſerunt, quid egerint adhuc incertum eſt.

PRIMA ABROCATIO BENEDICTI. PP. XIII.

IN CONCILIO OECVMENICO PISANO.

Anno Chriſti ↀↀCD IX. Benedictus XIII. PP. Quùm omnes fere Card. ab eo diſceſſiſſent ad Concilium Piſanum. Die Nonis Iunijs in Concilio Piſano, ex totius ſynodi ſententia Pontificatu Romano priuatus eſt, cum Gregorio XII. Quùm usque ad eam diem ſediſſet annos XIIII. menſes VIII. dies nouem.


SECVNDA CREATIO CARDINALIVM. A BENEDICTO PP. XIII.

IAM PONTIFICATV PRIVATO.

Anno Chriſti ↀↀCD IX. Benedicti XIII. PP. Quùm omnes fere ſui Cardinales ab eo diſceſſiſſent, & Concilium Piſanum cum Gregorianis inchoaſſent, ipſe in Hiſpaniam profectus eſt, ubi in regno Arragoniæ aliud Concilium pręlatorũ Hiſpanorũ celebrauit, à quo ſui ſentẽtia legitimus Põtifex & uerus Chriſti Vicarius declaratus eſt, nõ obſtantibus quibuſcunq; &c. Ipſeque quùm paulo poſt, abrogationem de ſe factam in Concilio Piſano cognouiſſet proximo Septembri in Arragonia ſecundam Cardinalium ordinationem fecit, in qua XII. Cardinales creauit VI. Presbyteros & VI. Diacones, qui ſunt.


11 : : . . . Montis Arragonum Canonicus Regularis Hiſpanus, presb. Card. tt. ſanct. . . .
12 : : . . . Monachus, ordinis Carthuſianorum Hiſpanus, presb. Card. tt. ſanc. . .
13 IVLIANVS de Dobla Hiſpanus, presb. Card. tt. ſanct. . . .
14 : : . . . Presb. Card. tt. ſanct. . . . Hiſpanus.
15 : : . . . Presb. Card. tt. ſanct. . . . Hiſpanus.
16 : : . . . Presb. Card. tt. ſanct. . . . Hiſpanus.
17 : : . . . Diac. Card S. Georgij ad Velum aureum Hiſpanus.
18 : : . . . Diac. Card. S. Euſtachij Hiſpanus.
19 : : . . . Diac. Card. S. Angeli Hiſpanus.
20 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . Hiſpanus.
21 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . Hiſpanus.
22 : : . . . Diac. Card. ſanct. . . . Hiſpanus.

XI. XII. XIII.




Digitized by Google

XIIII.



XV.




XVI.



XVII.



XVIII.



XIX.



XX.



XXI.



XXII.



Porro ex his xii. Cardinalibus hac ſecũda promotione creatis, ſex apud eum mortui ſunt, uidelicet Diacones tres, totidemq́ue, presbyteri, ante Concilium conſtantienſe ſecundamq́ue eius abrogationem in eo Concilio factam Anno ꝏccccxvii. paulo ante creationem Martini pp. v. octo annorum interuallo, tot enim ſunt à priore ad ſecundam abdicationem eius. Sex igitur Cardinalibus mortuis, ex duodecim, ſex alij uiui remanſerunt, erantq́ue quando creatus eſt pp. Martinus v. de quibus quid acciderit ſubijciamus.

SECVMDA BENEDICTI XIII. PP. ABROGATIO IN S.S. GENERALI CONSTANTIENSI.

Anno Chriſti ꝏccccxvii. vii. Calend. Auguſti publico patrum uniuerſalis Concilij Conſtantienſis Decreto, Petro de Luna Benedicto xiii. in ſua obedientia nominato pp. Pontificatum

Pontificatum renunciare pertinaciter recuſanti. Quùm Gregorius XII. & Ioannes XXIII. libere Pontificatibus ſuis ob Chriſti amorem & unionem populi Chriſtiani ceſsiſſent, Papatus ei abrogatus eſt, ipſe ab omni Concilio excommunicatus priuatusque eſt omnibus gradibus & dignitatibus. Ipſe uero in duritia ſua & errore permanens loco munitiſsimo Paniſcholæ in Regno Arragoniæ ſe continebat Papatus inſignia tenens, quæ usque ad Obitum ſuum nunquam dimiſit. Sederat autem quando iterum in hoc Concilio priuatus eſt ob eius creatione Aunione facta Annos XXII. Mẽſes IX. Dies XXVIII. octauo Anno poſt primam in Concilio Piſano abrogationem.

Ex ſex autem Cardinalibus qui uiui apud eum permanſerant, quatuor, uidelicet unus Presb. & tres Diacones uidentes duritiam & pertinaciam cordis eius, quùm ſæpius ipſum monuiſſent, ut propter pacem populi Chriſtiani Pontificatum deponere uellet, iam totius ſynodi ſententia creato Martino V. ſchiſmaque peſsimum tollere uellet, quod ab illo uno pendebat, ipſeque nihil facere decreuiſſet, ab eo diſceſſerunt, uenientes ad curiam Romanã & pedes PP. Martini V. & in eius obedientia permanentes, uſque ad mortem. A quo & in Cardinalium numerum ſunt recepti. Duo uero alij Card. cum eo uſq; ad eius obitum permãſerũt.

CARDINALES QVATVOR QVI A PETRO DE LVNA RECESSERVNT.

Anno Chriſti ꝏCCƊXIX. . . presb. Card. Montis Arragonum uulgo appellatus.

: : . . . . Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum Hiſpanus.

: : . . . . Diac. Card. S. Euſtachij Iunior Hiſpanus &.

: : . . . . Diac. Card. S. Angeli Hiſpanus. Relicto Benedicto XIII. Florentiam menſe Martio ubi curia Romana reſidebat ad PP. Martini V. pedes uenerunt, à quo in Cardinalium numerum recepti ſunt. Hi uero duo ſequentes remanſerunt.

: : . . . . Monachus Carthuſiani, ordinis presb. Card. tt. . . . Hiſpanus & Iulianus de Dobla Hiſpanus, presb. Card. tt. S. . Quare à Martino V. denuo priuati ſunt omnibus dignitatibus, & anathemate graui percuſsi, Anticardinalisq; appellati.

OBITVS PETRI DE LVNA OLIM BENEDICTVS XIII. PP. APPELLATI.

ANNO Chriſti ꝏCCCCCXXIIII. Die . . Septembris Petrus de Luna olim Benedictus XIII. in ſua obedientia nominatus, Paniſcholæ quod oppidum eſt Arragoniæ munitiſſimum, diem clauſit extremum octuagenario maior, uſque ad ultimum uitæ ſpiritum in ſua ſententia permanens, ibique ſepultus eſt. Tunc illi duo Card. ſeu potius Anticardinales qui apud eum remãſerant, uidelicet Carthuſianus, & Iulianus de Dobla non ſine uoluntate Alphunſi Arragonum Regis Martino V. infenſi, quod ab eo titulum Regni Siciliæ repetere non poterat, nouum Idolum conflare aggreſsi ſunt. Is fuit appellatus.


EGIDIVS MVNIONIS CANONICVS BARCHINONENSIS HISPANVS CLEMENS PP. VIII. IN SVA OBEDIENTIA APPELLATVS. NVM. CCXXI. ANNO CHRISTI ꝏCƊXXIV.

I.





II.



CLEMENS VIII. PONT. MAX. HISPANVS. Egidius Munionis Canonicus Barchinonenſis Hiſpanus nobili genere ortus à duobus Anticardinalibus Paniſcholæ poſt Benedicti XIII. Obitum Romanus Pontifex ſiue Apoſtaticus contra Martinum V. creatus, menſe Septembri Prophanationi de ſe factæ conſenſit, Voluitque Clemens Appellari ſedit autem ſeu potius intruſus fuit circa menſes octo.

Hic more Romani Pontificis primo coronatus eſt, poſt Decembri ſequenti nouos Cardinales creauit, & ea omnia fecit quæ per Pontifices Romanos fieri conſueuerunt.

ABDICATIO CLEMENTIS VIII ET SVORVM CARDINALIVM, FINISQ. LONGISSIMI SCHISMATIS.

Anno Chriſti ∞CDXXV. Pontificatus PP. Martini V. Anno octauo, Die Lunæ VI. Idus Ianuarij. D. Petrus Card. Diac. de Fuxo uulgo appellatus factus eſt à PP. Martino V. Legatus de latere in Regnis Hiſpanarum & præſertim Arragoniæ ad reliquias ſchiſmatis quæ ibi remanebant Tollendas. & VI. Nonas Martij ex urbe diſcedens in Hiſpaniam profectus eſt, in cuius manibus Maio ſequenti, ex conſenſu Alphonſi Regis Arragonum Domino Papæ Martino reconciliati in cuius Regno erat caſtrum Paniſcholæ ubi dictus Egidius prophanatus manebat cum Anticardinalibus) ipſe Egidius Clemens VIII. appellatus ſuo prætenſo Pontificatui ſponte reſignauit, eumque paulo poſt Martinus PP. V. in Epiſcopum Maioricenſem promouit. Omneſq; ab ipſo creati Cardinales libere ſuis Cardinalatibus ceſſerunt. Duo autem Anticardinales dicti Petri de Luna, qui hunc Egidium Antipapam creauerant in ſua duricie permanentes, ab ipſo Domino Legato Cardinali de Fuxo capti ſunt & Diris carceribus mancipati, ubi & diem ſuum obierunt, Sicque ex omni parte longiſsimum ſchiſma quod per ſeptem & quadraginta Annos durauerat ſtudio Martini V. PP. Deo optimo maximo adiuuante omnino extinctum eſt per miniſterium. D. Petri Card. de Fuxo Apoſtolicæ ſedis in Hiſpanarum Regnis Legati. Et ſic laus Decus, & honor, tibi ſit Chriſte Redemptor Amen.

LAVS DEO.

VRBANVS PP. VI. NV. CCXXXII. AN. CHR. ∞CCCLXXIIX

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI, AMEN.

SANCTISS. D. N. VRBANVS VI. PONT. MAX. NEAPOLITANVS D. Bartholomeus Butillus prægnanus, Neapoli natus in Platea Vindi, in loco qui uulgo Infernus appellatur, ex patre ignobili Piſano, & matre Neapolitana item ignobili, utriuſque iuris Doctor, & pro D. Petro Epiſcopo Præneſtino Cardinale Pampilonenſe S.R.E. Vicecancellario, Cancellariæ Apoſtolicæ in Italia Regens, primo Archiepiſcopus Acheruntinus, mox Barenſis à Gregorio PP. XI. eius prædeceſſore factus. Hic quùm eſſet extra Collegium Cardinalium, poſt mortem Gregorij PP. XI. à Cardinalibus in Conclaui exiſtentibus Pont. Max. creatus eſt, Quod qua ratione, & à quibus Cardinalibus factum ſit, Gregorij PP. XI. obitu enarrato, (quia ad rei cognitionem hoc maxime attinet) diligenter explicare pro uirili conabor, eſt igitur aduertendum.

OBITVS PP. GREGORII XI.

ANNO Dominicæ Natiuitatis MCCCLXXIIX. Die VI. Calend. Aprilis circa ſecundam noctis horam PP. Gregorius XI. Qui curiam Romanam ex Auinione, ubi magno totius Reipublicæ Chriſtianæ incommodo, per annos continuos ſeptuaginta, permanſerat in Vrbem reduxit, Romæ mortuus eſt, & in Diaconia S. Mariæ nouæ, cuius ante Pontificatum, fuerat Diaconus Card. honorifice ſepultus marmoreo ſepulchro. Quo mortuo Sancta Romana ſedes, uacauit diebus undecim, uidelicet usque ad ſeptem Idus Aprilis.

Die IIII. Calendas Aprilis mane PP. Gregorij exequiæ ſiue nouendialia a Cardinalibus more maiorum celebrari ſunt cæpta in Diaconia S. Mariæ nouæ, Quæ nouem continuis diebus perdurarunt.

Die VII. Idus Aprilis cantata per Cardinalem Portuenſem, Epiſcopum miſſa de ſpiritu ſancto, hora iam tarda, Cardinales numero ſexdecim, qui tunc in Vrbe erant, pro electione futuri ſummi atque uniuerſalis Pontificis, ingreſſi ſunt Cõclaue paratum in Apoſtolico Palatio iuxta Baſilicam principis apoſtolorum.

CARDINALES EPISCOPI II.

VRBANVS PP. V.

PETRVS . . . . Florentinus, Epiſc. Card. Portuenſis, Epiſc. Florentinus Italus.

IOANNES . . . . De Lemouicinio, Epiſc. Card. Præneſtinus Gallus, Lemouicenſis uulgo appellatus.

CARDINALES PERSBYTERI IX.

VRBANVS PP. V.

GVILLELMVS de Agrifolio, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio mõte Lemouiceñ Gallus.

FRATER Bertrandus, ordinis Minorum S. Franciſci, presb. Card. tt. S. Cæciliæ Epiſc. Glandatenſis Gallus, Epiſcopus Cameracenſis.

GREGORIVS PP. XI.

ROBERTVS de Gebenna Gallus Arelatenſis, presb. Cardinalis Baſilicæ ſanctorum duodecim Apoſtolorum Gebennenſis.

HVGO de Lemouicinio, presbyter Cardinalis tituli ſanctorum quatuor coronatorum de Brittannia Gallus.

GVIDO de Lemouicinio, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem. Epiſc. Pictauenſis Gallus.

PETRVS . . . . presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina, Epiſc. Viuarienſis Gallus.

FRANCISCVS de Thebaldeſchis Romanus, presb. Card. tt. S. Sabinæ, uulgo appellatus Cardinalis S. Petri Italus.

SIMON de Borſano Mediolanenſis utriusque iuris Doctor, presb. Card. tt. SS. Ioannis & Pauli Italus.

GERARDVS de Podio, presb. Card. tt. S. Clementis Monachus Abbas maioris montis, alias monaſterij Gallus.

CARDINALES

Digitized by Google

CARDINALES DIACONI V.

VRBANVS PP. V.

IACOBVS Vrſinus Romanus, Diac. Card. S. Georgij ad Velũ aureũ Italus Archidiaconus.

GREGORIVS PP. XI.

PETRVS Flandrinus, Diac. Card. S. Euſtachij iuxtà templum Agrippæ Gallus.
GVILLELMVS . . . de Lemouicinio, Diac. Card. S. Angeli Gallus.
PETRVS de Verucho, Diac. Card. S. Mariæ in Via lata Gallus.
PETRVS de Luna Cæſarauguſtenſis de Arragonia, Diac. Cardinalis S. Mariæ in Coſmedia Hiſpanus.

CREATIO VRBANI PP. VI.

Iſti XVI. Cardinales die ſequenti poſt ingreſſum Conclauis, uidelicet VI. Idus Aprilis, mane hora conſueta tertiarum, audita Miſſa, & facto Scrutinio, Quùm inter ſe concordare non poſſent, elegerunt in Papam Bartholomeum Butillum Neapolitanum Archiepiſcopũ Barenſem extrà Collegium Cardinalium, qui decreto electionis accepto & approbato, in Apoſtolica ſede die ſequenti ab eis eſt inthronizatus, Vrbanusque VI. appellatus eſt, Hic in Petri Cathedra ſedit annos XI. Menſes VI. Dies VI.

CORONATIO PP. VRBANI VI.

Eodem Anno ideſt MCCCLXXVIII. In Die ſancto Paſchæ Reſurrectionis XIIII. Calend. Maij PP. Vrbanus VI. omni aſtante Clero, & populo, cunctisque Cardinalibus approbantibus, ante fores Baſilicæ S. Petri per Iacobum Vrſinum Romanum S R E. Archidiaconum ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES.

IOANNES de Grangia, Epiſcopus Ambianenſis, presb. Card. tt. S. Marcelli Gallus.
Is erat Apoſtolicæ ſedis legatus in Tuſcia, & paulo poſt creationem Vrbani Romam uenit, ad præſtandum obedientiam PP. Vrbano VI. cum alijs Cardinalibus.

VRBANVS PP. V.

IOANNES . . . . Epiſc. Card Sabinenſis Gallus.
EGIDIVS de Monte Acuto, Epiſcopus Card. Tuſculanus Gallus.

GREGORIVS PP. XI.

: : . . . . Card. Epiſc. Albanus.
: : . . . . Presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ Gallus.
: : . . . . Presb. Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ Gallus.
: : . . . . Diac. Card. S Mariæ in Porticu Gallus.

Hi omnes Cardinales Galli fuerunt, & quãdo PP. Gregorius XI. in Vrbem uenit, remanſerant Auinione, nec unquam Romam uenerunt, ſed ſub Clemente VII. Antipapa in Gallijs mortui ſunt, quùm ab Vrbano PP. VI. omnibus dignitatibus, titulis, Beneficijs & Cardinalatu, ob ſchiſma cum ſuo Apoſtatico priuati fuerunt.

Erant igitur omnino Cardinales uiui XXIII. quãdo creatus eſt PP. Vrbanus VI. pars Romæ pars in Gallijs, Qui omnes (ut paulo poſt explicabo) ab Vrbano VI. receſſerũt, excepto ſolo Cardinale S. Petri Romano.

Anno Chriſti MCCCLXXVIII. Die . . . Auguſti Franciſcus de Thebaldeſchis Romanus, presb. Card. tt. S. Sabinæ, uulgo Card. S. Petri appellatus, quùm cæteris Cardinalibus ab Vrbano diſcedentibus ſolus in Vrbani fide permãſiſſet, poſt Cardinalium omnium diſceſſum ante tamen creationem Antipapæ Clementis VII. qui paulo poſt creatus eſt Romæ diem clauſit extremum, Sepultus in Baſilica S. Petri.

SCHISMA PESSIMVM ET LONGISSIMVM.

VRBANO VI. Pont. Maximo creato & coronato, Cardinales omnes tam Galli quam Itali, uno Cardinale S. Petri excepto, qui uſque ad obitum ſuum, qui paulo poſt fuit apud Vrbanum permanſit,

num permanſit, Dolentes Pontificem nimis contumacem, moroſum, aſperum, & inhumanũ (ſic enim re uera erat) delegiſſe, eius mores pertæſi, circa Idus Maias ex urbe diſcedentes, Anagniam Campaniæ Ciuitatem ueniunt, ibique coniuratione contra Vrbanum facta, ipſi Pontificatum abrogant, Bartholomeum Barenſem intruſum, & ſedis Apoſtolicę inuaſorem eum appellantes, occaſione ſumpta quod quum in Cõclaui eſſent ipſum metu populi Romani Papam Romanum, uel Italicum exoptantis delegiſſent, & non liberis ſuffragijs, (quod tamen falſum erat) Septembri autem ſequenti fundos Campaniæ Vrbem uenientes, ſub protectione Honorati Caietani, Romani Comitis Fundorum, pro Romana Eccleſia Campaniæ Gubernatoris, & non ſine fauore & Auxilio Ioannæ primæ Neapolitanæ Reginæ, Vrbano iterum damnato & Pontificatu priuato, ac ſi Apoſtolica ſedes uacaret, Fundis Conclaui intrantes, Die XII. Calend. Octobr. in Pontificem Romanum, ſeu potius Antipapã, contra Vrbanum VI. elegerunt Robertum de Gebenna Cardinalem presbyterum Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum. Qui Clemens VII. appellari uoluit. Vrbanus autem VI. his auditis, Robertum ipſum & omnes Cardinales, qui cum eo ſentiebãt. anathemate notauit, maledixit, omnibusque titulis, dignitatibus, Beneficijs, & Cardinalatu priuauit, quod illi nihil facientes Anno ſequenti cum ſuo Antipapa Auinionem profecti ſunt, ſicque peſsimum & Diuturnum ſchiſma inchoatum eſt, totaq; Republica Chriſtiana diuiſa, alijs Vrbano, alijs Clementi adhærentibus. Clemens enim a Gallis, Hiſpanis, & Scotis ueneratus eſt, Italia uero, Germania, Hungaria & Anglia, Vrbani VI. partes ſequuti ſunt. Durauit autem hoc ſchiſma Annis continuis quadraginta, uſque ad conciliũ conſtantienſe, & electionem PP. Martini V. quę fuit in fine anni ꝏCDXVII. Ab hoc ſchiſmate infinita mala in toto orbe Chriſtano ſequuta. De Clemẽte VII. & eius ſucceſſore Benedicto XIII. In ſua obedientia nuncupato, Cardinalibusque multis ab eiſdem creatis uidẽdũ eſt in alia tabella, Nos Vrbani acta perſequemur,


PRIMA CREATIO CARDINALIVM VRBANI PP. VI.

VRBANVS igitur ſolus ab omnibus Cardinalibus derelictus, excepto Cardinale S. Petri qui paulo poſt mortuus eſt, audita Clemẽtis VII. Antipapę electione, ſeu potius Intruſione, Rebus iam deſperatis quum nullus amplius concordiæ & unioni locus relictus eſſe uideretur, nullumque amplius Cardinalem haberet. Anno Chriſti ꝏCCCLXXIIX. Qui primus annus Pontificatus ſui erat, eodem menſe Septembri ad IIII. Calẽd. Octobris, Romæ in Baſilica S. Marię trans Tyberim fecit primam Cardinalium ordinationem, in qua ſimul XXIX. creauit, quatuor uidelicet Epiſcopos, decem & ſeptem Presbyteros, & octo Diacones, uiros ex omni obedientia ſua ſelectos graues, prudentes & eruditos, hi fuere.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

1 GVILLELMVS . . Patriarcha Hieroſolymitanus, Epiſc. Card. Oſtieñ. & Decanus.
2 FRATER Thomas de Firignano Mutinenſis, ordinis Minorum S. Franciſci olim generalis miniſter, Patriarcha Gradenſis Epiſc. Card. Tuſculanus.
3 PHILIPPVS de Alenconio Hungarus Patriarcha Aquilegenſis, Epiſc. Card. Sabinus.
4 FRANCISCVS Butillus pregnanus Neapolitanus, Archiepiſcopus Piſanus eius Affinis, Epiſc. Card. Prænestinus, & S. R. E. Vicecancellarius.

III. IIII. V.



IIII.



CARDINALES PRESBYTERI XVII.

5 Pilevs Praſta Frigiolanus, Archiepiſcopus Rauennas Italus, presb. Card. tt. S. Praxedis S.R.E. Archipresbyter.

6 Ioannes . . Boemus, Archiepiſc. Prageñ. presb. Card. Baſilicę SS. XII. Apoſtolorũ.

7 Ioannes . . Archiepiſcopus Corſenſis Italus, presb. Card. tt S Sabinæ.

8 Marinvs de Amalphi Archiepiſcopus Tarentinus, & Adminiſtrator Eccleſiæ Auerſanæ, presb. Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris S.R.E. Camerarius.

9 Bartholomevs de Cothurno Genuenſis, Archiepiſcopus Genuenſis, presb. Car. tt. S. Laurentij in Damaſo.

10 Demetrivs . . Hungarus Archiepiſcopus Strigonenſis, presb. Card. tt. SS. quatuor coronatorum.

11 Lvcas de Gentilibus, aliàs del Cardinale Camers Picenus, Epiſc. Lucerinus, presb. Card. tt. S. Xyſti.

12 Frater Philippus Geza Romanus de Regione Parionis, ordinis prædicatorum S. Dominici minor Pœnitentiarius in Baſilica S. Petri, Epiſcopus Tiburtinus, presb. Card. tt. S. Suſannæ Maior pœnitentiarius.

13 Poncellvs Vrſinus Romanus, Epiſc. Auerſanus, presb. Card. tt. S. Clementis

14 Valentinvs . . Hungarus, Epiſc. quinq; Eccleſienſis, presb. Card. tt. S. Balbinæ.

15 Eleazarvs . . Epiſcopus Reatinus, presb. Card. tt. S Marcelli.

16 Adam Anglicus, Epiſc. Londinenſis, presb. Card. tt. S. Cæciliæ.

17 Petrvs . . Hiſpanus, Epiſcopus Palentinus, presb. Card. tt. ſanct. . .

18 Philippvs de Caraffis Neapolitanus, Epiſc. Bononieñ. presb. Card. tt. SS. Siluestri & Martini in montibus.


19 Andreas Bõtẽpo Peruſinus, Epiſc. Peruſinus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.


20 Frater Nicolaus Carazzolus Neapolitanus, ordinis prædicatorum Generalis Magiſter tt. S. Cyriaci in Thermis.


21 Frater Ludouicus Donato Venetus Generalis miniſter, ordinis minorum S. Franci-

22 presb. Card. tt. S. Marci.


V. VI. VII.








VIII.



IX.




X.




XI.




XII.



XIII.



XIIII.




XV.




XVI.



XVII.




XVIII.




XIX.



XX.



XXI.



CARDINALES DIACONI VIII.

22 Gvillelmvs de Altauilla Capuanus electus Archiepiſcopus Salernitanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedia S. R. E. Archidiaconus.

23 Agapitvs de Columna Romanus, Diac. Card. S Mariæ in Via lata Protonotarius.

24 Stephanvs de Columna Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro Protonotarius.

25 Lvdovicvs de Capua Neapolitanus Protonotarius, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.


26 Gentilis de Comitibus de Sangro Aprutinus Neapolitanus Protonotarius, Diac. Cardinalis S Hadriani.

27 Stephanvs Sanſeuerinas Neapolitanus Protonotarius, Diac. Card. ſanct. . . .


28 Galeottvs de Petramala Tuſcus, Diac. Card. S. Agathæ Protonotarius.

29 Thomas Vrſinus Romanus de Manupello, Protonotarius Diaconus Card. S. Mariæ in Dominicano.

XXII.




XXIII.



XXIIII.




XXV.



XXVI.




XXVII.



Digitized by Google

XXVIII. XXIX.





SECVNDA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti ∞ccclxxix. Pontificatus Anno primo PP. Vrbanus VI. fecit ſecũdam duorũ Cardinaliũ presbyterorũ ordinationem, Romæ. Die . . Idus Ianuarij, qui fuerunt.

30 STEPHANVS Paloſius Romanus, Epiſc. Tudertinus, presb. Card. tt. S. Marcelli.

31 ANGELVS Acciaiolus Florentinus Epiſc. Florentinus, presb. Card. tt. S. Laurentij in Damaſo.

XXX. XXXI.





TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti ∞ccccxxcv. Pontificatus Anno ſeptimo Die VII. Idus Ianuarij Luceriæ Chriſtianorum in Regno Neapolitano PP. Vrbanus VI. fecit tertiam duodecim Cardinalium ordinationem, octo Presbyterorum, & quatuor Diaconorum, qui fuerunt.

32 : : . . . . Archiepiſcopus Colonienſis Germanus, presb. Card. tt. ſanct. . . .

33 : : . . . . Archiepiſcopus Moguntinus Germanus, presb. Card. tt. ſanct. . . .

34 : : . . . . Archiepiſcopus Treuerenſis Germanus, presb. Card. tt. ſanct. . . .

35 ARNOLDVS de . . Epiſc. Leodienſis Germanus, presb. Card. tt. ſanct. . . . .

36 VVENCESLAVS de . . Epiſc. Vratiſlauienſis Germanus, presb. Card. tt ſanct. . . . .

37 PETRVS de Roſſemburgh Boemus, Protonotarius Apoſtolicus, presb. Card. tt. S. . . .

Hi ſex Cardinales præcedentes dignitatem Cardinalatus accipere noluerunt. . . .

38 FRANCISCVS Carbonus Neapolitanus, Epiſc. Monopolitanus, presb. Card. tt. S. Suſannæ & Maior pœnitentiarij.

39 F. BONAVENTVRA de Carrario Patauinus, ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Magiſter Generalis, presb. Card. tt. S Cæciliæ.


40 LVDOVICVS de Fliſco Genuenſis electus Vercellenſis, Diac. Card. S. Hadriani.

41 MARINVS Bulcanus Neapolitanus PP. Vrbani Conſanguineus ſub Diaconus Apoſtolicus, Diaconus Card. S. Mariænouæ S. R. E. Camerarius.


42 FRANCISCVS de Aliſia Neapolitanus, Diac. Card. S. Euſtachij Protonotarius Ap. ſedis.

43 RAYNALDVS Brancaccius Neapolitanus Acoluthus Apoſtolicus, Diac. Card. S. Viti & Modeſti in macello martyrum.


XXXII.




XXXIII.



XXXIIII.




XXXV.



XXXVI.




XXXVII.




XXXVIII.




XXXIX.




XL.



XLI.



XLII.



XLIII.



QVARTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ∞ccccxxcv. Pontificatus PP. Vrbani VI. Anno octauo XVII. Calend. Nouembris PP. Vrbanus VI. fecit quartam quinque Cardinalium, Diaconorum ordinationem, qua hi creati fuerunt.

44 PERINVS Tomacellus Neapolitanus, Diaconus Cardinalis S. Georgij ad Velum aureũ, Protonotarius.


45 ANGELVS de Anna Neapolitanus electus Laudenſis, Diac. Card. S. Lucię in ſeptĕſolijs.

46 MORINELLVS Brancacius, Diac. Card. ſanct. . . Protonotarius Neapolitanus.

47 IOANNES Carlonus Neapolitanus, Diac. Card. ſanct. . . . Protonotarius.

48 FRANCISCVS Caſtagnola Neapolitanus, Diaconus Cardinalis ſine Diaconia, quia mortuus eſt.

XLIIII.



XLV.




XLVI.



XLVII.



XLVIII.



SVMMA CARDINALIVM PP. VRBANI VI. AB EO CREATORVM.

Vrbanus PP. VI. quatuor ordinationibus, menſibus Ianuario, Septembri & Octobri factis, octo & quadraginta Cardinales creauit, Epiſc. uidelicet quatuor, presbyteros XXVII. & Diacones XVII.

MORS PP. VRBANI VI.

Anno Chriſti ∞ccccxxcix. Die III. Idus Octobris PP. Vrbanus VI. Romæ mortuus eſt, & in Baſilica S. Petri ſepultus, marmoreo ſepulchro, Quod Marinus Card. Bulcanus eius conſanguineus S. R. E. Camerarius conſtrui fecit. Vacauit ſedes Romana eo mortuo Dies XIX.

CARDINALES MORTVI SVB PP. VRBANO VI.

Anno Chriſti ∞ccccxxcI. Pontificatus Vrbani VI. Anno tertio Die . . Februarij Ioannes . . .

Digitized by Google

nes . . . Archiepiſcopus Pragenſis Boemus, presb. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum Pragæ in Boemia mortuus eſt, & in Eccleſia cathedrali Pragenſi ſepultus.

Anno Chriſti ꝏccccxxcv. Pontificatus PP. Vrbani VI. Anno VII. IIII. Nonas Ianuarij Ioannes . . . Archiepiſcopus Corſienſis, presb. Card. tituli S. Sabinæ Luceriæ Chriſtianorum à PP. Vrbano VI. captus eſt, omnibusque dignitatibus, & Cardinalatu priuatus, in cuſtodia manſit uſque ad ſequentem menſem Decembrem, in quo quùm eſſet Genuam adductus, iuſſu PP. Vrbani necatus eſt.

Eodem Anno Marinus de Amalphia Archiepiſcopus Tarentinus, presb. Card. tt. S. Pudentianæ legatus in Hungaria, & S. R. E. Camerarius, cum Cardinali Corſienſis captus, iuſſu Vrbani Genuæ in carcere necatus eſt, damnatus crimine læſæ maieſtatis, & in mare eius cadauer proiectum.

Eodem Anno, & Die Bartholomeus de Cothurno Genuenſis Archiepiſcopus Genuenſis, presb. Cardinalis tt. S. Laurentij in Damaſo, poſt tt. S. Marcelli, cum Tarentino Corſicſi captus, omnibusque Dignitatibus priuatus, eo die, & ea de cauſa Genuæ occiſus & in mare ſubmerſus.

Eodem Anno & Die Frater Ludouicus Donato Venetus olim miniſter Generalis, ordinis minorum, presb. Card. tt. S. Marci, iuſſu PP. Vrbani Genuæ cum alijs tribus Cardinalibus occiſus eſt.

Eodem Anno & Die Gentilis de Comitibus de Sangro Neapolitanus, Diaconus Card. S. Hadriani Apoſt. Sedis in Regno Siciliç legatus, Luceriæ cum alijs quatuor Cardinalibus captus eſt, & omnibus dignitatibus ob eandem cauſam priuatus, menſeque Decembri eius Anni Genuæ occiſus eſt, & in mare proiectus.

Eodem Anno Die . . Nouembris. Franciſcus Caſtagnola Neapolitanus PP. Vrbani conſanguineus, Diac. Card. Genuæ mortuus eſt, ante adeptionẽ Diaconiæ, ibiq; ſepultus.

Anno Chriſti ꝏccccxxcvi. Pontificatus PP. Vrbani VI. Anno Nono. Die . . . Frater Bonauẽtura Patauinus de Carraria, ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini olim Generalis Magiſter, presb. Cardinalis tt. S. Cçciliç Romç mortuus eſt, & in S. Triphonis æde ſepultus.

Anno Chriſti ꝏccccxxcix. Pontificatus PP. Vrbani VI. Anno duodecimo. Die X. Cal. Auguſtas, Guillelmus de Altauilla Capuanus Archiepiſcopus Salernitanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedia, poſt presb. Card. tt. S. Euſebij, poſt tt. S. Stephani in Cœlio monte, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Baſilica ſanct. . . .

Eodem Anno IIII. Calend. Auguſti Frater Nicolaus Caraciolus Neapolitanus, ordinis prædicatorum, presb. Card. tt. S. Cyriaci, Romæ mortuus eſt & in Baſilica S. Mariæ ſuper Mineruam ſepultus.

CARDINALES SVB PP. VRBANO VI. MORTVI QVORVM DIES ET ANNVS MORTIS IGNOTA SVNT.

Anno Chriſti ꝏccccLXX . . . Die . . . Guillelmus . . . Patriarcha Hieroſolymitanus Epiſc. Card. Oſtienſis Romæ mortuus eſt, & in Baſilica S. Petri ſepultus.

Anno Chriſti ꝏccccLXXVIII. . . Die . . . Frater Thomas de Firignano Mutinenſis, ordinis Minorum Generalis Miniſter Patriarcha Gradenſis, Epiſcopus Card. Tuſculanus Romæ mortuus eſt, & in Aede S. Mariæ de capitolio ſepultus.

Anno Chriſti ꝏccccxxc . . Die . . Demetrius . . . Hungarus Archiepiſcopus ſtrigonienſis, S. R. E. presb. Card. tt. SS. quatuor coronatorum Strigoniæ mortuus eſt, ibique in cathedrali ſepultus.

CARDINALES SVB VRBANO PP. VI. MORTVI QVORVM OBITVS DIES ET ANNVS IGNORANTVR.

Lucas de Gentilibus (nunc hęc familia uulgo dicitur del Cardinale, ob huius memoriam) Camerinenſis ex Marchia Anconitana, Epiſc. Lucerinus, presb. Card. tt. S. Xyſti, aliquando ſedis Apoſtolicæ in Vngaria legatus de latere, pro magnis negocijs Romanæ Eccleſiæ ad regem, Obijt Romæ.

Frater Philippus Geza Romanus de Regione Parionis, ordinis Fratrum prædicatorum Pœnitentiarius minor, in Baſilica S. Petri, Epiſc. Tiburtinus, presb. Card. tt. S. Suſannæ, ac maior pœnitentiarius Romæ mortuus eſt, & in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruã ſepultus.

Frater

Frater Philippus de Cazaris Neapolitanus, Epiſcopus Bononienſis, presb. Card. SS. Silueſtri & Martini in montibus tt. Equitij, ordinis Fratrum minorum. Bononiæ mortuus eſt, ſibique in Eccleſia cathedrali Bononienſi honorifice Tumulatus marmoreo ſepulchro.

Agapitus de Columna Romanus Domicellus Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Mariæ in Via lata, obijt Romæ v. Idus Octobris Anno ccccccxxc . . . ſepultus in Baſilica S. Mariæ maioris prope Aediculam præſepis Ieſu Chriſti.

Stephanus de Columna Romanus Domicellus, Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. ſanct. . . Romæ mortuus eſt, & in Baſilica S. Mariæ maioris iuxta præſepe ſepultus.

Ludouicus de Capua Neapolitanus Protonotarius Apoſtolicus, Diac Cardinalis S. Mariæ nouæ, obijt Romæ.

Stephanus Sanſeuerinus Neapolitanus Protonotarij Apoſtolicus, Diac. Card. ſanct. . . .

Galeottus de Petra Mala Tuſcus Italus, ab eo olim Cardinalatu priuatus, & poſt in gratiam ſororis ſuæ, quæ Franciſci Prægnani nepotis Vrbani vi. uxor erat, ab eodem Vrbano, reſtitutus, Diac. Card. S. Agathę, obijt Aſiſii, ſepultus apud Aluerniam in Eccleſia Fratrum minorum in Capella, quæ ab eo extructa, uſque in hodiernum diem dicitur, Capella del Cardinale.

Morinellus Brancacius Neapolitanus Abbas . . . Diac. Card. ſanct. . . .

Ioannes Carlonus Neapolitanus, Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. ſanct. . . .

OMNES SVNT NVMRO XXIII.

CARDINALES PRAETER SVPRASCRITOS AB VRBANO VI. CARDINALATV PRIVATI.

Philippus de Alenconio Gallus Patriarcha Aquilegienſis, Epiſc. Card. Oſtienſis, quem ante eius mortem ad præſtinam dignitatem reſtituit redditis omnibus quas ille abſtulerat facultatibus.

Pileus Praſta Frigiolanus concordientis Diœceſis Aquilegiēſis Archiepiſcopus Romanus, presb. Card. tt. S. Praxædis. Hic tamen poſt eius mortem, à PP. Bonifacio IX. eius ſucceſſore reſtitutus eſt, factusque eſt, Epiſc. Card. Tuſculanus & Collegij Cardinaliū Decanus.

Eleazarus, Epiſcopus Reatinus, presb. Card. tt. ſanct. . . De hoc quid acciderit adhuc incertum eſt, etenim poſt eius priuationem, de eo amplius memoria non extat.

Adam Anglus, Epiſcopus Londonienſis, presb. Card. tt. S. Cæciliæ. Hic Luceriæ Chriſtianorum cum alijs quinq; Cardinalibus, uidelicet Corſienſi Tarentino, Genuenſi, Veneto, & de Sangro captus, & ob eandem cauſam qua illi, Cardinalatu priuatus ab Vrbano VI. morteque adiudicatus, uerum in gratiam Ricardi Regis Angliæ, omnibus dignitatibus tamen exutus uiuus dimiſſus eſt, & poſt Vrbani VI. mortem à Bonifacio ex eius ſucceſſore ad Priſtinas dignitates reſtitutus, ſub quo etiam moriens in Baſilica S. Cæciliæ tituli ſui ſepultus eſt.

Galeottus de Petra Mala Tuſcus, Diac. Card S Agathæ ab Vrbano Cardinalatu priuatus Auinionem ad Clementem VII. cum filio Cardinale Rauennate fugit, uerum non longe poſt in gratiam ſororis ſuæ, quæ (ut dixi) Pontificis nepotis Franciſci Prægnani cognomento Bacilli uxor erat, ad priſtinas dignitatis reſtitutus paulo poſt mortuus eſt.

Ludouicus de Fliſco Genuēſis, Diaconus Card. S Hadriani ab eodem Vrbano VI. priuatus fuit, uerum non longe poſt Genuæ reſtitutus fuit ab eodem Vrbano PP. VI.

Quantum ex quibuſdam illorum temporum monumentis conijcere potuimus plerosque alios Cardinales priuauit Vrbanus, quorū tamen ad nos memoria non peruenit ibidem paulo ante mortem ſuam propoſuerat Cardinalatu priuare Petrum Tomacellum Neapolitanum presbyterum Cardinalem tt. S. Anaſtaſiæ qui poſt eius immediatus ſucceſſor fuit, & Franciſcum Carbonum Neapolitanum, Epiſcopum Monopolitanum ſummum pœnitentiarium presbyterum Cardinalem lepra Simoniæ ualde infeſtos feciſſetque niſi ſubita morte præuentus fuiſſet.

Vir fuit Vrbanus VI. Vitiorum omnium . . . inimicus, & Simoniæ quæ tunc maximi in curia Romana uigebat Maximus perſequutor, adeo ut eius ſumma ſeueritas pro maxima iniuſtitia interprætaretur. Nullus Pontifex fuit, qui magis Cardinaliū petulantes animos frenarit, & quem magis Cardinales ipſi, & omnes curiales timerēt. Dè eo multa & cognita pulchra uide in libro quem de ſchiſmate lōgiſſimo ſcripſit Theodericus a Neheſta Germanus qui ſuo tempore uixit eiuſq; a ſecretus fuit, & Referendarius.

BONIFACIVS

BONIFACIVS PP. IX. NVM. CCXXXIII. AN. CHR. ꝏCDIV.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. BONIFACIVS IX. PONT. MAX. NEAP. Petrus, aliâs Perinus Tomacellus Neapolitanus, Neapoli ex mediocre genere ortus, ex Acolutho & Prothonotario Apoſtolico, Diac. Card. S Georgij ad Velum aureum cum alijs quatuor ab Vrbano VI. in quarta eius promotione Anno Chriſti ꝏCCCXXCV. creatus, paulo poſt Lucæ ab eodem PP. presb. Card. tt. S. Anaſtaſię conſecratus eſt. Hic mortuo PP. Vrbano VI. decimo nono uacantis ſedis Apoſtolicæ Die XIII. patrum ſuffragijs in Conclaui exiſtentiũ quarto Nonas Octob. Pont. Max. renunciatus eſt. Hic PP. Bonifacius nonus. Sedit in Apoſtolica ſede Annos XIIII. Menſes XI. Diem nullum.

CARDINALES QVI BONIFACII PP. IX. CONCLAVI INTERFVERVNT.

HI OMNES CARDINALES VRBANO VI. CREATI SVNT.

CARDINALES EPISCOPI I.

FRANCISCVS Pregnanus Neapolitanus, Archiepiſcopus Piſanus Prænestinus, Epiſc. Card. S.R.E. Vicecancellarius.

CARDINALES PRESBYTERI VI.

PONCELLVS Vrſinus Domicellus Romanus, presb. Card. tt. S. Clementis S. Rom. Eccleſiæ Archipresbyter.

ANDREAS Bontempo Peruſinus Epiſc. Peruſinus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini Marchiæ legatus.

STEPHANVS Paloſius Romanus, Epiſc. Tudertinus, presb. Card. tt. S. Marcelli.

ANGELVS Acciaiolus Florentinus, presb. Card. tt. S. Laurentij & Damaſi.

FRANCISCVS Carbonus Neapolitanus, Epiſc. Monopolitanus, presb. Card. tt. S. Suſannæ maior pœnitentiarij.

PERINVS Tomacellus Neapolitanus, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiiæ.

CARDINALES DIACONI. VI.

THOMAS Vrſinus Domicellus Romanus de Manupello, Diac. Card. S. Mariæ in Dominica S.R.E. Archidiaconus.

LVDOVICVS de Fliſco Genuenſis electus Vercellenſis, Diac. Card. S. Hadriani.

MARINVS Bulcanus Neapolitanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ S.R.E. Camerarius.

FRANCISCVS

Digitized by Google

FRANCISCVS de Aliſia Neapolitanus,Diac.Card.S.Euſtachij iuxtà templum Agrippæ.
RAYNALDVS Brancaccius Neapolitanus,Diac.Card.SS.Viti & Modeſti martyrum.
ANGELVS de Anna Neapolitanus electus Laudenſis,Diac.Card.S.Luciæ in ſeptemſolijs.

CORONATIO PP. BONIFACII IX.

Anno Chriſti ∞ccccxxcix.Die III.Idus Nouembris PP. Bonifacius IX. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit per Thomam Vrſinum de Manupello S.R.E.Archidiaconum.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES.

PHILIPPVS de Alenconio Gallus Patriarcha Aquilegieñ.Epiſc.Card.Oſtienſis Decanus.
VALENTINVS Hungarus,Epiſc.quinque Eccleſieñ.presb.Card.tt.S.Sabinæ.
PETRVS Hiſpanus . . Epiſc.Palentinus,presb.Card tt.S. . . . in Hiſpania.
PILEVS Praſta Frigiolanus Concordieñ. Archiepiſc. Rauennas,presb.Card.tt.S.Praxedis.
ELEAZARVS . . Epiſcopus Reatinus,presb.Card.tt.ſanct. . . . .
ADAM Anglicus,Epiſcopus Londonienſis,presb.Card.tt.S.Cæciliæ.

Hi tres poſteriores Cardinales abſuerunt,quia erant ab Vrbano PP.VI. Cardinalatu priuati.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti ∞ccccxxcix.Pontificatus PP.Bonifacij IX. Anno primo XV. Calẽd. Ianuarij Romæ Bonifacius PP.IX.fecit primam Cardinalium ordinationem, in qua duos ueteres Cardinales ab Vrbano VI.priuatus reſtituit, uidelicet Adam Anglum, & Pileum Rauennatem & ſeptem de nouo creauit,uidelicet ſex presbyteros,& Diaconum unũ.

PILEVS Praſta Frigiolanus Concordieñ. Diœceſis Aquilegieñ. Archiepiſcopus Rauennas Tuſculanus,Epiſcopus.

ADAM Anglicus,Epiſcopus Londonienſis,presb.Card.tt.S.Cæciliæ.

CARDINALES NOVITER CREATI.

1 HENRICVS Minutolus Neapolitanus,Archiepiſcopus Neapolitanus,presb.Card.tt.S. Anaſtaſiæ.

2 FRATER Bartholomeus de Vliarijs Patauinus, ordinis Fratrum Minorum,Epiſcopus Florentinus,presb.Card.S.Pudentianæ tt.Paſtoris.

3 COSMATVS de Meliorattis Sulmonenſis,Epiſc.Bononienſis,presb.Card.tt S.Crucis in Hieruſalem.


4 ANGELVS Summa Ripa Laudenſis,ordinis Camaldulẽñ. Epiſc. Laudeñ. presb. Card. tt.ſanct. . . .

5 CHRISTOPHORVS de Maronibus Romanus, Epiſcopus Eſermienſis, presb.Card.tt. S.Cyriaci in Thermis.

6 BARTHOLOMEVS Mezzauacca Bononienſis, Epiſcopus Reatinus, presb.Card.tt.S. Martini in montibus.

7 LANDVLPHVS Marramaurus Neapolitanus electus Archiepiſcopus Barenſis,Diaconus Card.S.Nicolai in carcere Tulliano.

III. IIII. V.




SECVNDA

VI.



VII.



SECVNDA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti ∞ccccii. Pōtificatus pp. Bonifacij ix. Anno xiii. Die vi. Calen. Februarij, pp. Bonifacius ix. fecit ſecundam duorum Cardinalium ordinationem, qua alterū presbyterum, & alterum Diaconem creauit, hi fuerunt.

8 Antonivs Caietanus Romanus Patriarcha Aquilegienſis, presb. Card. tt. S. Cæciliæ.

9 Baltassar Coſſa Neapolitanus Cubicularius & Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Euſtachij.

VIII.



IX.




EPISCOPI CARDINALES A BONIFACIO PP. IX. CREATI.

10 Angelvs de Acciaiolis Florentinus tt. S. Laurentij in Damaſo, presb. Card. Epiſcopus Oſtien. Decanus, & Vicecancellarius.

11 Franciscvs Carbonus Neapolitanus Monopolitanus Epiſcopus, presb. Card. tt. S. Suſannæ Sabinus maior pœnitentiarius.

Henricvs Minutolus Neap. Archiepiſc. Neap. presb. Card. tt. S. Anaſtaſię Tuſculanus.

X.



XI.



EPILOGVS

Digitized by Google

Epilogvs Cardinalivm Bonifacii pp. IX.

PP. Bonifacius IX. toto tempore ſui Pontificatus, non niſi duas Cardinalium ordinationes Menſe Decembri fecit, quibus duos ueteres reſtituit & nouem creauit. Omnino igitur fecit Epiſcopos tres, presb. nouem, & Diacones duos, quod dictu audituque mirabile eſt, ut in XV. annorum interuallo quibus Pont. fuit, non niſi nouem Cardinales creauit.

Cardinales mortvi svb Pontificatv pp. Bonifacii IX.

Anno Chriſti ↀCCCCXC. Pontificatus PP. Bonifacij IX. Anno primo Die VI. Idus Iulij Thomas Vrſinus Domicellus Romanus de Manupello, Apoſtolicus Protonotarius Diaconus Card. S. Mariæ in Dominica, olim patrimonij, & Tuſciæ legatus obijt Romæ, ſepultus in Baſilica S. Petri.

Eodem Anno Die XVII. Calend. Auguſti Andreas Bōtempo Peruſinus, Epiſcopus Peruſinus, presb. Card. tt. SS Petri & Marcellini Marchiæ Anconitanæ legatus. Obijt Recaneti in Piceno, ibidem in Eccleſia cathedrali ſepultus.

Eodem Anno V. Calendas Octobris Franciſcus de Aliſia Neapolitanus, Diaconus Card. S. Euſtachij iuxtà templum Agrippæ mortuus eſt . . ſepultus in Baſilica ſanct. . . .

Anno Chriſti ↀCCCCXCIIII. Pontificatus PP. Bonifacij noni Anno V. Die III. Calend. Mar. Stephanus Palo ſius Romanus, Epiſc. Tudertinus, presb. Card. tt. S. Marcelli S. R. E. Camerarius ſub Bonifacio PP. IX. obijt Romæ ſepultus in Baſilica S. Mariæ maioris.

Anno Chriſti ↀCCCCXCIIII. Pōtificatus PP. Bonifacij noni Anno quinto Die VIII. Idus Februarij, Franciſcus Prægnanus Neapolitanus, Archiepiſcopus Piſanus, Epiſc. Card. Prænestinus, & S. R. E. Vicecancellarius Romæ mortuus eſt Die ueneris, ſepultus in Baſilica ſanct. . . . .

Eodem Anno die VI. Idus Auguſti Martinus Bulcanus Neapolitanus Vrbani VI. conſanguineus, Subdiaconus & Protonotarius Apoſtolicus, Diaconus Card. S. Mariæ nouæ, & S. R. E. Camerarius, obijt Romæ, ſepultus in Diaconia ſua, ſepulchro marmoreo quod adhuc uiſitur.

Anno Chriſti ↀCCCCXCV. Pontificatus PP. Bonifacij IX. Anno ſexto Die IIII. nonas Februarij Poncellus Vrſinus Domicellus Romanus, Epiſcopus Auerſanus, presb. Card. tt. S. Clementis, mortuus eſt Romæ, ſepultusque in Baſilica ſanct. . . .

Anno Chriſti ↀCCCCXCVI. Pontificatus PP. Bonifacij IX. Anno ſeptimo Die XVI. Calen. Maij Frater Bartholomeus de Vliarijs Patauinus, Epiſcopus Florentinus, ordinis Fratrum minorum, presb. Card. tt. S. Pudentianæ legatus Apoſtolicæ ſedis ſub Bonifacio IX in Regno Neapolitano, pro reductione Regni ad obedientiam Regis Ladiſlai obiit Caietæ in legatione, ibique in Eccleſia Fratrū minorū ſepultus marmoreo quod adhuc uiſitur ſepulchro.

Eodem Anno Die III. Calend. Auguſtas. Bartholomeus Mezzauacca Bononien̄. Epiſcopus Reatinus, presb. Card. SS. Martini & Silueſtri in montibus, tt. Equirij, legatus in patrimonio S. Petri ſub Bonifacio IX. obijt Romæ ſepultus in Baſilica S. Mariæ Maioris.

Anno Chriſti ↀCCCCXCVII. Pontificatus PP. Bonifacij IX. Anno octauo Die XVIII. Calend. Septembris, Philippus de Alenconio Gallus, Epiſcopus Card. Sabinus poſt Oſtienſis, & Decanus Patriarcha Aquilegien̄. legatus Patrimonij Beati Petri, Vmbriæ, & Tuſciæ. Obijt Romæ ſepultus in Baſilica S. Mariæ trans Tyberim ſepulchro marmoreo.

Eodem Anno XIII. Calend. Octobris Adam . . Anglus, Epiſcopus Londinen̄. presb. Card. tt. S. Cæciliæ Romę mortuus eſt, & in tt. ſuo, ſepulchro marmoreo quod adhuc extat ſepultus.

Anno Chriſti ↀCCD. Pontificatus PP. Bonifacii IX. Anno XII. Die . . Decembr. Pileus Praſta Frigiolanus Concordien̄. Diœce. Aquilegien̄. Archiepiſcopus Rauen̄nas, presb. Card. tt. S Praxedis, poſt Epiſcopus Tuſculanus, Legatus Peruſii, Vmbriæ, Marchiæ & Romandiolæ, ſub Vrb. VI. & Bon. IX. mortuus eſt.

Anno Chriſti ↀCCD. Pontificatus Anno XII. . . Bonifacii PP. IX. Die . . Ludouicus de Fliſco Genuen̄. electus Vercellen̄. Diac. Card. S. Hadriani mortuus eſt, Genuamque ſepeliendus tranſlatus.

Anno Chriſti ↀCCD. . . Pontificatus Anno XII. . . Bonifacii PP. IX. Die . . Angelus de Anna Neapolitanus electus Lauden̄. Diac. Card. S. Luciæ ad ſepta ſolis mortuus eſt ſepultus.

Obitvs

Digitized by Google

OBITVS PP. BONIFACII IX. TOMACELLI.

Anno Chriſti ∞CDIIII. Die . . Calend. Octobr. PP. Bonifacius IX. Romæ in Palatio Apoſtolico, iuxtà ſanctum Petrum mortuus eſt, & in Baſilica principis Apoſtolorum marmoreo ſepulchro conditus, poſt cuius mortem ſedes Apoſtolica uacauit Dies decem, & nouem.


EXEQVIAE PP. BONIFACII IX.

Eodem Anno Die tertia, poſt obitum PP. Bonifacii IX. uidelicet V. Nonas Octobris Romæ in Baſilica S. Petri eius Nouendialia ſiue exequiæ more maiorum a Cardinalibus celebrari ſunt cœpta.

INTROITVS CONCLAVIS QVO INNOCENTIVS VII. EST CREATVS.

Eodem Anno Die IIII. Idus Octobr. Miſſa de ſpiritu ſancto per Dominum Angelum Oſtienſem, cantata, finitis Bonifacii IX. exæquiis Cardinales numero IIX. (quod nunquàm antea uſu uenit) Conclaue paratum in Apoſtolico Palatio iuxtà ſanctum Petrum pro electione noui Romani Pontificis ingreſsi ſunt, qui die XII. Calend. Nouembris nemine diſcrepante elegerunt in Papam Coſmatum Sulmoneñ. presbyterum Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem, Epiſcopum Bononienſem qui Innocentius VII. appellatus eſt.

INNOCENTIVS PP. VII. NV. CCXXXIIII. AN. CHR. ∞CCCCIIII.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. INNOCENTIVS VII. PONT. MAX. SVLMONENSIS Coſmatus de Melioratis Sulmonenſis Valnenſis Diœceſis ex prouincia Aprutio, ex utriſque parentibus honeſti & mediocris ſtatus ortus eſt, iuris utriusq; Doctor fuit olim ſub Vrbano VI. Clericus Cameræ Apoſtolicæ, & eiuſdem Cameræ fructuum in Anglia Collector, poſt ab eodem Vrbano priuato Pileo Card. Rauennate Archiepiſcopus Rauennas primo, mox Bononienſis Epiſc. cum cõmenda Rauennatis Eccleſiæ factus fuit. Quẽ idem Papatũ non longe poſt, ſuum Theſaurarium & Vicecamerarium fecit. Demum a Bonifacio PP. IX. In principio ſui Põtificatus cum aliis octo, presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem creatus eſt. Hic mortuo Bonifacio PP. IX. decimonono uacantis ſedis die, ſeptem Cardinalium ſuffragijs tunc in Conclaui exiſtentium (quod nunquàm antea acciderat) XII. Calend. Nouembr. Pont Max. factus eſt. Sedit autẽ hic Pontifex in Apoſtolica ſede Annos duos & Dies XVII.

Digitized by Google

Cardinales qvi conclavi Innocentii VII. interfvervnt.

Cardinales Episcopi II.

Vrbanvs PP. VI.

Angelvs de Acciaiolis Florentinus, Epiſc Card. Oſtieñ. Decanus S R.E. Vicecācellarius.

Franciscvs Carbonus Neapolitanus Monopolitanus, Epiſc. Card. Sabinus maior pœnitentiarius.

Cardinales Presbyteri IV.

Bonifacivs PP. IX.

Cosmatvs de Melioratis Sulmoneñ. presb. Card. tt. S Crucis in Hieruſalem Bononieñ.

Angelvs Summa Ripa Laudeñ. ordinis Camalduleñ presb. Card. tt. S. Pudentianæ.

Christophorvs de Maioribus Ro. Eſermeñ Epiſ presb Card. tt S Cyriaci in Thermis.

Antonivs Caietanus Romanus Patriarcha Aquilegieñ. presb. Card. tt. S Cæciliæ.

Cardinales Diaconi II.

Vrbanvs PP. VI.

Rainaldvs de Branciis Neapolit. Diac. Card. SS. Viti & Modeſti S. R E. Archidiac.

Bonifacivs. PP. IX.

Landvlphvs Maramauius Neapolitanus, Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano Barenſis.

Cardinales Absentes IIII.

Vrbanvs PP. VI.

Valentinvs Hungarus, Epiſc. quinque Eccleſieñ presb. Card. tt. S. Sabinæ in Hungaria.

Petrvs . . . Hiſpanus, Epiſc. Palentinus, presb Card. tt. ſanct. . . . in Hiſpania.

Bonifacivs IX.

Henricvs Minutolus Neapolitanus, Archiepiſcopus Epiſcopus Card. Tuſculanenſis.

Baltassar Coſſa Neapolitanus, Diac. Card. S. Euſtachii, legatus Bononiæ.

Omnes igitvr svnt nvmero XII.

Coronatio PP. Innocentii VII.

Anno Chriſti MCCCCIIII. Die III Nonas Nouembris PP. Innocentius VII. ſuę coronationis inſignia ſuſcepit, in gradibus Baſilicæ principis Apoſtolorum, omni aſtante Clero & populo, per Rainaldum Brancaccium Neapolitanum S. R. E. Archidiaconum.

Prima Cardinalivm ordinatio.

Anno Chriſti MCCCCV. Pontificatus PP. Innocentii VII. Anno primo, Die pridie Idus Iunias, Idem PP. Innocentius fecit primam ordinationem XI. Cardinalium, octo Presbyterorū, & trium Diaconorum, qui ſunt.

1 Angelvs Corarius Venetus, Epiſc. Chalcidenſis, & Patriarcha Conſtantinopolitanus, presb. Card. tt. S. Marci.

2 Franciscvs Huguccionus Brandamonte Vrbinas, Archiepiſcopus Burdegalenſis, presb. Card. tt. SS. IIII. coronatorum.

3 Iordanvs Vrſinus Domicellus Romanus, Archiepiſc. Neapolitanus, presb. Card. tt. S. Martini in montibus.

4 Ioannes de Melioratis Sulmoneñ. nepos Innocentii PP. Archiepiſc. Rauennas, presb. Card tt. S. Crucis in Hieruſalem.

5 Frater Petrus Philargi Cretenſis, ordinis Minorum Archiepiſc. Mediolaneñ. presb. Card. Baſilicæ Apoſtolorum.

6 Conradvs Caraciolus Neapolitanus, Epiſc. Melitenſis, presb. Card. tt S Chriſogoni.

7 Antonivs Achionius Rom. Epiſc. Aſculanus, presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula.

8 Antonivs Caluus Romanus, Epiſc. Tudertinus presb Card. in tt. S Praxedis.


9 Oddo Colūna Domicellus Rom. protonotar. & Referendarius Apoſtol. Diac. Cardinalis

nalis S. Georgij ad Velum aureum poſtea PP. Martinus V. in Concilio Conſtantiēſi creatus.

10 PETRVS Stephaneſcus de Annibaldis Romanus, protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S Angeli.

11 IOANNES Egidij Leodienſis Germanus præpoſitus Eccleſiæ Leodienſis ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum auditor, Diaconus Card. SS. Coſmæ & Damiani abſens creatus.

III.




IIII.



V.




VI.




VII.




VIII.




IX.



X.



XI.



CARDINALES EPISCOPI AB INNOCENTII PP. VII. FACTI.

ANTONIVS Caietanus Romanus Bonifacii PP. VIII. Gentilis Patriarcha Aquilegienſis, presbyter Cardinalis in titulo ſanctæ Cæciliæ factus, Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.

Digitized by Google

Epilogvs Cardinalivm Innocentii pp. viii.

PP. Innocentius vii. unâ Cardinalium ordinatione Menſe Iunio facta, creauit Epiſcopũ unum, Presbyteros octo, & Diacones Cardinales tres.

Obitvs Innocentii vii. pontificis maximi.

Anno Chriſti ꝏcDvi. Die viii. Idus Nouembris pp. Innocentius vii. Romæ in Palatio Apoſtolico, iuxtà ſanctum Petrum mortuus eſt, & in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultus, eo autem uita functo. Vacauit ſacroſancta & Apoſtolica ſedes Dies tres & uiginti.

Anno Chriſti ꝏcDvi. v. Idus Nouembris, quarto uidelicet Die ab obitu pp. Innocentij vii. Romæ in Baſilica principis Apoſtolorum, eius Nouendialia ſiue exequiæ celebrari a Cardinalibus ſunt cœptæ.

Introitvs conclavis qvo Gregorivs pp. xii. factvs est.

Anno Chriſti ꝏcDvi. Quùm ſchiſma peſsimum in longum protraheretur, ſuperioresq; utriusq; obedientiȩ Pontifices, imperandi dulcedine illecti, omnino ad unionẽ in Eccleſia Dei facienda, ſchiſmaque peſsimum tollendum ſegnes ſe demonſtraſſent, Cardinales Itali mortuo Innocentio vii. Pontifice Maximo hoc Conſilium habuerunt, ut ſucceſſorem Innocentio vii. mortuo crearent. Quo facilius & unio ipſa perfici poſſet, capite uno exiſtente qui eam curaret, & ne Eccleſia Romana, quæ paulo ante ſub Bonifacio ix. temporale Vrbis Dominium acquiſierat, amitteret, quod nullo Papa in Vrbe exiſtente facile fieri poſſe arbitrabantur. Hac tamen cum cõditione Conclaue ingreſsi ſunt, ut unuſquisq; eorum iuraret, & uoueret, ſi in Papam eligi cõtigiſſet, quod nec Cardinales crearet inconſultis patribus, & toto animo uiribusque incumberet per uiam ſimplicis ceſsionis Papatus infra xv. Menſiũ ſpacium realiter ad faciendam unionem in Eccleſia Dei & tollendum ſchiſma, dummodo & Benedictus xiii. eadem illa faceret, quæ quando a Cardinalibus ſuæ obedientiæ Papa factus eſt, ſe facturum iurauit, ac uouit ſi pp. Italicæ obedientiæ idem quoque faceret. His igitur iuramentis factis ac uotis exequiisque Innocentij vii. iam finitis, xiiii. Calend. Decemb. Miſſa de ſpiritu ſancto per Dominum Oſtienſem Cardinalem, cantata, Cardinales numero xiii. Conclaue paratum in Apoſtolico Palatio iuxtà ſanctum Petrum ingreſsi ſunt, qui die pridie Calend. Nouembris nemine diſcrepante elegerunt in Papam Angelum Corarium Venetum Patriarcham Conſtantinopolitanum, presbyterum Cardinalem tt. S. Marci ottuogenario maiorem, qui GG. pp. xii. ſibi nomen aſſumpſit.

Cardinales mortvi svb pp. Innocentii vii. pontificatv.

Anno Chriſti ꝏcDiiii. Pontificatus Papæ Innocentij vii. Anno primo Die pridie Nonas Decembres Chriſtophorus de Maioribus Romanus, Epiſcopus Eſernienſis, presbyter Cardinalis tituli ſancti Cyriaci in Thermis Archipresbyter S. Petri. Obijt Romæ, ſepultus in Baſilica S. Petri.

Eodem Anno Die xiiii. Calend. Iulij Franciſcus Carbonus Neapolitanus Epiſc. Monopolitanus, presb. Card. tt. S. Suſannæ, poſt tt. S. Euſebij, poſt Epiſcopus Card. Sabinus maior pœnitentiarius, & Archiſimoniacus legatus ſub Bonifacio ix. Tuſciæ, Romandiolæ, Sabinȩ Spoleti, Vmbriæ, & ad partes Venetiarum. Obijt Romæ, ſepultus in Baſilica ſanct. . . .

Eodem Anno Die xii. Calend. Auguſti Antonius Archionius Romanus, Epiſcopus Aquinas poſt Aſculanus, presbyter Cardinalis tituli S. Petri ad Vincula, obijt Romæ ſepultus in Baſilica S. Mariæ matris Domini quæ nunc maior dicitur, antiquitus Baſilica liberij appellabatur.

Gregorivs.

Digitized by Google

GREGORIVS PP. XII. NVMERO CCXXXV.


ANNO CHRISTI ∞CDVI.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. GREGORIVS XII. PONT. MAX. VENETVS Angelus Corarius Venetus familia Patritia Diœceſis Caſtellanæ, uir religioſæ uitæ exiſtimatus. Magiſter in Theologia, Epiſcopus Caſtellanus Patriarchatus Venetiarum a Bonifacio PP. IX. factus, mox ab eodem Patriarcha Conſtantinopolitanus titulotenus, cum cōmenda Calcidenſis Eccleſiæ (quæ uulgo Negroponte appellatur) creatus. Sub Innocētio VII. eius referendarius, aſsiſtens, & ſocius in Palatio fuit. A quo quùm Marchiæ Anconitanæ rector primo deſignatus fuiſſet, mox in prima Cardinalium creatione, una cum decem aliis presbyter Cardinalis tt. S. Marci ordinatus eſt, & Marchiæ Anconitanæ de Rectore Legatus inſtitutus. Hic mortuo Innocentio VII. a XIIII. Cardinalibus in Conclaui apud Sanctum Petrū exiſtentibus XXIII. uacantis ſedis Apoſtolicæ die, uidelicet pridie Calend. Decembris Pont. Max. maximo cum omnium deſiderio & expectatione renunciatus eſt, credētium eum ubi primum coronatus eſſet impenſiſsime operam daturum iuxtà uota & promiſſa in Conclaui facta, ut unio & concordia in Eccleſia Romana fieret, quæ iam XXX. Annis ſchiſmate perniotioſiſsimo laborabat, ipſe uero iam Pontifex renunciatus, denuo omnia ſe facturum, iurauit, ac Deo ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, omnibusque Cardinalibus, qui eum elegerant promiſit, iure iurando uouit ſe omnino ea omnia facturum, quę ante creationem cum cæteris Cardinalibus iurauerat ac uouerat, uidelicet ſe nouos Cardinales ſine cōſenſu totius collegij non creaturum, & quod per uiam ceſsionis Papatus ſui infra quindecim menſium ſpacium Eccleſiam Romanam ſublato ſchiſmate uniret, dummodo Benedictus XIII. idem facere uellet. Sedit autem Annos duos, Menſes ſex, & Dies ſex, uſque ad Concilium Piſanum, in quo quùm quæ ſpoponderat, & iurauerat ſeruare noluiſſet, ex Concilij ſententia ei Pontificatus abrogatus eſt, cuius nihilominus inſignia retinuit, uſque ad Concilij uniuerſalis Conſtatienſis tempora, in quo ſponte Papatui ſuo ceſsit, quùm ſediſſet uſque ad eam diem Annos octo, Menſes ſeptem, & Dies quinque.

CARDINALES XIV. QVI CONCLAVI QVO GREGORIVS XII. PP. FACTVS EST INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI III.

VRBANVS PP. VI.

ANGELVS Acciaiolus Florentinus, Epiſc. Card. Oſtieñ Decanus S.R.E. Vicecancellarius.

BONIFACIVS PP. IX.

HENRICVS Minutolus Neapolitanus, Epiſcopus Card. Tuſculanenſis.
ANTONIVS Caietanus Domicellus Romanus Patriarcha Aquilegieñ. Epiſcopus Cardinalis Prænestinus.

CARDINALES PRESBYTERI VI.

BONIFACIVS PP. IX.

ANGELVS Summa Ripa Laudenſis, presb. Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

INNOCENTIVS PP. VII.

CONRADVS Caracciolus Neapolitanus, Epiſc. Melitenſis, presb Card. tt. S. Chryſogoni.
ANGELVS Corarius Venetus Patriarcha Conſtantinopolitanus, presb. Card. tt. S. Marci.
IORDANVS Vrſinus Domicellus Romanus, presb. Card. tt. S. Martini in montibus, maior pœnitentiarius.
IOANNES de Amelioratis Sulmonenſis, Archiepiſcopus Rauennas, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
ANTONIVS Caluus Romanus, Epiſcopus Tudertinus, presb. Card. tt. S. Praxedis.

CARDINALES DIACONI V.

VRBANVS PP. VI.

RAYNALDVS Brancaccius Neapolitanus, Diac. Card. S. Viti in Macello S. R. E. Archidiac.

BONIFACIVS IX.

LANDVLPHVS Marramaurus Neapolitanus, Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano Barenſis electus.

INNOCENTIVS PP. VII.

ODDO Columna Domicellus Romanus, Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.
PETRVS Stephaneſcus Romanus, Diac. Card S. Angeli in foro Piſcium.
IOANNES Egidii Leodienſis Germanus, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.

VRBANVS PP. VI.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES.

VALENTINVS Hungarus, Epiſc. quinque Eccleſieñ. presb. Card. tt. S. Sabinæ S. R. E. Archipresbyter.
PETRVS . . Hiſpanus Epiſc. Palentinus, presb. Card. tt. S. . . . in partibus.

BONIFACIVS. PP. IX.

BALTASSAR Coſſa Neapolitanus, Diac. Card. S. Euſtachii & Bononiæ de latere legatus.

INNOCENTIVS PP. VII.

FRANCISCVS Huguccionus Vrbinas Archiepiſcopus Burdegalenſis, presb. Card. Card. tt. SS. IIII. coronatorum.
FRATER Petrus Philargi Cretenſis, ordinis Minorum, Archiepiſcopus Mediolaneñ. presb. Card. Baſilicæ Apoſtolorum.

OMNES

Digitized by Google

OMNES CARDINALES HOC TEMPORE VIVI IN HAC OBEDIENTIA SVNT XIX.

CORONATIO PP. GREGORII XII.

Anno Chriſti ↀccDvi. Die Nonarum Decembrium, pp. Gregorius xii. ſuæ coronationis inſignia ante Baſilicam S. Petri ſuſcepit, per Rainaldum Brancaccium Neapolitanum S.R.E. Archidiaconum.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti ↀccccviii. Pontificatus pp. Gregorii xii. Anno ſecundo Die . . Iulii pp. Gregorius xii. quatuor creauit Cardinales, tres uidelicet presbyteros, & unum Diaconum, inter quos erant duo nepotes ſui. Qui tamen nunquam pro Cardinalibus ſunt habiti, donec in Concilio Conſtantienſi ipſe Gregorius Pontificatum libere depoſuiſſet, tunc enim pro bono pacis tam ipſe quàm illi ex totius Synodi ſententia in Cardinalium nnmerum ſunt recepti, locaque cum aliis aſsignata in collegio, ſunt autem hi.


1 FRATER Iohnnes Dominici ignobilis, e plebe Florentina, ordinis prædicatorum quos de obſeruantia uocant Magiſter in Theologia immēſæ uir hipocriſiæ Archiepiſcopus Raguſinus, presb. Card. in tt. S. Xyſti.

2 ANTONIVS Corarius Venetus Gregorii xii. fratris Filius eius Camerarius, Bononieñ. Epiſcopus & Patriarcha Conſtantinopolitanus, ordinis Cęleſtini habitus S Georgii in Alga Venetiis, uulgo Canonici ſęculares appellati, presb. Card. tt. S. Chriſogoni.

3 GABIVS Condelmerius Venetus Gregorii xii. ſororis filius eiusdem Cęleſtini, ordinis S. Georgii in Alga de Venetiis, Epiſcopus Senenſis ac eius Theſaurarius, presb. Card. in tt. S. Clementis.

4 IACOBINVS . . Vtinenſis Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

IIII.



V.



CONCILIVM PISANVM ET GREGORII XII. BENEDICTIQ. XIII. ROMANOR. PONT. INVICEM DE PAPATV CONCERTANTIVM ABROGATIO PER CONCILIVM FACTA.

Anno Chriſtianæ ſalutis ↀccccviiii. Pontificatus pp. Gregorii xii. Anno tertio, & Benedicti xiii. Anno xv. in ſua obedientia, Romanos Pontifices ſe uocantium, Cardinales obedientiæ Gregorii, uidentes negocium unionis per uiam Gregorii pp. xii. paulatim deſperatum iri, & non ſolum, utrunque Pontificem concordiam detrectare, contra iuramenta, & fidem datam in eorum electionibus, uerum etiam Gregorium ipſum contra eandem fidē ipſaque met iuramenta nouos Cardinales, ſine ulla neceſsitate ipſisque inuitis creaſſe, hanc nacti occaſionem quod contra iuſiurandum, ipſis repugnantibus Cardinales feciſſet, ab eo qui Lucæ commorabatur omnes diſceſſerunt, Piſas accedentes, quod quūm maior pars eorū qui Petrum de Luna Benedictum xiii. appellatum ſequebantur, uidiſſent & probaſſent ſuum & ipſi præſulem deſerentes, (ut in alia pagina ſcripſimus) cæteris Cardinalibus Grego-

rianis

rianis qui Piſis conuenerant ſe coniunxerunt, ibique Concilio Piſano indicto, eoque cum maxima prælatorum frequentia inchoato, utrunque Papam damnantes, eis tanquam periuris hæreticis, colluſoribus & ſchiſmaticis, ſchiſmatiſque fautoribus publico omnium Decreto Nonis Iunij Anno MCCCCIX. Pontificatum abrogarunt, quùm uſque ad eam diem ſediſſet ipſe Gregorius Annos duos, Menſes ſex, & Dies ſex, a die eius aſſumptionis ad Pontificatũ. Vtriſque igitur Pontificibus priuatis Cardinales Piſis Conclaue intrantes, in utriuſque locũ, tertium ſuffecerunt, is fuit Frater Petrus Philargi Cretenſis, ordinis Fratrum minorum Magiſter in Theologia Archiepiſcopus Mediolanenſis, & presb. Card. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum, qui Alexander PP. V. appellatus eſt.

QVID EGERIT GREGORIVS XII. PP. A CONCILIO PISANO PRIVATVS.

Gregorius autem audita eius in Concilio Piſano depoſitionis ſententia, nouique Pontificis Alexandri V. aſſumptione, ſicut & Benedictus XIII. nihili fecit ſententiam Concilij, aſſerens ſe eſſe uerum Papam, & neminem ſe excepto habere poteſtatem indicendi Conciliũ generale, Papatus inſignia nihilominus retinuit, uſque ad Concilium Conſtantienſe, timens tamen ac metuens ne contra ſe procederetur iuxtà Concilij Piſani ſententiam, locis munitiſſimis & ſecuris apud amicos ſuos ſe continebat, modo in Regno Neapolitano apud Regem Ladislaum, modo, apud forum Iulij, modo apud Malateſtas Arimini Domicellos. Sicque uixit Annis continuis ſex, uſque ad Concilium uniuerſale Conſtantienſe, in quo quùm ſponte Pontificatu abdicaſſet, Cardinalis & Marchiæ perpetuus legatus relictus eſt.

SECVNDA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti MCCCCVIII. Pontificatus PP. Gregorij XII. Anno ſecundo quùm omnes Cardinales Gregoriani periurijs eius offenſi ipſum deſeruiſſent, Piſaſque ad Concilium Generale pro extirpatione ſchiſmatis ad Concilium celebrandum conueniſſent, conſiderans Gregorius ſe non niſi quatuor Cardinales habere, quo tutius Papatum ſuum redderet atque ſtabiliret, tertium periurium faciens. Senis in Tuſcia, die XIII. Calend. Octobris alteram nouem Cardinalium ordinationem fecit, octo Presbyterorum & unius Diaconi, qui nec ipſi pro Cardinalibus habiti ſunt, antequam Gregorius XII. in Concilio Conſtantienſi ſponte Papatum deponeret, tunc enim pro bono pacis ex totius Synodi ſententia in Cardinalium numerum ſunt recepti, ſunt autem, hi.

5 LVDOVICVS . . . Decretorum Doctor Archiepiſcopus Tarentinus, presb. Card. tt. S. Mariæ trans Tyberim, abſens creatus, nuncius enim erat ad Ladislaum Regem Neapolitanum pro PP. Gregorio XII.

6 ANGELVS . . . Decretorum Doctor, Epiſc. Recanatenſis, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

7 ANGELVS Barbadicus Venetus, Epiſc. Veronenſis Decretorum Doctor tt. SS. Petri & Marcellini, presb. Card.

8 BANDELLVS de Bandellis Lucenſis Tuſcus, iuris utriuſque Doctor, Epiſc. Ariminen̄. presb. Card. tt. S. Balbinæ.

9 PHILIPPVS . . . Anglus Magiſter in Theologia, Epiſcopus Linconienſis, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.

10 MATTHEVS . . Germanus, Epiſcop. VVormacienſis Magiſter in Theologia orator Imp. Ruberti, presb. Card. S. Cyriaci in Thermis.

11 LVCAS de Domo omnium ſanctorum Florentinus Magiſter Theologia, prior Generalis, ordinis Fratrum Humiliatorum, Epiſc. Feſulanus, presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina.

12 VICENTINVS de Arragonia Hiſpanus, prior montis Ferrati Decretorum Doctor, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

13 PETRVS Maurocenus Venetus Artium Doctor, Protonotarius Apoſtolicus, Diaconus Card. S. Mariæ in Dominica.


Animaduertendum autem eos tantum Gregorij Cardinales in Concilio Conſtantienſi eſſe receptos pro Cardinalibus, qui eo tempore uiui erant, & non omnes, nam multi ex Cardinalibus ſupradictis a Gregorio creatis ante Concilium Conſtantienſe mortui ſunt. De quibus paulo poſt.

ABDICATIO

V.




VI.




VII.




VIII.




IX.




X.




XI.



XII.



XIII.



ABDICATIO SPONTANEA GREGORII PP. XII.

Anno Chriſtianę ſalutis ∞ccccxv. Gregorius PP. XII. in ſua obedientia nominatus per procuratorem ſuum Carolum Malateſtam Domicellum Arimini ac pro Romana Eccleſia in Romandiola Vicarium Generalem, pro bono pacis, unione in Eccleſia Epiſcopi facienda, & ſchiſmate longiſsimo tollendo IIII. Nonas Iulij abſens Pontificatu ſuo abdicauit in ſacroſancto Concilio Conſtantienſi, quùm & Baltaſſar Coſſa Ioannes XXIII. in ſua obedientia nominatus, pro eadem cauſa paulo ante Pontificatum ſuum depoſuiſſet. Quapropter ex ſacroſancti & uniuerſalis Concilij decreto, ipſe creatus eſt, ſeu remanſit Cardinalis Epiſcopus & Decanus Collegij Cardinalium perpetuusque Marchiæ Anconitanæ de latere legatus, Cardinalesq; omnes ab ipſo in duobus promotionibus creati, qui ad eam diem uiui Remanſerant in Cardinalium cæterorum Collegium ex Synodi ſententia ſunt adſcripti. Sederat autem Gregorius XII. uſque ad eam diem qua abdicauit a principio ſuæ electionis Annos octo, Menſes ſeptem, & Dies quinque.

OBITVS

Obitvs Angeli Corarii olim GG. PP. XII. in sva obedientia nominati.

Anno Chriſtianæ ſalutis ∞ccccxv. . . . Die . . . Angelus Corarius Venetus, Epiſc. Card. & prior Cardinalium, ſeu Decanus Collegij olim pp. Gregorius xii. in ſua obedientia nominatus Marchiæ Anconitanæ perpetuus Apoſtolicæ ſedis de latere legatus, Recaneti in Piceno prope nonagenarius mortuus eſt, eiusque cadauer in Eccleſia cathedrali Recanatenſi ſepultum, non longe poſt quam in Concilio Conſtantienſi Pontificatum depoſuerat Sed Apoſtolica uacante per duorum Pontificum Ioannis xxiii. & Gregorij xii. abdicationem. Vide de huius moribus Theodericum a Hiheta horum temporum ſcriptorẽ.

Epilogvs Cardinalivm Gregorii PP. XII. et primo Cardinal. Episcopi a GG. XII. fact.

PP. Gregorius xii. unum Cardinalem, Epiſcopum tantum creauit nepotem ſuum is fuit, Antonius Corarius Venetus nepos eius ex Fratre S.R.E. Camerarius, Epiſc. Bononienſis, & Patriarcha Conſtantinopolitanus, presb. Card. tt. S. Chryſogoni factus eſt, Epiſc. Card. Portuenſis. Fuitque Cardinalium Collegij Decanus.

Igitur Gregorius pp. xii. duobus ordinationibus menſibus Iulio & Septẽbri factis xiii. Cardinales creauit, uidelicet Epiſcopum unum, Presbyteros decem, & Diacones duos, de quibus ſatis dictum eſt.

Cardinales obedientie Gregorii PP. XII. mortui sub eius pontificatu ante primam eiusdem in Concilio Pisano abrogationem.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞ccccvi. Pontificatus pp. Gregorij xii. Anno ſecundo Die . . . Valentinus Hungarus, Epiſcopus quinque Eccleſienſis, presb. Card. tt. S. Sabinæ in propriis partibus moriens, ibidem ſepultus eſt, in Baſilica ſanct. . . .

Eodem Anno Die . . Iulii Ioannes Egidii, utriuſque iuris doctor, ſacri palatii Apoſtolici cauſarum Auditor, præpoſitus Leodienſis, poſt electus Epiſcopus Leodienſis Germanus, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani, obiit in Italia, & Leodium Natale ſolum ſepeliendus translatus.

Anno Chriſtianæ ſalutis ∞ccccviii. Põtificatus pp. Gregorii xii. Anno tertio Die . . Iunii. Angelus Acciaiolus Florentinus, Epiſc. Florentinus, presb. Card. tt. S. Laurentii in Damaſo, poſt Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis ſacrique Cardinalium Collegii Decanus, ac S.R.E. Vicecancellarius Apoſtolicæ ſedis de latere olim legatus in Marchia Anconitana, in Regnis Siciliæ cis Farum, Hungariç, Sclauoniæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Boſsinæ, Valachiæ, & Bulgariæ, tutor inſuper Regis Neapolitanorum Ladislai ſub Vrbano vi. & Bonifacio ix. Pontificibus Maximis, piſis circa initia Concilii Piſani mortuus eſt, ibique ſepultus, quùm a Gregorio xii. cum cæteris Cardinalibus diſceſsiſſet.

Cardinales Gregorii PP. XII. ab eodem creati et sub eius pontificatu mortui, tam ante, quam post Concilium Pisanum ante tamen Concilium Constantiense, et eiusdem PP. Gregorii abdicationem qui ab Ecclesia pro Cardinalibus nunquam sunt habiti, quorum obitus dies mensis et annus ignorantur.

Iacobinvs Vtinenſis Foroiulienſis, protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obiit Arimini, ibique ſepultus, proficiſcens pp. Gregorii legatus ad Venetos.

Lvdovicvs . . . Neapolitanus, Archiepiſcopus Tarentinus decretorum Doctor, presb. Card. S. Mariæ trans Tyberim tt. Calliſti, legatus pp. Gregorii ad Regem Ladislaum in Regno Neapolitano, mortuus eſt Neapoli, ibique ſepultus in Baſilica ſanct. . . . . .

Bandellvs.

BANDELLVS de Bandellis Tuſcus Lucenſis, Epiſc. Typhernas ab Vrbano VI. PP. factus, poſt Epiſc. Ariminen. ſub Bonifacio IX. presb. Card. tt. S. Balbinæ, legatus pro PP. Gregorio XII. in Dominio Venetorum, & Romandiola mortuus eſt. . . .

PHILIPPVS . . Epiſc. Anglicus Magiſter in Theologia, presb. Cardinalis tt. SS. Nerei & Achillei, mortuus eſt, in partibus propriis, ibique ſepultus in Baſilica. . .

MATTHEVS . . Germanus, Epiſcop. VVormacienſis Magiſter in Theologia Regis Romanorum Ruperti orator, presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, obiit in partibus.

LVCAS de Domo omnium ſanctorũ Florentinus, ordinis Fratrum Humiliatorum, prior Generalis, Epiſc. Feſulanus, presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina, Magiſter in Theologia, Florentiæ prope octuogenarius mortuus eſt, ibique in Eccleſia Humiliatorũ, ſepultus.

VICENTINVS de Arragonia Hiſpanus, prior montis Ferrati, Decretorum Doctor, presb. Card. in tt. S. Chriſti Martyris Anaſtaſiæ, mortuus eſt, in propriis partibus.

Anno Chriſtianæ ſalutis ccccccXIII. Pontificatus PP. Gregorij XII. Anno VII. Die . . Aprilis Angelus . . Decretorum Doctor, Epiſcopus Recanatenſis, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio mõte, legatus pro PP. Gregorio XII. Marchiæ Anconitanæ mortuus eſt . . . . ibique in Baſilica ſanct. . . ſepultus.

ALIVS EPILOGVS OMNIVM CARDINALIVM A PP. GREGORIO XII. CREATORVM.

Ex Treſdecim igitur Cardinalibus, Epiſcopo uno, Presbyteris decem, & Diaconibus duobus, a Gregorio PP. XII. duobus ordinationibus creatis, quùm octo ſub eius Pontificatu mortui ſint, antequam, uidelicet ipſe P. patum in Concilio Conſtantienſi deponeret, quinq; uiui remanſerunt, qui in eodem Concilio pro Cardinalibus tunc ſunt haberi cœpti, quando ipſe PP. Gregorius XII. ſpõte Papatum pro unione facienda dimiſit, quùm uſque ad id tempus nec ipſe pro PP. nec eius Cardinales pro Cardinalibus unquàm habiti ſint, Hii autem ſunt qui in concilio Conſtantienſi pro Cardinalibus habiti ſunt, quùm eſſent a PP. Gregorio XII. creati.

ANTONIVS Corarius Venetus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epiſc. Card. Portuenſis.

FRATER Ioannes Dominici Florẽtinus, ordinis prędicatorum, Archiepiſcopus Raguſinus, presb. Card. tt. S. Xiſti.

GABRIEL Condelmerius Venetus, Epiſc. Senenſis, presb. Card. tt. S. Clementis.

ANGELVS Barbadicus Venetus, Decretorum Doctor, Epiſc. Veronenſis, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.

PETRVS Maurocenus Venetus Artium Doctor, Diaconus Card. S. Mariæ in Dominica, & demum ipſe Gregorius, qui Card. Epiſc. eſt factus Decanusque Collegij, ac perpetuus Marchiæ Anconitanæ legatus.

AXEXANDER PP. V. NVM. CCXXXVI. AN. CHR. ccccIX.



IN

IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. ALEXANDER V. PONT. MAX. CRETENSIS Frater Petrus Philargi Cretenſis Græcus ignobili genere ortus, ordinis Fratrum Minorũ S. Franciſci Magiſter in Theologia, & uir doctiſsimus, prius fuit Patriarcha Gradenſis, & Epiſcopus Vicentinus, poſt Epiſcopus Nouarienſis, mox ſtudio Ioannis Galeatii Virtutum Comitis Ducis Inſubrum, Archiepiſcopus Mediolanenſis, demũ ab Innocentio VII. Pontifice Maximo, eiuſdem Ducis commendatione cum aliis XI. presb. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum creatus fuit. Hic priuatis in Concilio Piſano Nonis Iunii ab utriusq; obedientiæ Cardinalibus Gregorio XII. & Benedicto XIII. ob mutuam colluſionem põtificatibus, quos obtinebant, in utriuſque locum in eodem Concilio, omnium ambarum partium Cardinalium qui ad Concilium uenerant numero XXIIII. ſuffragijs Viceſimo uacantis ſedis die uidelicet ſexto Calend. Iulii ſummus Pontifex & uniuerſalis PP. creatus eſt, qui in Petri cathedra ſedit Menſes decem, & Dies octo.

CARDINALES VTRIVSQVE OBEDIENTIAE QVI CONCILIO PISANO INTERFVERVNT IN QVO PRIVATIS GREGORIO XII. ET BENEDICTO XIII. DE PONTIFICATV ROMANO AD INVICEM CERTANTIBVS, ALEXANDER V. CRETENSIS PONT. MAX. FACTVS EST.

CARDINALES EPISCOPI VI.

GREGORIVS PP. XI.

GVIDO Pictauenſis Gallus, Epiſcopus Card. Prænestinus Collegij Decanus.

BONIFACIVS PP. IX.

HENRICVS Minutolus Neapolitanus, Epiſcopus Card. Tuſculanenſis.

CLEMENS PP. VII.

NICOLAVS Meſsinenſis Siculus, Epiſcopus Card. Albanenſis.

BONIFACIVS PP. IX.

ANTONIVS Caietanus Domicellus Romanus Patriarcha Aquiligienſis, Epiſcopus Card. Præneſtinus.

CLEMENS PP. VII.

IOANNES . . Viuarienſis Gallus, Epiſc. Card. Oſtienſis S.R.E. Vicecancellarius.
PETRVS de Podio Gallus . . Epiſc. Card. Tuſculanenſis.

CARDINALES PRESBYTERI IX.

CLEMENS PP. VII.

PETRVS de Tureyo Gallus, presb. Card. tt. S. Suſannæ S.R.E. Archipresbyter.

BONIFACIVS PP. IX.

ANGELVS Summa Ripa Laudenſis, presb. Card. tt. S. Pudentianæ.

BENEDICTVS PP. XIII.

PETRVS . . Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Praxedis uulgo de Hiſpania.

INNOCENTIVS PP. VII.

CONRADVS Caraciolus Neapolitanus Patriarcha Gradenſis tt. S. Chryſogoni Melitenſis S.R.E. Camerarius.

FRANCISCVS

FRANCISCVS Huguccionus Vrbinas Archiepiſc. Burdegalen̄. tt. SS. quatuor coronatorum, presb. Card.

IORDANVS Vrſinus Domicellus Romanus tt. S. Martini in montibus Maior pœnitētiarius.

IOANNES de Melioratis Sulmonen̄. Archiepiſcopus Rauennas, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

FRATER Petrus Philargi Cretēſis Archiep. Mediolanen̄. presb. Card. Baſilicę Apoſtolorū.

ANTONIVS Caluus Romanus, Epiſc. Tiburtinus, presb. Card. tt. S. Praxedis.

CARDINALES DIACONI IX.

CLEMENS PP. VII.

AMADEVS de Sallucijs Lombardus, Diac. Card. S. Mariæ nouę S. R. E. Archidiac.

VRBANVS PP. VI.

RAINALDVS Brancacius Neapolitanus, Diac. Card. SS. Viti & Modeſti matyrum.

BONIFACIVS PP. IX.

LANDVLPHVS Maramauius Neap. electus Baren̄. Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tull.

BALTASSAR Coſſa Neapolitanus, Diac. Card. S. Euſtachij Bononiæ legatus.

BENEDICTVS PP. XIII.

LVDOVICVS . . Diac. Card. S. Agathæ uulgo de Barro appellatus.

INNOCENTIVS PP. VII.

ODDO Columna Domicellus Romanus, Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum.

BENEDICTVS PP. XIII.

PETRVS . . Gallus Diac. Card. S. Angeli in foro Piſcium cognomento Senior.

INNOCENTIVS PP. VII.

PETRVS Stephaneſchus Romanus, Diac. Card. S. Angeli cognomento Iunior.

BENEDICTVS PP. XIII.

ANTONIVS de Chalancho Gallus, Diac. Card. S. Mariæ in Via lata.

CARDINALES OBEDIENTIAE ITALICAE ABSENTES NVLLI.

Exceptis illis quatuor, qui a Gregorio PP. XII. iam creati erant, qui tamen pro Cardinalibus uſque ad Concilium Conſtantienſe non ſunt habiti.

ABSENTES CARDINALES OBEDIENTIAE GALLICAE.

ALPHONSVS Carillus Card. presb. tt. SS. IIII. coronatorum Hiſpanus, is poſt Concilium Conſtantienſe & electionem Martini V. relicto Benedicto XIII. eidem Pōtifici Martino PP. quinto adhæſit, ex Hiſpania Romam ueniens, ubi & mortuus eſt.

: : . . . Epiſc. Auxitanus Gallus, presb. Card. tt. S. . .

: : . . . Hiſpanus Epiſc. . . . presb. Card. tt. S. . . . de his duobus quid accid erit incertum.

LVDOVICVS de Fliſco Genuenſis, Diac. Card. S. Hadriani. Hic ſub Ioanne XXIII. ad curiā Romanam uenit Bononiam relicto Benedicto XIII. ex Hiſpania.

CORONATIO PP. ALEXANDRI QVINTI.

Anno Chriſtianæ ſalutis ∞CCCCIX. Die Nonarum Iulij Alexander PP. Piſis ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit per D. Amadeum Cardinalem Salluciarum S. R. E. Archidiaconū. Ante Eccleſiā cathedralem, omni aſtāte Clero & innumera populi multitudine.

PP. ALEXANDER V. NVLLVM CARDINALEM NOVVM

creauit ſed tantum quoſdam titulos mutauit. Nam ob ſchiſma contigerat ut duo eſſent in eodem Beneficio titulares.

Digitized by Google

HENRICVS Minutolus Neapolitanus, Epiſcopus Card. Tuſculanus factus eſt Epiſc.. Card. Sabinus.

PETRVS de Podio Gallus, remanſit Epiſcopus Card. Tuſculanus. Item.

ANTONIVS Caietanus Romanus Patriarcha Aquiligienſis, Epiſcopus Cardinalis Prænestinus factus eſt Portuenſis. &

GVIDO Pictauenſis Gallus, remanſit Epiſc. Card. Prænestinus. Item.

ANTONIVS Caluus Romanus, presb. Card. tt. ſanct. Praxedis factus eſt, presb. Card. tt. S. Marci.

PETRVS Cardinalis uulgo de Hiſpania appellatus remanſit presbyter Cardinalis. tt. ſanct. Praxedis. Item.

PETRVS de Stephaneſchis Romanus Cognomento Iunior, Diac. Card. S. Angeli factus eſt SS. Coſmæ & Damiani. &

PETRVS . . . . . . Gallus, Diaconus Card. Sancti Angeli remāſit, Cognomento Senior.

IORDANVS quoque Vrſinus Rom. presb. Card. tt. S. Martini in montibus factus eſt, presb. Card. tt. S. Laurentij in Damaſo. &

LVDOVICVS . . . Diac. Card. S. Agathæ de Baro factus eſt, presbyter Card. Baſilicæ Apoſtolorum.

OBITVS PP. ALEXANDRI QVINTI.

Anno Chriſtianæ ſalutis CCCCDX. Die Sabbati. v. Nonas Maij adueniente Die Dominico hora noctis quinta. D. N. PP. Alexander v. Bononiæ mortuus eſt, receptis omnibus Eccleſiæ ſacramentis. Cuius cadauer in Eccleſia Fratrum Minorum Bononiæ ſepultum eſt, poſt cuius mortem uacauit Apoſtolica ſedes Dies quatuordecim.

EXEQVIAE PP. ALEXANDRI V. ET INTROITVS CONCLAVIS QVO PP. IOANNES XXIII. NEAPOLITANVS CREATVS EST.

Eodem Anno Die Lunæ III. Nonas Maij altero poſt mortem PP. Alexandri Die, fuerunt captæ celebrari exequiæ, ſiue nouendialia PP. Alexandri v. a Cardinalibus Bononiæ in Eccleſia Fratrum Minorum. Nouem continuis diebus.

Eodem Anno pridie. Idus Maij die Mercurij finitis exequijs PP. Alexandri v. & miſſa de ſpiritu ſancto per Dominum Tuſculanenſem cantata hora XXII. Cardinales numero XVII. pro electione futuri ſummi Pontificis Bononiæ Cōclaue intrarunt paratū in Palatio Epiſcopali Bononienſi, ubi Die Sabbati XVI. Cal. Iunij mane unanimiter, concorditer in ſummum Pontificem elegerunt Baltaſſarem Coſſam Neapolitanum Diaconum Cardinalem S. Euſtachij Bononiæ tunc legatum, qui Ioannes XXIII. appellari uoluit.

CARDINALES MORTVI SVB PONTIFICATV PP. ALEXANDRI V.

Anno Dominicæ natiuitatis CCCCCCVIII. Pontificatus Domini Alexandri PP. v. Anno primo Die Iouis pridie Idus Decembris. Petrus . . . Gallus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis Senior, uulgo appellatus Diaconiæ Sancti Angeli in foro Piſcium, mortuus eſt in proprijs partibus, ibique ſepultus in Baſilica ſancti. . . .

Digitized by Google

IOANNES PP. XXIII. NV. CCXXXVII. AN: CHR. ∞CCCCX.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. IOANNES XXIII. PONT. MAX. NEAPOLITANVS Baltaſſar Coſſa Neapolitanus, mediocri genere ortus ex Protonotario, & Cubiculario Pontificio, Card. Diac. Sancti Euſtachij, Bononięque de latere legatus a Bonifacio IX. Pontifice Maximo, in ſecunda Cardinalium promotione factus eſt cũ D. Antonio Caietano Patriarcha Aquilegienſi. Hic mortuo Bononiæ Alexandro V. Quartodecimo uacantis ſedis die Bononiæ, ubi erat legatus, XVII. Cardinalium in Cõclaui tunc exiſtentium ſuffragiis, Pontifex Maximus, ſummuſque & uniuerſalis PP. creatus eſt. Sedit Annos V. Dies XV.

CARDINALES QVI CONCLAVI QVO IOANNE XXIII. PP. FACTVS EST INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

BONIFACIVS PP. IX.

HENRICVS Minutolus Neapolitanus, Epiſcopus Card. Sabinenſis.

CLEMENS PP. VII.

NICOLAVS Meſſanenſis Siculus, Epiſcopus Card. Albanenſis.
IOANNES . . Viuarienſis Gallus, Epiſc. Card. Oſtienſis & S.R.E. Vicecancellarius.
PETRVS de Podio . . Gallus, Epiſc. Card. Tuſculanenſis.

CARDINALES PRESBYTERI VII.

BONIFACIVS PP. IX.

ANGELVS Summa Ripa Laudenſis, presb. Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

BENEDICTVS PP. XIII.

PETRVS Hiſpanus, . . . presb. Card. tt. S. Praxedis uulgo de Hiſpania.

Digitized by Google

INNOCENTIVS PP. VII.

CONRADVS Caraciolus Neap. Patriarcha Gradeñ.tt.S.Chryſogoni Meliteñ. Camerarius.
FRANCISCVS Hugucionus Vrbinas Archiep.Burdegaleñ.presb.Card.tt.SS. IIII.coronatorum.
IORDANVS Vrſinus Domicellus Romanus, presb.Card.tt.S.Laurentij in Damaſo,Maior pœnitentiarius.
IOANNES de Melioratis Sulmoneñ. Archiepiſcopus Rauennas, presb. Card.tt.S.Crucis in Hieruſalem.
ANTONIVS Caluus Romanus,presb.Card.tt.S.Marci.

CARDINALES DIACONI VI.

VRBANVS PP. VI.

RAINALDVS Brancacius Neapolitanus, Diac.Card.S.Viti in Macello.

BONIFACIVS PP. IX.

LANDVLPHVS Maramauius Neapol.Diac.Card.S.Nicolai in carcere Tulliano Barenſis.
BALTASSAR Coſſa Neapolitanus, Diac.Card.S.Euſtachij Bononiæ legatus.

INNOCENTIVS PP. VII.

ODDO Columna Domicellus Romanus, Diac.Card.S.Georgij ad Velum aureum.
PETRVS Stephaneſchus Romanus, Diac.Card.SS.Coſmæ & Damiani.

BENEDICTVS PP. XIII.

ANTONIVS de Chalancho Gallus, Diac.Card.S.Mariæ nouæ.

CARDINALES ABSENTES VII.

GREGORIVS PP. XI.

GVIDO Pictauenſis Gallus, Epiſcopus Card.Præneſtinus Decanus in partibus ſuis.

BONIFACIVS PP. IX.

ANTONIVS Caietanus Rom.Patriarc. Aquilegieñ.Epiſc.Card. Portueñ. legatus ad . . .

CLEMENS PP. VII.

PETRVS de Tureyo Gal.presb.Card.tt.S Suſannæ S.R.E. Archipresb.legatus in Galliis.
AMADEVS de Sallucijs, Diac.Card.S.Mariæ nouę S.R.E. Archidiac. legatus ad Genuates.

BENEDICTVS PP. XIII.

ALPHONSVS Carillus Hiſpanus, presb. Card.tt.SS. IIII. coronatorum, in Hiſpania apud Benedictum XIII. legatus.
LVDOVICVS . . presb.Card.Baſilicæ SS.XII. Apoſtolorũ de Baro legatus in Germania.
LVDOVICVS de Fliſco Genuenſis, Diac.Card.S.Hadriani.

CORONATIO PP. IOANNIS XXIII.

Anno Chriſtianæ ſalutis CCCCCCX. Die Dominico VIII. Calend. Iunij ſolẽnitatis S. Vrbani PP. Ioannes XXIII. Pont. Max. (Quùm in die ſabbato præcedenti fuiſſet presbyter conſecratus, per D.Io. Card. Viuarienſem Epiſcopum Oſtienſem S. R. E. Vicecancellarium in Baſilica S Petronij) in Epiſcopum ab eodem Cardinali conſecratus eſt, Miſſa per eundẽ Pontificem cantata, ſeruatis conſuetis ceremonijs, & poſt Miſſam ante fores Eccleſiæ ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit per Rainaldum Brancacium Neapolitanum, Diac. Card. SS. Viti & Modeſti, & S. R. E. Archidiaconum.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti CCCCCCXI. Põtificatus PP. Ioannis XXIII. Anno ſecũdo. Die ſabbati VIII. Idus Iunij. Romæ PP. Ioannes XXIII. fecit primam quatuordecim Cardinalium ordinationem, undecim presbyterorum & trium Diaconorum, qui fuere infraſcripti.

FRANCISCVS

Digitized by Google

1 Franciscvs Landus Venetus utriuſque iuris doctor Patriarcha Cõſtantinopolitanus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

2 Antonivs Pancerinus de Portu Gruario Foroiulienſis Patriarcha Aquilegienſis, presb. Card. tt. S. Suſannæ.

3 Alamanus Adimarius Florentinus, Archiepiſcopus Piſanus, presb. Card. tt. S. Euſebij abſens.

4 Ioannes . . Luſitanus, Archiepiſcopus Vlixponenſis, presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula.

5 Petrvs de Aleaco Gallus, Doctor Pariſienſis, Epiſc. Cameracenſis, presb. Card. tt. S. Chryſogoni abſens.

6 Georgivs . . . Epiſc. Tridentinus, presb. Card. ſine tt. quia nunquam Romam uenit & cito obijt.

7 Thomas Brançacius Neapolitanus, Epiſc. Tricaricenſis, presb. Card. tt. SS. Ioannis & Pauli.

8 Branda Caſtillioneus Mediolanenſis, Epiſc. Placentinus presb. Card. tt. S. Clementis.

9 Thomas Anglicus . . Epiſc. Dunelmenſis, presb. Card. ſine tt. quia abſens erat.

10 Robertvs Anglicus e Regio genere, Epiſc. Saresbricenſis, presb. Card. tt. ſanct. . . abſens.


11 Egidivs de Campis Gallus, Magiſter in Theologia Magnus Regis Francorum Eleemoſinarius, Epiſc. Conſtantienſis, presb. Card. tt. ſanct. . . abſens.

12 Lvcidvs de Comitibus Romanus Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia.


13 Franciscvs Zabarella Pataninus iuris utriuſque profeſſor eximius, electus Epiſc. Florentinus, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.

14 Gvillelmvs Philaſterij Cænomanenſis Gallus, Decanus Remenſis, Diac. Card. ſine Diaconia, & paulo poſt factus presb. Card. tt. ſancti Marci abſens.

III.




IIII.



V.



VI.



VII.




VIII.



Digitized by Google


IX.



X.




XI.




XII.



XIII.



XIIII.



SECVNDA CARDINALIVM PP. IO. XXIII. CREATIO.

Anno Chriſti ꝏcꝺxiii. Pontificatus pp. Ioannis xxiii. Anno iii. Die Veneris xviii. Calend. Maii pp. Ioannes xxiii. Romæ ſecundam fecit Cardinalium ordinationem, qua unum tantum Card. presbyterum creauit, is fuit.

15 Simon Cramacho Gallus, Archiepiſcopus Remenſis Patriarcha Alexandrinus, presb. Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

XV.



TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti ꝏcccc xiiii. Pontificatus pp. Ioannis xxiii. Anno quarto Die xii. Cal. Octobris pp. Ioannes xxiii. Bononiæ fecit tertiam Cardinalium ordinationem, qua unum Card. Diaconum creauit. Is fuit.

IACOBVS

16 Iacobvs de Inſulanis Bononienſis ciuis Miles & Doctor, Diac. Card. S. Euſtachij, legatus Vrbis & Vicarius Generalis in uniuerſo ſtatu Eccleſiaſtico, dum PP. Ioannes XXIII. proficiſceretur ad celebrandum Concilium Generale Conſtantienſe.

.XVI.



Cardinal. Episcopi a PP. Io. XXIII. creati.

Angelvs Summa Ripa Laudenſis, presb. Card. tt. S. Pudentianæ factus, Epiſc. Pręneſtinus.

Petrvs de Hiſpania, presb. Card. tt. S. Praxedis factus Epiſc. Card. Sabinus.

Iordanvs Vrſinus Romanus, presbyter Card. tt. S. Laurentij in Damaſo factus Epiſcopus Card. Albanus.

Lvdovicvs de Barro, presb. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum factus Epiſc. Card. Portueñ.

Epilogvs Cardinalivm PP. Ioannis XXIII.

PP. Ioannes XXIII. tribus ordinationibus menſibus Aprilis, Iunij, & Septembris factis, ſexdecim creauit de nouo Cardinales, & quatuor ex antiquis presbyteris Epiſcopos fecit, igitur creauit Epiſcopos quatuor, Presbyteros duodecim, & Diacones quatuor.

Sacrosancta et magna Synhodvs Constantiensis in Spiritv Sancto legitime congregata Ecclesiam Catholicam repraesentans.

Quùm per priuationem Gregorij XII. & Benedicti XIII. in Concilio Piſano, & per alterius ſubrogationem, peſsimum ſchiſma non ſublatum, ſed auctum eſſe uideretur, pro duobus, tribus iam exiſtentibus, qui ſe ueros Papas eſſe affirmarent XXIII. Ioanne, Romæ Gregorio XII. Arimini apud Malateſtas, qui eius partes ſequebantur, & Benedicto XIII. in Hiſpanijs, non ſine maximo diuini ſpiritus numine actum eſt, per omni memoria dignum, & omnibus ſęculis laudandum Sigiſmondum Imperatorem, qui per id tempus Rex Romanorũ deſignatus erat, ut a Ioanne XXIII. Concilium Generale conuocaretur, in quo totius Reipublicæ Chriſtianæ, quæ iam labefactari cœperat ſaluti Conſuli poſſet, & peſsimum ſchiſma omnino tolli. Ioãnes PP. precibus Imperatoribus obtemperans, ſimulque quia credebat mediante Concilio, Petrum de Luna, & Angelum Corarium olim in Concilio Piſano damnatos, qui adhuc ſe pro pontificibus gerebant, Pontificatibus ſuis ſponte ceſſuros, ſeque unum in cathedra Petri confirmandum, de Conſilio Fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium & de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis ſuæ, Concilium Generale Conſtantiæ in Germania (quæ urbs eſt Mogontinę Diœceſis) Die V. Idus Octobr. Laude in Lombardia Anno ∞CDXIIII. celebrandum indixit, ac per bullam ſuam conuocauit omnes orbis Chriſtiani Prælatos ad Concilium Pontificatus ſui Anno quinto, indictione VIII. Et paulo poſt Laude diſcedens conſtantiam uerſus profectus eſt, Quã Vrbem Die Dominico V. Cal. Nouẽb. ingreſſus eſt.

Angelvs autem Corarius qui adhuc ſe pro PP. gerebat Imperatoris precibus euocatus ut ad Concilium legitime congregatum ipſe ueniret uel aliquem nomine ſuo mitteret, ipſe Senio grauatus Arimini ſubſiſtens uenire non potuit, ſed miſit pro ſe legatos ſuos, uidelicet

Ioannem

Ioannem Dominici obedientiæ ſuæ Cardinalem, presb. tt. S. Xyſti, & Carolum Malateſtam Domicellum Ariminenſem, & pro Romana Eccleſia Romandiolæ in temporalibus Vicariũ Generalem, cum plena auctoritate primo auctorizandi ipſam Synodum, & ex parte dicti Gregorij approbandi, deinde, cum pleno mandato renunciandi omnibus iuribus & rationibus quas in Pontificatu habebat.

Petrus quoque de Luna, Benedictus XIII. in ſua obedientia nominatus, conuocatus ab Imperatore ad Concilium Generale, ubi iam duo Pontifices uel conuenerant, uel procuratores ſuos miſerant, uenire noluit, ſed nomine ſuo duos prælatos tantum miſit, qui uidentes felices Concilij ſucceſſus, paulo poſt ad Dominum ſuum reuerſi ſunt.

Anno Chriſtianæ ſalutis ᴐᴐcᴅxiiii. Pontificatus PP. Ioannis XXIII. Anno quinto Angeli uero Corarii Gregorij PP. XII. in ſua obedientia nuncupati Anno nono, Petri autem de Luna Benedicti XIII. apud ſuos nominati Anno XXI. Die Nonarum Nouembrium. Inditionis Octauæ, Miſſa de ſpiritu ſancto cantata per D. Papam Ioannem XXIII. Inchoatũ eſt ſacroſanctum Generale Concilium Conſtantienſe, & die ueneris XVI. Calend. Decẽbris eiuſdem Anni prima ſeſſio habita eſt, in qua pertractatum eſt de pertinentibus ad proſequutionem Generalis Concilij, & unionis fiendæ

Habita prima ſeſſione PP. Ioan. XXIII. requiſitus eſt a ſancta Synodo, ut ſequentẽ inferius ſcriptam cedulam acceptaret iuraret, & uoueret, pro ut in ea ſcriptum eſt, pro bono unionis pace Eccleſiæ, & ſchiſmate tollendo, quam quùm per multos dies. Idem Pontifex accipere renuiſſet, tandem uidens totum Concilium in hoc conſenſiſſe, & prælertim prælatos Italicos, ut hanc ſchedulam acciperet, & ſimul timens, ſe coactum facturum quod nunc libere facere poterat, hanc omnino acceptare decreuit, & quicquid in ea contineretur approbare. Quapropter.

In ſecunda ſeſſione quæ die martis VI. nonas Martij Anni ᴐᴐcᴅxv. cõuocata eſt, Quùm prius ipſe Pontifex Miſſam de ſpiritu ſancto celebraſſet, eandem ſchedulam a ſe prius probatam, per D. Vitalem patriarcham Antiochenum, publice legere fecit alta uoce, coram toto Concilio, cuius tenor hic eſt.

EGO IOANNES PP. XXIII. propter quietem totius populi Chriſtiani, profiteor, ſpõdeo, promitto, iuro, uoueo, Deo, Eccleſię, & huic ſacro cõcilio, ſponte, & libere, dare pacem Chriſti Eccleſiæ per uiam meæ ſimplicis ceſsionis Papatus, & eam facere & adimplere cum effectu iuxta deliberationem præſentis Concilij, ſi & quando Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus Corario, Gregorius XII. in ſuis obedientijs nuncupati, Papatui quem prætendũt per ſe uel per procuratores ſuos legitimos ſimpliciter cedant, & ẽt in quocunque caſu ceſsionis uel deceſſus, aut alio in quo per meam ceſsionem poterit dari nuio Eccleſiæ Dei extirpationem præſentis ſchiſmatis.

ABDICATIO PP. IOANNIS XXIII.

Quùm aũt requireretur ab omni Concilio, ut iuxtà tenorem ſupradictæ ſchedulæ Pontificatum deponeret, hoc facere nolens, Noctu clam habitu mutato de Conſtãtia fugit habitu fugæ Conſilio cum Friderico Auſtriæ Duce, a quo etiam comitatus eſt, uſque Schafuſam, quod erat oppidum ditionis ipſius Friderici Ducis Auſtriæ, in Burgundiam paulo poſt profecturus. Hoc factum fuit Anno ᴐᴐcᴅxv. Verum Concilij & Imp. Sigiſmondi ſtudio de fuga retractus, in oppido Sellis Conſtantienſis Diœceſis in honeſta cuſtodia ex concilij, & Imperatoris decreto ſeruatus eſt. In quo loco exiſtens formatus eſt, contra eum proceſſus & articuli multi, per Concilium ſufficienter probati quare coactus eſt a Concilio ſeruare, ea quæ per dictam ſchedulam in ſecunda ſeſsione promiſerat & uouerat, Põtificatu pridie Cal. Iunij Anni ᴐᴐcᴅxv. in eodem oppido ſellis abdicauit, abrogationemque a Concilio de ſe factam poſt fugam ſuam de Conſtantia & abrogationis cauſam ratificauit, & approbauit, quùm ad eam diem ab infinitio ſuę creationis ſediſſet Annos quinque, & dies XV. poſt cuius abdicationem, dum Concilium ceſsionem Papatus a Gregorio XII primo, mox a Benedicto XIII. quærendo tempus tereret. Apoſtolica ſedes uacauit Annis duobus, Menſibus quinque & Diebus decem, uidelicet uſque ad legitimam electionem Domini Martini PP. V.

Baltaſſar Coſſa, olim Ioannes XXIII. PP. in cuſtodia poſitus honeſta in Caſtro de Sellis Conſtantien̄. Diœceſis, multoties clam fugere tentauit, quod quùm a Concilio intellectum eſſet, ne ſeditio aliqua oriretur ſeu unio impediri poſſet, ſtatim decretum eſt, ut traderetur cuſtodiendus D. Ludouico Bauarię Duci, Concilij nomine, qui ipſum in fida cuſtodia recludens, tenuit in munitiſsimo Caſtro Gotlebes, ubi fere per quadriennium manſit.

Tandem

Digitized by Google

Tandem xxx. Ducatorũ Millibus ſe redimẽs liber dimiſſus eſt, Anno Chriſti ∞c Ɔxix. qui liber factus recta Florentiam uenit, ubi PP. Martinus cum curia ſua reſidebat, ad cuius pedes procumbẽs eum ut uerum Chriſti Vicarium ueneratus eſt, omniaque tam de ſe quam de Domino Martino PP. v. in Concilio Conſtantienſi facta denuo approbauit & ratificauit. Quam ob rem eodem Anno ∞c Ɔxix. Florentiæ a PP. Martino v. Die ueneris ix. Calend. Iulii S. R. E. Cardinalis Epiſc. Tuſculanus, & ſacri Cardinalium Collegij Decanus creatus eſt. Atque ob memoriam Romani Pontificatus, quem aliquando iuſte poſſederat ſedes eiu propæ ſedem PP. Paulo eminentior quam cęterorum Cardinalium poſita eſt. Vixitque Cardinalis uſque ad diem Veneris xi. Calend. Ianuarij Anni eiuſdem ∞c Ɔxix. In quo Florentiæ mortuus eſt, ibique in Baptiſterio S. Ioannis, ſepulchro marmoreo eleganti ſepultus. Quùm poſt Pontificatus abdicationem uixiſſet Annos iiii. Menſes vi. Dies xxiiii. Vir maximo fortunæ ludibrio uexatus & ingens rerum uiciſsitudinis exemplum. Proſequutionem Concilij Conſtantienſis uide in alia Tabella.

CARDINALES MORTVI SVB PONTIFICATV PP. IOANNIS XXIII.

Anno Chriſtianæ ſalutis ∞ccccx. xvii. Calend. Nouembrium Die Pontificatus PP. Ioannis xxiii. Anno primo Ioannes de Melioratis Sulmonenſis Aprutius Innocentij vii. Pontificis Maximi nepos Archiepiſcopus Rauennas, iuris utriuſque doctor, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem, Bononiæ mortuus eſt, ibique in Eccleſia cathedrali Bononiẽſi eius cadauer ſepultum.

Anno Chriſtianæ natiuitatis ∞ccccxi. Pontificatus PP. Ioannis xxiii. Anno primo die xv. Cal. Martij Conradus Carracciolus Neapolitanus Patriarcha Gradenſis poſt Archiepiſc. Nicoſienſis, & Epiſc. Melitenſis, presb. Card. tt. S. Chryſogoni S. R. E. Camerarius, legatus ſub PP. Alexandro v. in Gallia Ciſalpina ad conſeruanda oppida Eccleſiæ Romanæ, Bononiæ mortuus eſt, ibique eius cadauer ſepultum in Eccleſia. S. . . .

Eodem Anno Chriſti Pontificatus uero PP. Ioãnis xxiii. Anno ſecundo Die vi. Nonas Octobris Antonius Caluus Romanus, Epiſc. Tudertinus, presb. Card. tt. S. Praxedis poſt tt. S Marci Archipresbyter Baſilicæ S. Petri, Romæ mortuus eſt ſepultus in Baſilica principis Apoſtolorum cuius fuerat Canonicus olim, & tunc erat Archipresbyter.

Anno Chriſti Natalis ∞c Ɔxii. Pontificatus PP. Ioannis xxiii. Anno ſecundo, Die iii. Idus Ianuarij. Antonius Caietanus Domicellus Romanus Bonifacij viii. gentilis, Patriarcha Aquilegienſis, presb. Card. tt. S. Cæciliæ, mox Epiſc. Card. Prænestinus, & paulo poſt Portuenſis & S. Rufinæ Romæ mortuus eſt, eiuſque cadauer ſepultum eſt in Baſilica S. Mariæ ſuper Mineruam, fuit maior pœnitentiarij. ſub Inn. vii.

Anno Chriſti eodem Pontificatus uero PP. Ioannis xxiii. Anno tertio, Die xv. Calend. Iulii Henricus Minutolus Neapolitanus, primo Archiepiſcopus Tranenſis, poſt Neapolitanus, presb. Card. tt. Anaſtaſiæ, poſt Epiſcopus Card. Tuſculanus, & demum Sabinus Bononiæ & exarchatus Rauennatis legatus, obiit Bononiæ in legatione ibique ſepultus fuit.

Eodem Anno. Die iii. Cal. Iulii Nicolaus Siculus Archiepiſcopus Meſſanenſis, presb. Card. tt. S. Marci. poſt Epiſc. Card. Albaneñ. Romæ mortuus eſt, ſepultus in Eccleſia S. . . .

Eodem Anno Guido . . . Gallus. Epiſc. Pictauenſis S. R. E. Card. presb. tt. S. Crucis in Hieruſalem Lemonicenſis, poſt Epiſc. Card. Prænestinus, & Collegii Cardinalium Decanus. Die . . . Septembris in propriis partibus mortuus eſt.

Anno Dominicæ natiuitatis ∞ccccxiii. Pontificatus PP. Ioannis xxiii. Anno iiii. Die . . . Iunii. Franciſcus Huguccionus Brandamonte de Vrbino Picænus Archiepiſc. Burdegalenſis, presb. Card. in tt. SS. quatuor coronatorum Romæ mortuus eſt. Cuius cadauer in S. Mariæ nouæ Diaconia fuit ſepultum.

Anno ∞c Ɔxiv. die . . . Septembris, Petrus . . . Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Praxedis, poſt Epiſc. Card. Sabinus, uulgo Card. de Hiſpania nominatus, Romæ cuius erat per Abſentiam Ioannis PP. xxiii. de latere legatus mortuus eſt, cuius cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Pontificatus PP. Ioannis xxiii. Anno quinto.

Anno Chriſtianæ ſalutis ∞c Ɔxv. Pontificatus PP. Ioannis xxiii. Anno quinto, Die x. Calend. Februarii Ioannes . . . Luſitanus, Epiſc. Conĩbrenſis, poſt Archiepiſcopus Portugalenſis, aliàs Vlixponenſis, presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula, mortuus eſt in Villa Eruges, reuertens ex Vrbe in patriam, poſt adeptum Pileum.

Anno

Digitized by Google

Anno Chriſti ꝏcDxv. . . Petrus de Podio Gallus, presb. Card. tt. S. Clementis, poſt Epiſc. Card. Tuſculanus Lemonicenſis mortuus eſt, in partibus propriis. Huius obitus Annus, Dies, & locus ignoratur ſatis tamen conſtat, eum poſt quartum Annum Pontificatus PP. Ioannis XXIII. & ante electionem PP. Martini V. uita functum.

PROSEQVVTIO SANCTAE SYNODVS VNIVERSALIS CONSTANTIENSIS.

Anno Chriſti ꝏcccccxv. IIII. Calend. Iunii priuato Ioanne PP. eiusque priuationis ſententia pridie Calend. Iunii a ſe confirmata, actum eſt per medium Sigiſmũdi Imperatoris, ut & Gregorius XII. conuocaret & ipſe Concilium in Vrbe Conſtantienſi, ſeu conuocatum auctorizaret, mitteretque ad Concilium omnes prælatos obedientiæ ſuæ, faceretque quicquid quando ad Pontificatum aſſumptus eſt promiſit, iurauit, ac uouit. Quæ omnia facta ſunt. Nam quum prius duos tantum legatos miſiſſet, cum plena tamen auctoritate auctorizandi Concilium, & renunciandi Papatum, poſt fere omnes ſuos Cardinales, qui adhuc uiui erant, & Prælatos ad Concilium miſit. Tunc.

Eodem Anno ꝏcDxv. Die Iouis IIII. Nonas Iulii in publica XIIII Concilii Conſtantienſis ſeſſione, Io. Dominici Card. Raguſinus tt. S. Xyſti & Carolus de Malateſtis Domicellus Arimineñ. ea PP. Gregorio ad hoc per bullas ſuas autenticas ſpecialiter deputati, Cõciliũ nomine ſuo auctorizauerunt, approbauerunt, ac legitime congregatum, & inchoatum eſſe definierunt, & ipſe Carolus de Malateſtis Papatum nomine PP. Gregorii XII. renunciauit, & omnibus iuribus rationibusque quas in eo uſque ad id tempus habuerat pro amore Dei, unione S. Eccleſiæ, & extirpatione horrendi ſchiſmatis.

Quapropter ab uniuerſo Concilio laudatus, & Benedictus ipſe PP. Gregorius, Cardinalis Epiſc. relictus eſt, & prior collegii Cardinalium ſiue Decanus, perpetuusq; Marchiæ Anconitanæ legatus creatus cum maxima poteſtate, omnia in toto eius Pontificatu geſta, & acta approbata, corroborata & per Concilium confirmata ſunt, omnes quoque ab eo creati Cardinales, qui ad eum diem uiui erant, & pro Cardinalibus non habebantur, pro Cardinalibus acceptati ſunt & unicuiq; eorum loca in cęterorum Cardinalium Collegium aſsignata, fuerunt autem hi.

ANGELVS Corario Venetus, Epiſ. Card. & Collegij Decanus perpetuusq; Marchię legatus.

ANTONIVS Corario Venetus nepos eius, Epiſc. Bononieñ. & Patriarcha, Epiſc. Cardinalis Portuenſis.

FRATER Ioannes Dominici Florentinus, ordinis prædicatorum Archiepiſcopus Raguſinus, presb. Card. tt. S. Xyſti.

GABRIEL Condelmerius Venetus, Epiſc. Senenſis, presb. Card. tt. S. Clementis.

ANGELVS Barbadico Venetus, Epiſc. Veronenſis, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.

BLANDELLVS de Blandellis Lucenſis, Epiſcopus Arimineñ presb. Card. tt. S. Sabinæ.

PETRVS Maurocenus Venetus, Diac. Card. S. Mariæ in Dominica. Qui omnes excepto ultimo D. Petro, Diacono Cardinali, qui apud Gregorium olim XII. remanſit uſque ad eius mortem, ad Concilium acceſſerunt, & creationi D. Martini V. interfuerunt. Gregorius quoque XII. audita renunciatione nomine ſuo facta in Concilio, per Carolum de Malateſtis, omnia inſignia & ueſtimenta Papalia, quæ uſque ad eam diem retinuit depoſuit, Card. habitu aſſumpto, in quo etiam uſque ad mortem uixit.

DE PETRO DE LVNA BENEDICTO PP. XIII. IN SVA OBEDIENTIA NOMINATO.

Duabus obedientijs unitis, duobusque ſchiſmatis capitibus amputatis, reſtabat tertia longe maior obedientia reducenda Benedicti XIII. Is ab omni Concilio, Imperatore Regibus, populis, & nationibus impenſiſsime rogatus, admonitus, & obteſtatus, ut pro bono pacis eadem faceret, quæ Gregorius XII. fecerat, nunquam adduci potuit ut obtemperaret, ſed in munitiſſimo Caſtro Paniſcholæ ſe continens, ſe uerum Papam, & indubitatum Chriſti Vicarium eſſe affirmabat, in ſua ſententia manens, dicebatque, Conſtantiam nõ eſſe locum tutum pro celebratione Concilii Generalis, adducens quæ manu uiolenta facta fuerant contra Ioannẽ olim Papam, & eos qui erant de obedientia ſua, aſſerebatque ſe nolle in manibus illorum Papatum renuntiare, qui in Pontificem ſuum impreſsionem fecerant. Quod tam Hiſpaniarũ principes

principes quam cęteri, qui erant de obedientia eius cernentes omnes reliquerunt eum & ſacroſancto Concilio adhæſerunt, ubi per ſolennem ſeſsionem celebratam ſacroſanctæ Synodo & duabus aliis obedientiis Io. XXIII. & GG. XII uniti ſunt. Tuncque res Concilij per harum quinque nationum Prelatos tranſigi cœptę Italos, Gallos, Germanos, Hiſpanos, & Anglos, ex quibus totum Concilium conſtabat, nihilque fieri poterat aut ordinari in Concilio, niſi prius per horum nationum prælatos ſigillatim determinaretur, quo per nationes ſigillatim decreto poſtea in Generali congregatione omnium concludebatur, eiusque rei ſic concluſæ Decretum Concilii nomine promulgabatur in publicis ſeſsionibus. Hic fuit ordo & modus procedendi tam in omnibus Concilij negociis quàm contra Petrum de Luna Benedictum XIII. in ſua obedientia nominatum. Sic enim per Concilium proceſſus contra eũ formatus eſt, & tandem ut pertinax, hæreſiarcha periurus & inobediens Eccleſiæ dei in publica XXXVII Seſsione VII Calend. Auguſti Anno MCCCCXVII. totius Concilij & quinq; nationum prælatorum ſententia de Papatu priuatus eſt, atque excommunicatus, omniſque ſi qui remanſerant ab obedientia eius abſoluti. Adhuc enim in eius obedientia erant nonnulli prælati de Regnis Hiſpaniarum, Scotiæ, & Comitis Armeniaci, qui paulatim Epiſcopum deſerentes Martino iam creato adhæſerunt uno Paniſcholæ oppidulo excepto in quo uſq; ad mortem uixit.

Anno Chriſti MCDXVII. ſublatis per Concilium Conſtantienſe tribus ſchiſmatis teterrimis capitibus reductoque toto orbe Chriſtiano ad catholicæ Eccleſiæ unitatem, Apoſtolica ſede iam tertio anno uacante, reliquum erat modo, ut nouus Romanus Pontifex orbi Chriſtiano daretur, quo mediãte poſtea ſchiſmate ſublato, Eccleſiæ reformationi attenderetur tam in capite, quam in membris, quę res ſine ſummo Pontifice, recte fieri non poſſe Concilij patres cenſuere. Igitur Die Sabbati pridie Calend. Nouembris publica ſeſsione XL. Anno MCDXVII. Hoc decretum per omnes nationes, tam in priuatis, quam in publica congregatione probatum, editum eſt, ut procedatur ad electionem Romani Pontificis non obſtante abſentia Cardinalium Petri de Luna, & ut debita auctoritas Concilio redderetur, nullusque futuram electionem calumniare poſſet, utque electus in Papam pro uero & indubitato Pontifice Romano apud totum orbem Chriſtianum haberetur, ſicque per canonicam & legitimam electionem dici poſſet, uere ſchiſma antiquum ſublatum, pacemque & unionem Eccleſiæ datam eſſe, quod quælibet natio eligeret ſex honeſtas perſonas Eccleſiaſticas & religioſas, ac in ſacris ordinibus conſtitutas, quæ una cum Cardinalibus præſentibus in Concilio pro hac uice tantum intrarent Conclaue, haberentque auctoritatem una cum Cardinalibus eligendi futurum Papam, & qui a duabus partibus Cardinalium, & a duabus partibus ex deputatis cuiuſlibet nationis eligeretur in Papam ille pro ſummo Pontifice haberetur & teneretur. Quapropter die Lunæ VI. Idus Nouembris eiuſdem Anni MCCCCXVII. celebrata ſeſsione publica quadrageſima prima, iuxtà decreta XL. ſeſsionis, hora poſt meridiem cum XXIII. Cardinalibus in Concilio tunc exiſtentibus, triginta aliæ perſonæ religioſę in ſacris ordinibus conſtitutæ, partim Prælati, partim aliorum ordinum, ſex uidelicet pro qualibet natione (quæ quinque erant uidelicet Italica, Gallica, Germanica, Hiſpanica, & Anglica) ingreſsi ſunt Conclaue paratum in Palatio, Epiſcopali Conſtantienſi, quorum omnium nomina hæc ſunt, tam Cardinalium, quam non Cardinalium.

CARDINALES QVI CONCLAVI QVO MARTINVS PP. V. CONSTANTIAE CREATVS EST. INTERFVERVNT XXIIII. NVMERO.

CARDINALES EPISCOPI V.

CLEMENS PP. VII.

IOANNES . . . Gallus, Epiſc. Viuarienſis Epiſc. Card. Oſtienſis S.R.E. Vicecancellarius Collegij Decanus.

BONIFACIVS PP. IX.

ANGELVS Summa Ripa Laudenſis, Epiſcopus Card. Præneſtinus, Epiſc. Laudenſis.

INNOCENTIVS PP. VII.

IORDANVS Vrſinus Domicellus Romanus, Epiſc. Card. Albanus Maior pœnitentiarius.

BENEDICTVS

BENEDICTVS PP. XIII.

LVDOVICVS de Barro Gallus, Epiſcopus Card. Portuenſis & S Ruf næ.

GREGORIVS PP. XII.

ANTONIVS Corarius Venetus, Epiſc. Bononienſis & Patriarcha, Epiſc. Card. Portueñ.

CARDINALES PRESBYTERI XIIII.

CLEMENS PP. VII.

PETRVS de Fuſſo, aliàs de Tureyo de Aragonia Hiſpanus, presbyter Card. tt. S. Suſannæ S. R. E. Archipresbyter.

IOANNES PP. XXIII.

FRANCISCVS Landus Venetus Patriarcha Conſtantinopolitanus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

GREGORIVS PP. XII.

FRATER Ioannes Dominici, ordinis prædicatorum Florentinus Archiepiſcopus Raguſinus, presb. Card. tt. S. Xyſti.

IOANNES PP. XXIII.

ANTONIVS Pancerinus de Portu Gruario Foroiulieñ. Patriarcha Aquilegieñ. presbyter Card. tt. S Suſannæ.

GREGORIVS PP. XII.

GABRIEL Condelmerius Venetus, Epiſc. Senenſis, presb. Card. tt. S. Clementis.

IOANNES PP. XXIII.

PETRVS de Aliaco Gallus, Doctor Pariſieñ Epiſc. Cameracenſis, presbyter Cardinalis. tt. S Chriſogoni.
BRANDA Caſtilionius Mediolanenſis, Epiſc. Placentinus, presb Card tt S Clementis.
THOMAS . . Neapolitanus Epiſc. Tricaricenſis, presb. Card. tt SS. Ioannis & Pauli.

GREGORIVS PP. XII.

ANGELVS Barbadicus Venetus, Epiſc. Veronenſis, presb. Card tt. SS. Petri & Marcellini.
BLANDELLVS de Blandellis Lucenſis, Epiſcopus Ariminieñ presb. Card. tt. S. Suſannæ.

IOANNES PP. XXXIII.

ALAMANVS Adimarius Florentinus, Archiepiſcopus Piſanus presb. Card. tt. S Euſebij.
GVILLELMVS Philaſterij Cenomanenſis, Decanus Remeñ presb Card. tt S. Marci Gallus.
SIMON Cramado Archiepiſcopus Remenſis Gallus, presbyter Card. tt. S. Laurentij in Lucina Patriarcha Alexandrinus.

BENEDICTVS PP. XIII.

ANTONIVS de Chalanco Gallus, presb Card. tt. S. Mariæ nouæ.

CARDINALES DIACONI V.

VRBANVS PP. VI.

RAINALDVS Brancacius Neap Diac. Card. SS. Viti & Modeſti martyrũ S. R. E. Archidiac.

CLEMENS PP. VII.

AMADEVS Salluciarum Comes Lombardus, Diac Card. S. Mariæ in Coſmedia.

BENEDICTVS PP. XIII.

LVDOVICVS de Fliſco Genuenſis, Diac. Card. S. Hadriani in tribus foris.

INNOCENTIVS

Digitized by Google

INNOCENTIVS PP. VII.

ODDO Columna Domicellus Romanus, Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.

IOANNES PP. XXIII.

LVCIDVS de Comitibus Domicellus Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE CONSTANTIA ABSENTES.

IOANNES PP. XXIII.

GEORGIVS, Epiſc. Tridētinus, presb. Card.)
THOMAS Anglus, Epiſc. Dunelmēſis, presb. Card.)ſine titulo.
ROBERTVS Anglus, Epiſ. Sarebrieñ. presb. Card.)
EGIDIVS de Cāpis Gal. Epiſ. Cōſtātieñ. presb. Car.)

Hi an abſentes an mortui fuerint (per hæc tempora incertū, (nā quod nunquā ad Ro- (manam curiam uenerint (obſcuri ſunt & ſine titulo.

Hoc tantum de eis conſtat, illos abſentes a Ioanne XXIII. PP. Cardinales factos fuiſſe in prima eius promotione, de eis preterea nec diem, nec locum, nec Annum mortis, uel alicuius rei ad eorundem uitam ſpectantis mentionē . . quamuis curioſe indagauerim unquā reperire, potui, & ideo in ſequentibus conſulto eorum memoriam facere omittam.

INNOCENTIVS PP. VII.

PETRVS Stephaneſcus Romanus, Diac. Card. S. Angeli, abſens Romæ.

IOANNES PP. XXXIII.

IACOBVS Tuſculanus Bononienſis, Diac. Card. S. Euſtachii, legatus Vrbis.

Abſentes quoque fuerunt, Benedicti XIII. in ſua obedientia nominati Cardinales uiuētes, poſt eius abrogationem in Concilio Piſano creati, de quibus uidendum in PP. Martino V.

NOMINA ELECTORVM XXX. QVI EX SINGVLIS NATIONIBVS SELECTI CVM CARDINALIBVS CONCLAVE INTRARVNT PRO ELECTIONE ROM. PONTIFICIS.

ELECTORES NATIONIS ITALICAE SEX.

BARTHOLOMEVS, Archiepiſcopus Mediolanenſis.
HENRICVS, Epiſc. Feltrenſis.
FRATER Leonardus generalis, ordinis predicatorū.
FRANCISCVS, Epiſc. Melfitenſis.
IACOBVS, electus Epiſc. Pennenſis.
PANDVLPHVS de Malateſtis Archidiaconus Bononienſis.

ELECTORES NATIONE GALLICAE VI.

GVILLELMVS, Archiepiſcopus Bituricenſis
IOANNES, Epiſc. Gebennenſis.
VVALTERVS Graſsis prior Rhodi decretorū doctor.
IACOBVS, Archiepiſc. Turoneñ.
ROBERTVS Abbas Cluniacenſis.
LAMBERTVS de Stipite Decretorum Doctor prior de Berchenyo.

ELECTORES NATIONIS GERMANICAE VI.

IOANNES Patriarcha Conſtantinopolitanus.
NICOLAVS, Archiepiſcopus Guiſnenſis.
NICOLAVS de Dinchelſpuel ſacrę paginæ Doctor.
IOANNES Archiepiſcopus Rigenſis.
SIMON, Epiſc. Tragurienſis.
Conradus de Suſato ſacrę pag. doct.

ELECTORES NATIONIS HISPANAE VI.

DIDACVS Conchenſis, Epiſc. Hiſpanus.
NICOLAVS, Epiſc. Aquenſis.
GVNDISSALVVS Graſsię, Archid. de Briuieſca.
IOANNES Pacenſis, Epiſc. Hiſpanus.
Philipp. de Madalia, Arch. Barchinoneñ.
VELASCHVS Petri utriuſq; iuris Doctor.

Digitized by Google

ELECTORES NATIONIS ANGLICAE SEX.

RICARDVS, Epiſc. Londinenſis
IOANNES Lichfeldenſis, Epiſcopus.
THOMAS S. Mariæ Eboracenſis Abbas.
NICOLAVS, Epiſc. Bathonienſis.
IOANNES, Epiſc. Noruicenſis.
THOMAS Decanus Eboracẽſis Protonotarius.

Hi omnes electores numero quinquaginta quatuor, quarta die poſt ingreſſum Cõclauis, uidelicet III. Idus Nouembris nemine diſcrepante, & una omnium uoluntate, inuocata ſpiritus ſancti gratia, elegerunt in ſummum Romanæ Eccleſiæ & totius orbis Chriſtiani Pontificem, Oddonem Columna Domicellum Romanum, Diaconum Cardinalem S. Georgij ad Velum aureum. Qui decreto electionis acceptato Martinus PP. V. appellari uoluit, quod die ipſo electionis ſolennitas S. Martini Epiſcopi & confeſſoris ab Eccleſia celebraretur.

MARTINVS PP. V. NV. CCXXXVIII. AN. CHR. MCDXVII.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. MARTINVS V. PONT. MAX. ROMANVS Otho Columna ex patre Agapito Domicellus Romanus iuris Pontificij Doctor, Vrbani PP. VI. referendarius, poſt Diac. Card. S. Georgij ad Velũ aureum, ab Innocentio VII. cum aliis decem creatus. Hic ſub Ioanne PP. XXIII. legationem Vmbriæ integre ſanctæque adminiſtrauit, poſt cuius abrogationem in Concilio Conſtantienſe, omnium Cardinalium & Prælatorum quinque nationum conſenſu, in Die S. Martini Pontifex Maximus creatus eſt, ſedit in Petri cathedra Annos XIII. Mens. III. D. X.

CONSECRATIO CORONATIO.Q. MARTINI V. PONT. MAXIMI.

Eodem Anno Die Sabbati X. Cal. Decembris D. PP. Martinus per Ioannẽ Card. Oſtieñ. in presbyterum ordinatus eſt, & ſequenti Die Dominico XI. Cal. Decembris ab eodem Cardinale Oſtienſe in Epiſcopum conſecratus, Miſſaque de ſpiritu ſancto cantata per Raynaldum Brancaccium Neapolitanum SS. Viti & Modeſti martyrum in Macello S. R. E. Archidiaconum, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit ante fores Baſilicæ cathedralis Conſtantienſis omni aſtante Concilio, Imperatore Sigiſmondo Auguſto, & innumera populorum multitudine, ex omni Germania, Italia, & Gallia, illuc confluente.

DISSOLVTIO CONCILII CONSTANTIENSIS.

Anno Chriſti MCDXIIX. Pontificatus PP. Martini V. Anno primo XII. Calend. Maii ex totius Concilii decreto, Pontificiſque auctoritate, Concilium Generale Conſtantienſe diſſolutum eſt. Quùm Annos tres, Menſes V. Dies XV. iam perduraſſet, & in ſequens triennium aliud Conciliũ Generale indictum eſt, in quo negociũ reformationis Eccleſiæ agi deberet.

DISCESSVS

Digitized by Google

DISCESSVS PP. MARTINI V. E CONSTANTIA.

Eodem Anno Die Lunæ xvII. Calend. Maij Hora tertiarum PP. Martinus v. Diſceſsit Conſtantia & Gebbennis tranſiens Menſe Octobris uenit Mantuam, ubi per aliquot Menſes commoratus.

Anno Chriſti ↀccccxix. Die Martis vII. Idus Februarij Mantua Florentiam uerſus diſcedens, Die IIII. Cal. Martij eandem Vrbem ingreſſus eſt, ubi xIIx. Menſes cõmoratus eſt.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſtianæ ſalutis ↀccccxix. Pontificatus PP. Martini v. Anno ſecundo. Die Veneris Ix. Cal. Iulij PP. Martinus v. Florentiæ fecit primam Cardinalium ordinationem qua unum tantum Cardinalem Epiſcopum creauit, ſeu potius reſtituit. Is fuit D.

1 BALTASSAR Coſſa Neapolitanus, olim Ioannes xxIII. PP. in Concilio depoſitus, Epiſ. Card. Tuſc. & Collegij Cardinaliũ Decanus, qui eo An. Ix. Cal. Ianuarij mortuus eſt.

INTROITVS PP. MARTINI V. IN VRBEM ROMAM.

Anno Chriſti ↀccccxx. Pontificatus PP. Martini v. Anno tertio, Die Lunæ v. Idus Septemb. PP. Martinus v. Florentia Romam uerſus diſcedens, Die Sabbati IIII. Cal. Octob. Vrbem ingreſſus eſt, manſitq; per duos dies in Monaſterio S. Mariæ de populo intra muros Vrbis, & Die Lunę pridie Cal. Octob. profectus eſt ad ſanctum Petrum.

SECVNDA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſtianæ ſalutis ↀccccxxvI. Pontificatus PP. Martini v. Anno nono, Die Veneris Ix. Cal. Iulij PP. Martinus v. fecit ſecundã ordinationem quatuordecim Cardinalium, ex quibus Decem publicauit quatuor uero ad beneplacitum ſuum publicandos ſibi reſeruauit. In his fuerunt nouem presbyteri, & quinque Diacones quorum nomina ſunt hæc.

2 IOANNES de Rupeſciſſa Gallus, Archiepiſcopus Rothomageñ. presb. Card. S. Laurentij in Lucina abſens.

3 LVDOVICVS Alamanus Decretorum Doctor Gallus, Archiepiſc. Arelateñ. Vicecamerarius, & prolegatus Bononienſis, presb. Card. tt. S. Cæciliæ abſens.

4 HENRICVS Anglus, Archiepiſcopus VVintonienſis, presb. Card. tt. S. Euſebij abſens.

5 IOANNES . . Germanus. Epiſ. Olmuceñ. presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis abſens.

6 ANTONIVS Caſsinus Ignobilis Senenſis, Epiſc. Senenſis, presb. Card. tt. S. Marcelli.

7 FRATER Nicolaus Albergatus Bononienſis Monachus Carthuſiæ, presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.


8 RAIMVNDVS Mayroſius Gallus, Decretorum Doctor, Epiſcopus Caſtrenſis, presbyter Card. tt. S. Praxedis.

9 IOANNES Ceruantes Hiſpaleñ. Hiſpanus, Archidiaconus Hiſpaleñ. presbyter Card. tt. S. Petri ad Vincula.


10 ARDICINVS de la Porta Nouanenſis. i. v. Doctor, literarum Apoſtolicarum Abbreuiator, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.

11 HVGO Regis Cypri Frater Germanus Gręcus, electus Archiepiſcopus Nicoſienſis, Diac. Card. S. Hadriani.


III. IIII. V.




VI. VII. VIII.


IX. X. XI.





CARDINALES HOC DIE CREATI SED NON PVBLICATI.

12 DOMINICVS Raymundus Epiſc. Ilerdenſis, poſt Archiepiſcopus Tarraconēſis Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Xyſti.

13 PROSPER Colūna nepos eius Domicellus Rom. Diac. Card. S. Georgij ad Velū aureū.

14 DOMINICVS Capranicus Romanus, electus Firmanus, Diac. Card. S. Mariç in Via lata.

15 IVLIANVS Cæſarinus Romanus, Diac. Card. S. Angeli in Foro Piſcium.



TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti ∞CDXXX, Pontificatus PP. Martini V. Anno XIII. Die VI. Idus Nouembris PP. Martinus V. fecit tertiam Cardinalium ordinationem, iu qua duos ex quatuor ſuperioribus tantum publicauit, & alios duos presbyteros Cardinales de nouo creauit ſed non publicauit, publicati fuerunt, hi.

16 PROSPER Colūna Domicellus Rom. nepos eius, Diac. Card. S. Georgii ad Velū aureū.

17 IVLIANVS Cæſarinus Romanus, Diac. Card. S Angeli in foro Piſcium.

XII. XIII. XIIII.

Digitized by Google

XV.



CARDINALES AVTEM NON PVBLICATI FVERVNT.

18 FRATER Ioannes Caſa noua Hiſpanus de Aragonia, ordinis prædicatorum Theologus, Epiſc. Eluenſis, presb. Card. tt. S. Xyſti, &

19 GVILLELMVS de Monte Forti Gallus, Epiſc. Maclouienſis, presb. Card. tt. S. Anaſtaſię. Hos enim duos creauit, ſed morte præuentus nec ipſos, nec ſuperiores uidelicet Ilerdenſem, & Capranicum iam pridem creatos publicauit, Qui omnes poſtea ab Eugenio IIII. Martini V. ſucceſſore Pileis rubris acceptis publicati ſunt & in cęterorum Collegium cooptati.

XVI.



XVII.



EPILOGVS CARDINALIVM MARTINI PP. QVINTI.

Martinus PP. V. tribus ordinationibus Cardinales XVII. creauit, unum Epiſcopum Tuſculanum, qui fuit Baltaſſar Coſſa, presbyteros undecim, & Diacones quinque, Menſibus Iunij & Nouembris, ex quibus uiuens treſdecim tantum publicauit, reliqui uero IIII. ab eo quidē creati poſt eius mortem a ſucceſſore ſuo Eugenio IIII. publicati ſunt.

OBITVS PP. MARTINI V.

Anno Chriſti ↀCCCCXXXI. Die X Calend. Martij Romæ in Palatio Apoſtolico S. Petri Martinus PP. V. Pontificatus ſui Anno quartodecimo diem clauſit extremum, cuius cadauer in Baſilica Lateranenſi ante capita Apoſtolorum Petri & Pauli, ſepulchro æneo conditum eſt, ſicut ipſe iuſſerat. Vacat tunc Apoſtolica ſedes dies decem.

Eodem Anno Die obitus PP. uidelicet X. Calend. Martij exequiæ ſiue nouendialia PP. Martini V. a Cardinalibus more maiorum nouem diebus celebrari cæpta in Baſilica principis Apoſtolorum.

Eodem Anno Calend. Martij, Miſſa de ſpiritu ſancto per Dominum Albanenſem Card. de Vrſinis, Collegij Decanum cantata, exequijsque Martiui PP. V. finitis, Cardinales numero XIIII. Conclaue ingreſsi ſunt paratum in ſacrario Baſilicæ S. Mariæ ſuper Mineruam, ordinis prædicatorum

Digitized by Google

nis prædicatorum, ubi altero poſt Conclauis ingreſſum die, ideſt v. Nonas Martij unanimi uolutate & conſenſu in ſummum Põtificem, atque uniuerſalem Papam elegerunt Gabrielem Condelmerium Venetum nepotem ex ſorore PP. Gregorij XII. presbyterum Cardinalē tt. S. Clementis, qui aſſumpſit ſibi nomen Eugenij PP. quarti, de quo uide infra.

CARDINALES MORTVI A DEPOSITIONE.

PP. IOANNES XXIII. AD OBITVM MARTINI PP. V

Anno Chriſtianæ ſalutis ∞CDXV. ſede Apoſtolica uacante poſt depoſitionem PP. Ioannis XXIII. Die XVII. Calend. Nouembris. Landulphus Maramauius Neapolitanus, electus Archiepiſcopus Barenſis, Diac. Card S. Nicolai in carcere Tulliano. Legatus in Regno Siciliæ ſub Bonifacio PP. IX. Peruſii quoque & Romandiolæ ſub eodem & Innocentio VII. & in Hiſpanijs contra Petrum de Luna ſub Ioanne XXIII. obijt Conſtantię in Concilio Generali, ſepultus in Eccleſia, ordinis prædicatorum S. Dominici.

Anno Chriſtianæ Natiuitatis ∞CCCCXVI. Anno tertio, uacantis ſedis poſt abrogationē PP. Ioannis XXIII. Die VI. Calend. Octobris Franciſcus Zabarella Patauinus iuris utriuſq; ſummus interpręs, electus Epiſc. Florentinus, Diac. Card. SS. Coſmę, & Damiani, obijt Conſtantiæ in Concilio Generali cuius ipſe moderator fuerat, paulo ante Pontificatum Martini PP. V. ſepultus ad minores, in Eccleſia S. Franciſci. Vir omnium mortalium ingratiſsimus.

Anno Chriſti ∞CDXV. . . Sede Apoſtolica uacante Die . . Angelus Corario Venetus, Epiſc. Card. & Collegij Decanus perpetuusque Marchię legatus olim Gregorius XII. in ſua obedientia PP. nominatus, quùm prius ſponte per procuratorem in Concilio Conſtantienſe Pontificatu abdicaſſet, non longe poſt Recaneti in Piceno mortuus eſt, ibique in cathedrali ſepultus.

Anno Dominicæ incarnationis ∞CCCCXVII. Pontificatus PP. Martini V. Anno primo die pridie Calendas Nouembris Petrus Stephaneſchus Romanus Acolythus & protonotarius, Diac. Card. S. Angeli, poſt SS. Coſmæ, & Damiani, denuo S. Angeli legatus Peruſii, Vrbis Romæ, patrimonij & Vmbriæ, itemque in Regno Siciliæ contra Ladiſlaum Regem Gregorio iam priuato fauentem ſub PP. Ioanne XXIII. mortuus eſt Romæ eiuſque cadauer ſepulchro marmoreo, in Baſilica S. Mariæ trans Tyberim conditum eſt.

Anno Chriſtianę ſalutis ∞CCCCXVIII. Põtificatus Domini Martini PP. V. Anno primo, Die XVII. Calend. Septembris Angelus Barbadicus Venetus patritiæ gentis Decretorum Doctor, Epiſcopus Veronenſis, presb. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, Gebennis in Sabaudia, rediens a Concilio Conſtantienſi, mortuus eſt, ibique ſepultus in Eccleſia ſanct. . .

Eodem Anno Die tertio Nonas Septembris. Antonius de Chalanco Gallus, Archiepiſc. Lauſanenſis Allobrox, Diac. Card. S. Mariæ in Via lata, poſt presbyter Card. tt. S. Cæciliæ Apoſtolicæ ſedis de latere ſub Ioanne XXIII. in Regnis Angliæ & Scotiæ legatus, mortuus eſt, in ciuitate Lauſanenſi cuius erat Archiepiſcopus, ibique eius cadauer in Eccleſia cathedrali ſanct. . . ſepultum eſt.

Anno Chriſtianæ Natiuitatis ∞CCCCXIX. Pontificatus PP. Martini V. Anno ſecundo, Die IIII. Idus Iunij Frater Ioannes Dominici a plebe Florentina humili loco natus, ordinis Fratrum prædicatorum, Theologus, ac magnus concionator Archiepiſcopus Raguſinus, presb. Card. tt. S. Xyſti. legatus PP. Gregorij XII. in Germania, ad Venetos, in Patriarchatu Gradenſi, cum auctoritate exercendi officium exercendi pœnitẽtiarij maioris ad Sigiſmundum Imperatorem, & ad Concilium Conſtantienſe authorizandum nomine dicti Gregorij XII. Sub Martino PP. V. legatus in omni Germania, Vngaria, Polonia, Dalmatia, Crouatia, Cadomeria, Ruſsia, Seruia, Bulgaria, Sclauonia & ad cæteras partes Septentrionales. Itemq; ad Imperatorem Sigiſmundum, & Regem Vngariæ Vladiſlaum, qua legatione adhuc fungens, Budæ in Vngaria mortuus eſt, ſepultumque cadauer in monaſterio Fratrum S. Pauli primi Eremitæ.

Eodem Anno Die III. Calend. Iulij Amadeus ex Marchioribus Salluciarum, Lombardus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, legatus ad . . . mortuus eſt in . . .

Eodem Anno Die IX. Calend. Ianuarij Baltaſſar Coſſa Neapolitanus, Cubicularius & Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Euſtachij & Bononię ſub Bonifacio IX. Innocentio VII. Gregorio XII. & Alexãdro V. de latere legatus, poſt PP. factus Ioã. XXIII. appellatus eſt, Deinde Papatu in Concilio Conſtãtienſe priuatus, Epiſc. Card. Tuſculanus, Collegijq; Cardinalium Decanus factus a PP. Martino V. mortuus eſt Florentiæ, & in Baptiſterio S. Ioannis

Digitized by Google

Ioannis prope Eccleſiam cathedralem honorificentiſsime tumulatus.

Anno Chriſtianæ redemptionis ccccccxx. Pontificatus pp. Martini v. Anno tertio, Die v. Idus Septembris. Petrus . . . . Hiſpanus presb. Card. tt. S. Praxedis, poſt Epiſcopus Card. Sabinus, uulgo Card. de Hiſpania appellatus, legatus Vrbis Romæ ſub pp. Ioanne xxiii. mortuus eſt Florentiæ ſepultus in monaſterio S. Mariæ de Angelis.

Eodem Anno Die viii. Idus Octobris Carolus . . . Gallus, Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureū Romæ in Regione trans Tyberim ubi habitabat, mortuus eſt, ſepultusque cadauer in Baſilica S Mariæ trans Tyberim.

Eodem Anno. Pontificatus uerò pp. Martini v. Anno quarto, Die . . Nouembris . . Montis Aragonum Hiſpanus Canonicus Regularis presb. Card. tt. ſanct. . . . Romæ mortuus eſt ſepultus in Eccl. . . .

Anno Chriſtiani Natalis ccccccxxii. Pōtificatus pp. Martini v. Anno quinto, Die xi. Calend. Septemb. Petrus Fonſecca Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli, legatus in Hiſpania, ad Regem Aragonum Alphonſum, in Regno Neapolitano, item in Græcia, ſub pp. Martino v. Romæ mortuus eſt, eiuſq; corpus in Baſilica principis Apoſtolorum, in ędicula S. Thomæ ſepulchro marmoreo tumulatum.

Eodem Anno Die xv. Calend. Octobr. Alamanus Adimarius Florentinus, Archiepiſc. Tarentinus, poſt Piſanus, presb. Card. tt. S. Euſebij legatus ſub Ioanne xxiii. Franciæ, & ſub Martino v. in Regnis Aragoniæ & Nauarræ contra Petrum de Luna iam in Concilio Conſtantienſi iterum depoſitum. Obiit Tibure ex peſte, cuius cadauer Romam relatum in Diac. S. Mariæ nouæ, honorifice ſepultum eſt.

Anno Chriſtianæ ſalutis ccccccxxiii. Pontificatus pp. Martini v. Anno ſexto, Die iii. Nonas Aprilis Ludouicus de Fliſco Ligur Genuenſis, Diac. Card. S. Hadriani, legatus in Regno Neapolitano, Bononiæ, & Romandiolæ ſub pp. Ioanne xxiii. Romæ mortuus eſt, cuius cadauer Genuam tranſlatum eſt, cum maioribus ſuis ſepeliendum.

Anno Chriſtianę Natiuitatis ccccccxxiiii. Pontificatus pp. Martini v. Anno ſeptimo, Die iii. Idus Auguſti Petrus Maurocenus Venetus Artium Doctor protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S Mariæ in Dominica, legatus ſub pp. Martino v. in Regno Siciliæ cis Farum ad inueſtiendam, & coronandam Reginam Ioannam ſecundam, mortuus eſt in Caſtro Gallicani Præneſtinæ Diœceſis, Romamque cadauer reportatum Romæ in Diaconia S. Mariæ nouæ ſepultum eſt.

Anno Chriſti ccccccxxv. Pontificatus pp. Martini v. Anno octauo, Die . . Ludouicus de Barro Gallus, Epiſcopus Pictauenſis, Diac. Card. S. Agathæ, poſt presb. Card. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum, deinde Epiſc. Card. Portuenſis, legatus Apoſtolicæ ſedis ſub pp. Ioā. xxiii in Frācia & Germania, obiit in partibus ſuis, ibiq; cadauer recōditū.

Eodem Anno Die . . Petrus de Aliaco Doctor Pariſienſis Gallus, Epiſc. Cameracenſis, presb. Card. tt. S. Chryſogoni. Apoſtolicæ ſedis in Germania ſub Ioanne xxiii. de latere legatus, obiit in partibus ſuis ibique ſepultus eſt.

Anno Chriſtiani Natalis ccccccxxvi. Pontificatus pp. Martini v. Anno nono, Die . . Februarii Ioannes Epiſcopus Viuanenſis Gallus, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ, poſt Epiſc. Card. Oſtieñ. & S. R. E. Vicecancellarius, legatus in . . . Romæ mortuus eſt, ibique ſepultus in Eccleſia ſanct. . . . .

Anno ccccxxvii. Die vi. Idus Septembr. Tomas . . Neap. Epiſc. Tricariceñ. presb. Card. tt. SS. Ioannis & Pauli Apoſtolicæ ſedis legatus in . . Romæ mortuus eſt, ibique cadauer ſepultum in Eccleſia ſanct. . . .

Eodem Anno Die . . Septembr. Rainaldus Brācacius Neap. S. R. E. Archidiac. Card. SS. Viti & Modeſti martyrū in Macello, legatus Apoſtolicæ ſedes ſub Ioanne pp. xxiii. in Regno Neapol. ad Regē Ladiſlaū, Romę mortuus eſt, ibiq; cadauer ſepultū in Eccl. S. . .

Eodē Anno Die xii. Cal. Nouemb. Raymūdus Mayroſius Gallus, utriuſq; iuris Doctor, Epiſ. Caſtreñ. presb. Card. tt. S Praxedis, Romę mortuus eſt, & in tt. ſuo S. Praxedis ſepult.

Anno Chriſtiani Natalis ccccccxxviii. Pōtificatus pp. Martini v. Anno xi. Die viii. Idus Nouembr. Guillelmus Philaſterii Cænomanenſis Gallus, Decanus Remenſis Eccleſiæ, primo Diac. mox, presb. Card. tt. S. Marci legatus Apoſtolicæ ſedis ſub pp. Martino v. in Galliis, Romæ maior nonagenario mortuus eſt, ſepultumque cadauer in tt. S. Chryſogoni marmoreo ſepulchro.

Eodē Anno Die vii. Cal. Ianuarii. Frāciſcus Landus Venetus Patriarcha Conſtantinopolitanus, presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem, poſt Epiſcopus Cardinalis Sabinus, iuris

Digitized by Google

iuris utriuſque Doctor legatus ſub Ioanne XXIII. & Martino V. ad . . . Romę mortuus eſt, cadauerque in Baſilica S. Mariæ Maioris prope præſepe illatum.

Anno Chriſtianæ redemptionis ꟾↃCCCCCXXIX. Pontificatus PP. Martini V. Anno XII. Die . . . Simon Cramado Gallus, Archiepiſcopus Remēſes, & Patriarcha Alexandrinus, presbyter Card. tt. S. Laurentij in Lucina mortuus eſt in partibus ſuis, ibiq; cadauer eius ſepultum.

Eodem Anno Die . . Alphonſus Carillus Hiſpanus, presb. Card. tt SS. quatuor coronatorum, Romæ mortuus eſt ibique in Eccleſia ſanct. . . ſepultus.


Anno Chriſtianæ ſalutis ꟾↃCCCCCXXX. Pontificatus Domini PP. Martini V. Anno quarto decimo. Die . . Decembris Ioannes . . . . Germanus, Epiſcopus Vlmenſis commēdatarius Eccleſiæ Archiepiſcopalis Pragenſis, presb. Card. tt. S Cyriaci in Thermis. Romæ mortuus eſt, cadauerque ibi ſepultum in Eccleſia. S. . . .

Anno Dominicę Natiuitatis ꟾↃCCCCCXXXI. Pontificatus ſanctiſsimi Domini noſtri Martini diuina prouidentia PP. quinti Anno quartodecimo. Die . . Ianuarij Iacobus de Inſulanis Bononienſis miles & ciuis Bononienſis, iuris utriuſque Doctor, Diac. Card. S. Euſtachij, poſt S. Marię nouę, Vrbis legatus, & in omni ditione Eccleſiaſtica. In Italia Vicarius Generalis tempore Concilij Conſtantienſis, mortuus eſt in prioratu ſuo S. Mariæ de Caluzzono, ordinis Cluniacenſis prope Mediolanum, ibique cadauer ſepultum, extremis Martini V. PP. cui parum gratus fuit temporibus.

OMNES SVNT NVMERO XXV.

EVGENIVS PP. IIII. NV. CCXXXIX. AN. CHR. ꟾↃCDXXXI.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. EVGENIVS IIII. PONT. MAX. VENETVS Gabriel Condelmerius Venetus Gregorij PP. XII. ſororis filius, Canonicus regularis (ut uocant) Cæleſtini habitus congregationis Venetiarum Sancti Georgij in Alga, ab Auūculo PP. creato, Protonotarius Apoſtolicus, Theſaurarius, electus Epiſc. Senenſis, & S. Mariæ nouæ primo Diaconus mox tt. S Clementis, presb. Card. creatus. Hic non niſi in Concilio Conſtantienſi, pro Cardinali haberi cæptus eſt, quando PP. Gregorius XII. ſponte, Pontificatu abdicauit, nam antea quod contra Cardinalium uoluntatem, & iuramenta a Gregorio XII de nō creandis nouis Cardinalibus, niſi conſultis & cōſentientibus partibus, in principio ſui Pontificatus præſtita, & uota, Cardinalis cum alijs tribus in prima Gregorii XII. promotione ordinatus fuerat, inter Cardinales nec ipſe nec eius collegæ cenſebātur. Sub Martino V. Marchiæ Anconitanæ legatus fuit. Quo etiam mortuo decimo. Vacantis ſedes die. Hoc eſt quinto nonas

to nonas Martij XIII, Cardinalium in Conclaui tunc apud Eccleſiā S. Mariæ ſuper Mineruam exiſtentium, quùm eſſet, Epiſcopus Card. Tuſculanus Pontifex Maximus renunciatus eſt. Sedit autem Annos XV. Menſes XI. & Dies XXI. De eius uero priuatione in Concilio Baſilienſi, & ſubrogatione Felicis PP. V. uideq́ paulo poſt.

CARDINALES QVI CONCLAVI QVO EVGENIVS IIII. PP. FACTVS EST INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI III.

INNOCENTIVS PP. VII.

IORDANVS Vrſinus Domicellus Romanus, Epiſcopus Card. Albanus S. R. E. maior pœnitentiarius.

GREGORIVS PP. XII.

ANTONIVS Corarius Venetus, Epiſc. Bononienſis Epiſc. Card. Portuenſis & S Rufinæ.
GABRIEL Condelmerius Venetus, Epiſc. Card. Tuſculanus. Senenſis uulgo appellatus.

CARDINALES PRESBYTERI VI.

IOANNES PP. XXIII.

ANTONIVS Pancerinus de Portu Gruario Foroiulieñ. Patriarcha Aquilegieñ. presbyter Card. tt. S. Suſannæ S. R. E. Archipresbyter.
BRANDA Caſtellio Mediolanenſis, Epiſc. Placentinus, presb. Card. tt. S. Clementis.

MARTINVS PP. V.

IOANNES de Rupeſciſſa Archiepiſcopus Rothomagenſis Gallus, presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina.
LVDOVICVS Alamanus Archiepiſcopus Arelatenſis Gallus, presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.
ANTONIVS Caſsinus Senenſis, Epiſc. Senenſis, presb. Card. in tt. S. Marcelli.
IOANNES Ceruantes Hiſpalenſis Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula.

CARDINALES DIACONI V.

BENEDICTVS PP. XIII.

ALPHONSVS . . Hiſpanus, Diac. Card. S. Euſtachij S. R. E. Archidiac.

IOANNES PP. XXIII.

LVCIDVS de Comitibus Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia aliàs Schola Græca.

MARTINVS PP. V.

HVGO de Cypro electus Nicoſienſis Frater Regis Cypri, Diac. Card. S. Hadriani.
ARDICINVS de la Porta Nouarienſis, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
PROSPER Columna Domicellus Romanus, Diac. Card. S. Georgij ad Velum auri.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES V.

BONIFACIVS PP. IX.

ANGELVS Summa Ripa Laudenſis, Epiſc. Card. Prænestinus, & Decanus Collegij.

BENEDICTVS PP. XIII.

PETRVS de Comitibus de Fuſſo Hiſpanus de Regno Nauarræ, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

MARTINVS PP. V.

HENRICVS Anglus, Archiepiſcopus VVintonienſis, presb. Card. tt. S. Euſebij.
NICOLAVS Albergatus Bononienſis Carthuſianus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
IVLIANVS Cæſarinus Romanus, Diac. Card. S. Angeli in foro Piſcium.

CORONATIO

CORONATIO EVGENII IIII. PONTIFICIS MAXIMI.

Eodem Anno Die v. Idus Martij PP. Eugenius IIII. per Alphonſum, Diaconum Cardinalem S. Euſtachij S. R. E Archidiaconum, in gradibus ante fores Baſilicę principis Apoſtolorum, omni aſtante populo ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

PRIMA CARDINALIVM PP. EVGENII IIII. CREATIO.

Anno Chriſti MCCCCXXXI. Pontificatus PP. Eugenij IIII. Anno primo Dię XIIII. Calēd. Iunij PP. Eugenius IIII. fecit primam ordinationem duorum Cardinalium, presbyterorum Romæ in qua nepotem ſuum Cardinalem creauit, fuerunt autem hi.

FRANCISCVS Condelmerius Venetus Eugenii PP. quarti nepos protonotarius Apoſtolicus, & Vicecamerarius, presb. Card. tt. S Clementis S. R. E. Camerarius paulo poſt factus.

ANGELOTTVS Fuſcus Romanus, Epiſc. Cauenſis, presb. Card. tt. S. Marci.

QVATVOR CARDINALES A MARTINO PP. CREATI ET AB EVGENIO PP. IIII. PVBLICATI.

1 DOMINICVS Raymundus Hiſpanus, Epiſc. Ilerdenſis, & poſt Archiepiſcopus Tarraconenſis S. R E. presb. Card. tt. SS. Ioannis & Pauli.

2 FRATER Ioannes Caſanoua Hiſpanus, ordinis prædicatorum Magiſter in Theologia de Regno Aragoniæ, Epiſc. Elnenſis, presb. Card. tt. S. Xyſti.

3 GVILLELMVS de Diuano de Monte forti Gallus, Epiſc. Maclouienſis, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

4 DOMINICVS Capranica Romanus, electus Firmanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

CONCILIVM BASILEENSE.

SVBLATO cum maximis difficultatibus, & longo temporis interuallo, In Cōcilio Conſtantienſi peſsimo ſchiſmate, principum omnium, Eccleſiaſticorum & Sæcularium, maxime uero Sigiſmundi Imperatoris labore & induſtria, De componendis moribus nimia licentia iam labefactatis, tā Clericorum, quam Laicorum mentio haberi cæpta eſt, itemque de Eccleſiæ Romanæ reformatione, tam Pontificis quam Cardinalium. Verum quia quadriennio Conſtantienſe Concilium iam durauerat, cum magno Prælatorum & Eccleſiarum incommodo, & ſumptu, Martino PP. v. placuit, approbante Concilio rem tantum in aliud magis idoneum tempus trāsferre, ita tamen ut in proximo futuro Concilio reformationis Eccleſiæ negotium transfigeretur. Dicebant enim rem ipſam maturitate & Conſilio indigere, quūm unaquæque prouincia ſuos habeat mores, ſuosq; ſenſus, qui tolli ſubito ſine maxima rerum perturbatione non poſſunt. Verum quia ſchiſma ex parua re antea ortum fuerat, diutiuſque cum magna totius Reip. Chriſtianæ calamitate durauerat, de celebrandis Conciliis talem ſententiam promulgauit, maxime uero ubi intellexit Ioannem XXIII. e cuſtodia lapſum aufugiſſe, (uerebatur enim ne rurſum aliud Concilium inchoaretur) eius autem ſententia & decretum hoc fuit, ut a fine Concilii Conſtantienſis, non niſi ad quinquennium uſque Conciliū denuo celebraretur, utque a quinquennio illo ad ſeptennium ſequens iterum Cōcilium congregaretur, a ſeptennio uero ad decennium proximum tertium Concilium Generale poſt Cōſtantienſe indiceretur, deinceps ſingulis decenniis Romanus Pontifex Concilium generale cōuocare loco idoneo teneretur, utque hæc res legis haberet locum, in quo de rebus omnibus ad fidem & Remp. Chriſtianam pertinentibus negocia tranſigerentur. Ad hanc antē inſtitutionem approbandam. bulla ſua eam rem Martinus approbare uoluit, in eius ſententiam Concilio ueniente. Vt uero omnes intelligerent ſibi in animo eſſe proximo quinquennio elapſo Concilium habere, XIII. Calend. Maii PP. Martinus in publica ſeſsione, locum ad id aptum coram omni Concilio quæſiuit, ac tandem approbantibus omnibus Papiam in Lombardia idoneum habendi Concilii futuri locum eſſe decreuit, literaſque Apoſtolicas ſuper ea re edidit. Elapſo uero quinquennio a celebratione Concilii Conſtantienſis. Papiæ iuſſu Martini Concilium generale inchoatum eſt, eo miſsis quinque Prælatis qui nomine Apoſtolicæ ſedis & PP. Martini Concilium inchoarēt. Quod & factum eſt, uerum maxime peſtis morbo ingruente de PP. Martini conſenſu illud Senas in Tuſciam tranſtulerunt. Vbi cum iam inchoatum eſſet, ob legitimas cauſas a Martino v. diſſolutum eſt. Alphonſus enim Aragonum Rex Martino v. infenſus, quod ab eo titulū Regni Siciliæ habere nō potuerat,

Oratorem

Oratorem ad Concilium Senas miſit, qui & Concilium in longum duceret, & cauſam Petri de Luna adhuc in Paniſchola ſuperſtitis reſtituerat, largitione, & pollicitationibus ambiendo unumquemque ex his qui in Concilio auctoritatem haberent. Hanc ob rem PP. Martinus non ignarus quantam calamitatem ea res Romanæ Eccleſiæ allatura eſſet, quantumque periculi in mora haberetur, approbatis decretis in Concilio habitis quæ ad fidem pertinebant, Concilium id quinquennale diſſolui iuſsit, & ne ſubterfugere conuentum Chriſtianorum uideretur, inſequens ſeptennium Concilio adiudicauit, quod in Baſilea Biſuntinæ Diœceſis in Germania celebrandum indixit. Septennio autem elapſo, Concilium ut inſtituerat tempore oportuno Baſileæ celebrandum indixit, & Bulla ſua conuocauit Romæ apud ſanctos Apoſtolos Cal. Februarij Pōtificatus ſui Anno XIIII. incarnationis Dominicæ ꝏcDxxxi. Ad quod cum propter ſenium, & infirmitates quibus laborabat, perſonaliter accedere non poſſet, ex conſenſu Fratrum ſuorum S.R.E. Cardinalium, Iulianum Cæſarinum Romanū Diaconum Card. S. Angeli, Apoſtolicæ ſedis tunc in Germania legatum, ad celebrandum ipſum Concilium uice ſua præſidentem & legatum, eodem Anno Bulla ſua inſtituit. Bulla præſidentię & legationis ad Concilium eidem Cardinali miſſam, paulo poſt PP. Martinus V. mortuus eſt.

Martino V. Pontifice Maximo uita functo Eugenius PP. IIII. qui ei in Pontificatu ſucceſſerat, Concilium Generale Baſilienſe a Martino V. iam pridem indictum, ſtatim approbare literis Apoſtolicis aggreſſus eſt, primo enim Anno ſui Pontificatus pridie Cal. Iunii, Iuliano Cæſarino Romano Diacono Cardinali S. Angeli, tunc in Germania contra peſtiferam Huſsitarum Boëmorum hęreſim, Apoſtolicę ſedis legato ſcripſit, ut iuxtà Concilii Conſtantienſis decreta, a Martino V. executioni mandata, ſtatim Baſileam ſe conferret, ibique ſecundum tenorem Bullæ PP. Martini V. auctoritate Apoſtolica, eiuſdem ſacroſanctæ Apoſtolicæ ſedis legatus, in Concilio Generale Baſilienſi præſideret. Hæc quùm executioni ipſe Cardinalis mandare ſtuderet, eo tempore quo inchoatio Concilij Generalis inſtabat, circa Boëmorum Huſsitarum expeditionem ipſum uehementer laborare contingit, cuius etiam rei cauſa præcipuæ in Germaniam a Martino V. legatus fuerat deſtinatus. Qui etſi aduerſum eam hæreſim pro cauſa fidei uehementer eſſet occupatus, tamen ne per eius abſentiā inchoatio Concilij, uel a ſtato tempore prolungaretur, aut omnino impediretur, ipſe ſtatim Baſileam miſit Ioannem Polmar Domini PP. capellanum, & ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditorem, Magiſtrumque Ioannem Raguſinum Doctorem Pariſienſem, ordinis Fratrum prædicatorū procuratorē generalē, qui nomine ſuo principiū Cōcilio darent, eidemq; Concilio uſque ad legati Card. aduentum, qui cito ſperabatur, præſiderent. Hi XIIII. Calend. Auguſti, Anno Chriſtianæ ſalutis ꝏccccxxxi. Pontificatus PP. Eugenij quarti Anno primo Baſileam ingreſsi, eodem Anno, & Menſe uidelicet Die X. Calend. Auguſti, ibidem præſidentes cōuocatis omnibus Eccleſiaſticis perſonis tam aduenis quam terræ incolis, in capitulo nationis Eccleſiæ Baſilieñ. inuocata ſpiritus ſancti gratia inchoauerunt Concilium, ad quod iam magna prælatorum frequentia conuenerat, nomine D. Iuliani Cæſarini, Diaconi Cardinalis S. Angeli Apoſtolicæ ſedis de latere legati, legitima poteſtate eidem ad hoc ſpecialiter conceſſa, primo a PP. Martino V. mox ab eius ſucceſſore Eugenio IIII. uiuente, ipſumque ſacroſanctum & œcumenicum Concilium ſtabilierunt, conſentiente & approbante, tam dicto Domino Cardinale legato quam ipſo PP. Eugenio IIII. Quo inchoato, expeditiſque negocijs Boëmorum hæreticorum, eò Cardinalis ipſe Iulianus præſidens & legatus de uoluntate PP. non longe poſt acceſsit, iniunctum legationis munus in hac ſacroſancti & œcumenici Concilij celebratione adimpleturus, iuxtà duorum Pontificum Romanorum, uidelicet Martini V. & Eugenii IIII. uiuentis, literarum Apoſtolicarum tenorem.

SECVNDA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti ꝏccccxxxvii. Pōtificatus PP. Eugenii quarti Anno ſeptimo, Die V. Idus Auguſti, Florentiæ PP. Eugenius IIII. fecit ſecundam Cardinalium ordinationem, qua unū tantum Cardinalem presbyterum creauit. Is fuit.

Ioannes Vitelleſchus Cornetanus, Protonotarius Apoſtolicus, poſt Epiſcopus Recanatenſis, Dein Archiepiſcopus Florentinus, & Patriarcha Alexandrinus, Marchiæque Anconitanæ, legatus S.R.E. presb. Card. tt. S. Cæciliæ.

TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſtianæ Natalis ꝏcDxxxviii. Pontificatus PP. Eugenii IIII. Anno nono

Eugenius,

Eugenius PP. IIII. finito Concilio Florentino, auditaque eius in Concilio Baſilienſi depoſitione, ſimulque Felicis PP. V. in ſua obedientia ordinatione, quo partes ſuas augeret, ac tutiores redderet, Conciliumque Baſilienſe infirmaret Florentiæ, Die XV. Calend. Ianuarij publico Conſiſtorio fecit tertiam Cardinalium ordinationem, in qua ſimul & ſemel ſeptemdecim Cardinales creauit, presbyteros uidelicet ſexdecim, & Diaconum unum, qui fuerunt.

3 REGINALDVS de Carnare Gallus Cubicularius & Referendarius Apoſtolicus Regni Franciæ Cancellarius, Decanus Beluacenſis, Archiepiſcopus Remēſis, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

4 IOANNES ex Comitibus Taliacocij Neapolitanus, Archiepiſcopus Tarentinus, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei, Maior pœnitentiarius.

5 IOANNES . . Anglicus, Archiepiſcopus Eboracenſis, presb. Card. tt. S. Balbinæ.

6 NICOLVS . . Epiſcopus Tropienſis, poſt Archiepiſcopus Capuanus presb Card. tt. S. Marcelli.

7 LVDOVICVS de Lutemburgo Gallus, Epiſc. Morinenſis, poſt Archiepiſcopus Rothomagenſis, presb. Card. in tt. SS. quatuor coronatorum. Abſens.

8 GEORGIVS de Fliſco Genuenſis, Archiepiſcopus Genueñ. presb. Card. tt. S. Anaſtaſię.

9 ISIDORVS . . Conſtantinopolitanus Gręcus Monachus, S. Baſilij Abbas S. Demetrij Conſtantinopolitani, Archiepiſcopus Ruthenorum, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini, inter duas Laures in Merulana.

10 BISSARION . . Conſtantinopolitanus Græcus, Archiepiſcopus Nicænus, presb. Card. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum.

11 GERARDVS Landrianus Mediolanenſis, Epiſc. Comenſis, presbyter Card. tt. S. Mariæ trans Tyberim.

12 SBIGNEVS Humili genere ortus Polonus, Epiſc. Cracouienſis presb. Card. tt. S. Priſcæ.

13 ANTONIVS Martini Luſitanus, Epiſcopus Portugalenſis, presb. Card. tt. . . . .

14 PETRVS Schovvembergh Germanus Auguſtienſis, Epiſc. ex Franconia, oppido . . . Diœceſis Herbipolenſis, presb. Card. S. Vitalis titulo Veſtinæ.

15 IOANNES . . . Gallus, Epiſc. Coſorneñ. poſt Morinenſis, presb. Card. tt. S. Praxedis.

16 DIONYSIVS . . Agrienſis Hungarus, Archiepiſcopus Strigoniēſis, presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis Diocletiani.

17 GVILLELMVS de Eſtouteuilla Gallus Regio Frācorum genere oriundus, Epiſc. Andegauenſis, poſt Archiepiſcopus Rothomagēſis, presb. Card. tt. S. Martini in mōtibus.

18 MAGISTER Frater Ioannes de Turre Cremata Hiſpanus, ordinis Fratrum prædicatorum Theologus, presb. Card. in tt. S. Xyſti, Epiſcopus. . . . .

19 ALBERTVS de Albertis Florentinus, electus Epiſc. Camerinenſis, Diac. Card. S. Euſtachii iuxtà templum Agrippæ.

III. IIII. V.



QVARTA

Digitized by Google


VI.



VII.




VIII.




IX.



X.



XI.




XII.



XIII.




XIIII.




XV.



XVI.




XVII.



XVIII.



XIX.



QVARTA PP. EVGENII CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏccccxl. Pontificatus pp. Eugenij iiii. Anno decimo, Calend. Iulii Romæ pp. Eugenius iiii. fecit quartam ordinationem duorum Cardinalium, qua alterum presbyterum, alterum Diaconum creauit, hi fuere.

Lvdovicvs . . . Patauinus Medicus, Patriarcha Aquilegienſis, presb. Card. tt. S. Laurentij in Damaſo.

20 Petrvs Barbus Venetus, Pius ex ſorore nepos, Protonotarius Apoſtolicus, electus Epiſc. Ceruienſis, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

XX.



XXI.




QVINTA PP. EVGENII IIII. CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſtianæ ſalutis ꝏcdxliiii. Pontificatus pp. Eugenij iiii. Anno xiiii. pp. Eugenius iiii. Die viii. Calend. . . . Romæ fecit quintam Cardinalium ordinationem, qua unum tantum Cardinalem presbyterum creauit, qui fuit.

21 Alphonsvs Borgia de Caſtro Sauinæ, Valentinæ Diœceſis, Hiſpanus Epiſc. Valentinus, presb. Card. tt. SS. quatuor coronatorũ, poſt pp. Callistus iii. appellatus, creatus Card. abſens, ob rem bene in Germania contra Concilium Baſilienſe geſtam.

XXII.



Hic

Hic non omittendum eſt Platinæ in Nicolai v. uita errorem, qui cum calliſto ſi nul Cardinalem creatum fuiſſe ſcribit Nicolaum, Hic enim contrarium apparet.

SEXTA CARDINALIVM PP. EVGENII IIII. CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis CCCCCCXLVI. Pontificatus PP. Eugenij quarti Anno ſextodecimo, Die XVII. Calend. Ianuarii Romæ PP. Eugenius IIII. fecit ſextam Cardinalium, qua quatuor Cardinales presbyteros creauit, hi fuere.


22 HENRICVS . . Epiſc. Papienſis, poſt Archiepiſcopus Mediolaneñ. presb. Card. tt. S. Clementis in monte Cœlio.

23 THOMAS Sarzana Lunenſis, Epiſc. Bononienſis, presb. Card. tt. S. Suſannæ. Hic PP. factus Nicolaus V. appellatus eſt

24 IOANNES . . Romanus, Monachus Abbas S. Pauli, presb. Card. tt. S. Sabinæ.

25 IOANNES Caruagial Hiſpanus, electus Epiſc. Placentinus, Diac. Card. tt. S. Angeli in foro Piſcium, poſt Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

XXII.




XXIII.



XXIIII.



XXV.



OMNES CARDINALES AB EVGENIO IIII. CREATI SVNT XXVII.

CARDINALES EPISCOPI AB EVGENII PP. IIII. CREATI.

IORDANVS Vrſinus Domicellus Romanus, Epiſc. Card. Albanus factus eſt Sabinus.
ANTONIVS Corarius Venetus, Epiſc. Card. Portuenſis factus eſt, Oſtienſis.

CARDINALES EPISCOPI DE NOVO CREATI SVB PP. EVGENIO IIII.

ANTONIVS Pancerinus de Portu Gruario Foroiulienſis, Patriarcha Aquilegienſis, presb. Card. tt. S. Suſannæ factus eſt, Epiſc. Card. Tuſculanus.

BRANDA Caſtilioneus Mediolaneñ, Epiſc. Placentinus, presb. Card. tt. S Clementis, factus eſt, Epiſc. Portuenſis & S. Rufinæ.

PETRVS de Comitibus de Fuxo Gallus presb. Card. tt. S Stephani in Cœlio mõte, factus eſt Epiſc. Card. Albanenſis.

HVGO de Cypro Frater Regis Cypri, Diac. Card. S. Hadriani, factus eſt presb. tt. S. Clementis, & paulo poſt, in locum Angeli, Card. Laudenſis mortui, factus eſt Epiſc. Card. Præneſtinus.

CARD. NOVI PP. EVGENII IIII. SVBEO EPISCOPI CARD. CREATI.

FRANCISCVS Condelmerius Venetus PP. Eugenij IIII. nepos, presb. Card. tt. S. Clementis S. R. E. Vicecancellarius, factus Epiſc. Card. Portuenſis & S. Rufinæ.

IOANNES ex Comitibus Taliacotij Neapolitanus, Archiepiſcopus Tarẽtinus, presb. Card. SS. Nerei & Achillei S. R. E. maior pœnitentiarius, factus Epiſc. Card. Præneſtinus.

EPILOGVS CARDINALIVM PP. EVGENII IIII.

PP. Eugenius IIII. ſex ordinationibus, Menſibus Iulio, Auguſto, Septembri & Decembri, XXVII. Cardinales creauit, uidelicet presbyteros XXIIII. & Diacones tres, Epiſcopos uero Cardinales ſex, quatuor ex antiquis Cardinalibus, & duos ex a ſe creatis.

OBITVS PP. EVGENII IIII.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCXLVII. Die VII. Calend. Martij PP. Eugenius IIII. Romæ, in Palatio Apoſtolico S. Petri mortuus eſt, ſepultus in Baſilica principis Apoſtolorũ, poſt cuius obitum uacauit ſedes Dies X. Quùm ſediſſet Annos XV. Menſes XI. Dies XXIII.

EXEQVIAE SIVE NOVENDIALIA PP. EVGENII IIII.

Eodem Anno Die obitus PP. Eugenii IIII. eius exequiæ ſiue nouẽdialia a Cardinalibus in Baſilica principis Apoſtolorum celebrari ſunt, cæpta nouem diebus.

INTROITVS CONCLAVIS QVO PP. NICOLAVS V. CREATVS EST.

Eodem Anno Die IIII. Nonas Martij, finitis exequijs PP. Eugenij IIII. & miſſa de ſpiritu ſancto per D. Portuenſem cantata, Cardinales numero XVII. ingreſsi ſunt, Cõclaue paratum in Apoſtolico Palatio S. Petri, pro electione futuri Pontificis Maximi, qui non ſine manifeſto S. Spiritus numine, altero poſt ingreſſum Conclauis Die, uidelicet pridie Nonas Martij uno conſenſus & pari uoluntate elegerunt in ſummum Sanctæ Romanæ & Catholicę Eccl. Antiſtitem, Thomam de Sarzana Luneñ. Diœceſis, presbyterum Cardinalem ab Eugenio IIII. Pontifice Maximo paulo ante in tt. S. Suſannæ appellatum Hic Pontifex factus hominis de ſe Benemeriti Nicolai albergati Card. tt. S Crucis, in cuius olim contubernio uiuens, eius œconomus fuerat. Nicolaus PP. V. appellari uoluit, cuius ſtudio & labore ſchiſma, quod ſub Eugenio IIII. prædeceſſore ſuo in Concilio Baſilienſi inchoatũ adhuc perdurabat, omnino ut infra uidebimus ſublatum eſt.

CARDINALES MORTVI SVB PONTIFICATV EVGENII PP. QVARTI.

Anno Dominicæ incarnationis ∞CCCCXXXI. Pontificatus Papæ Eugenii Anno primo Die . . . Aprilis Angelus Summaripa Laudenſis, Monachus Camaldulẽſis, Epiſcopus Laudenſis, presb. Card. tt. S. Pudentianæ tt. Paſtoris, poſt Epiſcopus Card. Præneſtinus, & Collegij Cardinalium Decanus, multis legationibus functus, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Baſilica ſanct. . . . .

Eodem Anno Die V. Nonas Iulij Antonius Pancerinus de Portugruario Foroiulienſis, Patriarcha Aquilegienſis, presb. Card. tt. S. Suſannæ, poſt Epiſc Card. Tuſculanus, multis legationibus, pro ſede Apoſtolica functus, Romæ mortuus eſt, & in Baſilica principis Apoſtolorum ſepulchro marmoreo reconditus,

Anno Chriſtiani Natalis ∞CCCCXXXII.. Põtificatus PP. Eugenij IIII. Anno II. Die V. Calend. Octobris Guillelmus de Diuano de Monte forti Gallus, Protonotarius Apoſtolicus ex Regulorum Francorum genere, ab utriſque parentibus progenitus, Epiſc. Maclouienſis, presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ Senis mortuus eſt, in Tuſcia ſepultus. . . . .

Anno

Digitized by Google

Anno Chriſtianæ ſalutis ccccccxxxiii. Pontificatus PP. Eugenij quarti Anno tertio Die . . Alphonſus . . Hiſpanus, S.R.E. Diac. Card. S. Euſtachij iuxtà templũ Agrippæ, legatus Auinionis, & comitatus Venayſini, Mortuus eſt Baſileæ in ſacroſancto Concilio Baſilienſi, cuius cadauer ſepulchro Marmoreo, ibidem conditum eſt.

Anno Chriſtianæ Natiuitatis ccccccxxxiiii. Põtificatus PP. Eugenij iiii. Anno iiii. Die v. Idus Aprilis, Ardicinus de la Porta Nonarienſis Lombardus, iuris utriuſque peritiſſimus, prius Vxoratus. Aduocatus conſiſtorialis, & Clericus cameræ Apoſtolicæ, mox mortua uxore literis Apoſtolicis Corrigendis præfectus, demum Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani, Mortuus eſt Romæ, ſepultus in Baſilica principis Apoſtolorum ſepulchro marmoreo, quod adhuc extat in ædicula S. Apoſtoli Romæ, uir fuit Bonitate inſignis.

Anno Chriſti ccccccxxxvi. Pontificatus PP. Eugenij iiii. Anno vi. Die Calend. Martij, Magiſter Frater Ioannes Caſanoua, ex prouincia Aragoniæ Hiſpanus, ordinis Fratrum prædicatorum Magiſter in Theologia, primus Epiſcopus Bonſanus, poſt Epiſcopus Eluenſis, presb. Card. S Xyſti. Mortuus eſt Florentiæ ſepultus in Eccleſia S. Mariæ Nouellæ, ordinis Fratrum prædicatorum S Dominici.

Anno Chriſtiani Natalis ccccccxxxvii. Pontificatus PP. Eugenij iiii. Anno vii Die vii. Calend. Aprilis Ioannes de Rupeſciſſa Gallus, iuris utriuſque Doctor, literarum Apoſtolicarum corrector Patriarcha Conſtantinopolitanus, Archiepiſcopus Rothomagenſis, presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina, legatus Bononiæ, & S.R.E. Vicecancellarius, obiit Bononiæ in ſua legatione, ibidem ſepultus.

Eodem Anno Die v. Idus Septembris, Lucidus de Comitibus ſigniæ Domicellus Romanus, Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Marię in Coſmedia, aliàs Schola Gręca & S. R.E. Archidiac. multis legationibus, pro ſede Apoſtolica functus, Bononię mortuus eſt eiuſque cadauer ibidem ſepultum, in Eccleſia ſanct. . . . .

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccccxxxviii. Pontificatus PP. Eugenii quarti Anno nono, Die pridie nonas Februarii Antonius Caſsinus ignobilis Senenſis Clericus Cameræ Apoſtolicæ ſub Innocentio vii. & Io. xxiii. Theſaurarius, Vicelegatus Bononiæ, & totius Romandiolæ Generalis Gubernator, cum multa facultate, poſt Epiſc. Senenſis, demũ presb. Card. tt. S. Marcelli. Obiit Romæ, ſepultus in Baſilica S. Mariæ Matris Domini, quæ maior appellatur.

Eodem Anno Die vi. Idus Aprilis, Ioannes Vitelleſchus Cornetanus, Apoſtolicus Protonotarius, ſub PP. Martino v. ſub Eugenio uero, Epiſc. Recanatẽſis, Archiepiſcopus Florentinus & Patriarcha Alexandrinus, Marchiæque Anconitanæ legatus, presb. Card. in tt. S. Cęciliæ, mortuus eſt Romæ in arte S. Angeli, ex tribus acceptis uulneribus ab Antonio Rido Patauino Arcis præfecto, ſepultus Romæ in Baſilica S. Mariæ ſuper Mineruam.

Eodem Anno Die v. Calẽd. Iunii, Iordanus Vrſinus Domicellus Romanus, Archiepiſc. Neapolitanus, poſt presb. Card. SS. Martini & Syluestri in montibus tt. Equirii, Deinde tt. S. Laurentii in Damaſo, poſt Epiſc. Card. Albanus, Demum Sabinenſis & Collegii Cardinalium Decanus, legatus pro ſede Apoſtolica Marchiæ Anconitanę, ſub Ioanne xxiii, ſub Martino v. Galliarum, poſt Vngariæ & Bohemiæ, omniumque Septentrionalium quę Imperatoris ditioni ſuberant, legatus in Hiſpania & Anglia, & ad Imperatorem Sigiſmundum Romam pro Imperiali diademate uenientem obuiam legatus miſſus, ſub Eugenio iiii. Maior Pœnitentiarius, obiit ad Balnea Petriolana Senenſis Agri, cadauer Romam relatum in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccccxl. Pontificatus PP. Eugenii iiii. Anno decimo Die . . Petrus de Comitibus de Fuxo Gallus, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, poſt Epiſc. Card. Albanus Apoſtolicæ ſedis ſub Martino v. in Regnis Aragoniæ & Nauarræ, contra Petrum de Luna olim Benedictum xiii. in ſua obedientia nominatum, pro tollendis ſchiſmatis reliquiis de latere legatus, obiit in partibus ſuis ibique ſepultus.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccccxlii. Põtificatus PP. Eugenii quarti, Anno duodecimo. Die . . Auguſti. Hugo de Cypro, Frater Germanus Regis Cypri, Archiepiſc. Nicoſienſis, Diac. Card. S. Hadriani, poſt presb. Card. tt. S. Clementis, demum Epiſc. Card. Preneſtinus, ſub Eugenio Campaniæ, Maritimique oræ legatus, obiit in Germania, Amadei qui & Felix v. partes ſequutus, contra Eugenium in Concilio Baſilienſi, propterea Galero priuatus ab Eugenio PP. iiii.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccccxliii. Pontificatus Papæ Eugenii iiii. Anno tertiodecimo, Die pridie nonas Februarii. Branda Caſtellioneus Mediolanenſis, Epi-

ſcopus Placentinus ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum auditor, presbyter Card.tt.Sancti Clementis, poſt Epiſc.Card. Portuenſis & S. Rufinæ, legatus iterum ſub Martino PP. V. in Regno Boemiæ contra hæreticos Huſſitas. Mortuus eſt in Caſtilioneo ſuo Diœceſis Mediolanenſis, ibique honorificentiſſimo ſepulchro cadauer eius conditum eſt.

Eodem Anno VII. Idus Maij. D. Nicolaus Albergatus Bononienſis Monachus Carthuſianus, uir pius & ſanctus, & ſtudioſorum amator, ex cuius contubernio & ſchola duo Romani Pontifices prodiere. Nempe Nicolaus V. & Pius V. presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalē. Senis in Tuſcia mortuus eſt, ad Carthuſianorū Cœnobiū cadauer tumulatū, legatus bſu Eugenio IIII. ad Conciliū Baſilienſe, cum plena poteſtate, ut locus pro futuro Concilio eligeretur, id maxime potentibus Græcis. Præfuit legatus primæ ſeſsioni in Concilio Eugemano Ferrariæ inchoato, & Florentiæ finito, ubi & Græci conuenerunt.

Eodem Anno Die . . . Ludouicus de Lucimburgo Gallus, Epiſc. Morinenſis, poſt Archiepiſcopus Rothomagenſis, presb. Card. tt. SS. IIII. coronatorum, is nunquā ad curiā Romanorum uenit, obijt in Gallia, ibique ſepultus, ab Eugenio IIII. a quo ob inuaſionem Eccleſiæ Rothomagenſis aliquando excommunicatus fuit, Cardinalis factus.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCXLIIII. Pontificatus PP. Eugenij quarti, Anno quartodecimo, Die pridie. Idus Septembr. Angelottus Fuſcus Romanus, Epiſc. Cauenſis, presb. Card. tt. S. Marci, occiſus eſt a familiari in Viridario domus, paruo raſtro argenteo, quo uiridarium exercitij cauſa excolebat ſepultus in Baſilica ſanct. . . .

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCXLV. Pontificatus PP. Eugenij IIII. Anno quintodecimo, Die XIIII. Cal. Februarij. Antonius Corarius Venetus PP. GG. XII. nepos & eius Camerarius, Epiſc. Bononienſis, Patriarcha Conſtantinopolitanus, presb. Card. tt. S. Chryſogoni, poſt Epiſc. Card. Portuēſis, demum Oſtienſis & Veletrenſis, ac Collegii Cardinalium Decanus, legatus Peruſii ſub Martino V. obiit Patauij, Conſtantia uirginitatis conſeruandę, ſepultus in Monaſterio S. Georgij in Alga Venetiarum congregationis canonicorum ſæcularium cæleſtinorum cuius monachus olim fuerat.

Eodem Anno Die . . . Iulij Iulianus Cæſarinus Romanus protonotarij Apoſtolicus Diaconus Card. S. Angeli, poſt presb. tt. S. Sabinæ, legatus in Boemia contra hæreticos Huſsitas ſub Martino V. & in Concilio Baſilienſi ſub Eugenio IIII. & ſub eodem in Hungaria contra Turcas, in qua legatione exiſtens in prælio pro fide Chriſti occiſus eſt.

Eodem Anno Die III. Idus Auguſti, Albertus de Albertis Florentinus electus Camers, Epiſc. Diac. Card. S. Euſtachij, legatus ſub Eugenio IIII. pro pace componenda inter Reges Alphonſum Aragonum, & Renatum Andegauenſem. Obijt in monaſterio criptæ ferratæ Tuſculanenſis Diœceſis cadaueris pars Romam relata in Baſilica Lateranenſi condita eſt.

Eodem Anno Die VII. Idus Octobris Gerardus Landrianus Mediolanenſis, Epiſc. Comenſis, presb. Card. tt. S. Mariæ trans Tyberim, aliquot legationibus pro Apoſtolica ſede ſub Eugenio functus, Mortuus eſt Viterbij, ibique in Eccleſia S. Franciſci, ordinis Fratrum minorum ſepultum eius cadauer eſt.


Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCXLVI. Pontificatus PP. Eugenij quarti Anno ſexto decimo Die . . . Reginaldus de Caruato Cubicularius & Referendarius Apoſtolicus, ſub PP. Ioanne XXIII. Regni Francorum Cancellarius Decanus Beluacēſis, Archiepiſcopus Remenſis Gallus, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, mortuus eſt in partibus proprijs, ibique ſepultus.

OMNES SVNT NVMERO XXII.

AMADEVS


AMADEVS DE SVBAVDIA FELIX V. IN SVA OBEDIENTIA APPELLATVS NV. CCXL., AN. CHR. MCCCCXXXIX.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI, AMEN.

SANCTISS. D. N. FELIX V. PONT. MAX. ALLOBROX Amadeus de Domo Ducum ſubaudienſium, olim olim ipſe Dux ſubaudię. Qui filijs Ducatu relicto Chriſti amore ſuccenſus ſolitariam uitam elegerat, factusque fuerat Decanus militum Ieſu Chriſti, ordinis S. Auguſtini loci S. Mauricij, de Riparia Gebennenſis Diœceſis. Hic Cœlibe ac religioſe in ea ſolitudine uiuens, a patribus Concilij Baſilienſis ob multa crimina Pontificatu Romano abrogato Eugenio IIII. in eius locum Pontifex Maximus factus eſt, & Felix PP. quintus appellatus, & ſedit in ſua obedientia in ſchiſmate contra Eugenium IIII. & Nicolaum V. Romę Pontifices. Annos IX. Menſes VI. Dies VII.

Hoc autem qua ratione, quomodo, quando, & a quibus factum ſit ſubijciamus.

Anno Dominicæ Natiuitatis MCCCCXXXIX. Die VII. Calend. Iulij, priuato in Concilio Baſilienſi, ut ſatis ſupra uiſum eſt Eugenio IIII. tunc a partibus Concilij illius, quibus Ludouicus Alamanus, Archiepiſcopus Arelatenſis S. R. E presb. Card. tt. S. Cæciliæ, Eugenio IIII. infenſus præſidebat, mentio agi cæpta eſt de futuri Pontificis Romani electione, atque in hanc ſententiam deuentum eſt, ut XXXII. perſonæ religioſæ in ſacris ordinibus conſtitutæ nominarētur, quæ cum Cardinale ipſo Conclaue ingredientes nouum Pontificem Romanū eligerent, quod & factum eſt. Hæcq; electorū nominatio, tribus ex Concilij partibus demandata eſt, uidelicet Thomę Abbati de Dunduno, Ioanni de Segouia ac Thomę de Corcellis, in ſacra Theologia Magiſtris, uiris grauibus, prudentibus, & ſpectate ab omni Cōcilio fidei. Qui ſecum XXIX. alios elegerunt, nam ex Concilij decreto ipſi ipſi inter electores deputati erant. Fuerunt autem hi.

NOMINA XXXIII. ELECTORVM QVI IN CONCILIO BASILIENSI PRIVATO EVGENIO PP. Quarto, Conclaue pro electione noui futuri Romani Pontificis ingreſsi ſunt.

LVDOVICVS Alamanus Gallus, Archiepiſcopus Arelatenſis, presb. Card. S. R. E. tt. S. Cæciliæ. Hic non electione ſed iure quo in electione Romani Pontificis Cardinales habent, Conclaue ingreſſus eſt.

THOMAS Abbas de Dunduno, ordinis Ciſtercienſis Diœceſis candidæ caſæ, uulgo de Græcia nuncupatus, Magiſter in Theologia Scotus.

IOANNES de Segouia Hiſpanus, Archidiaconus Onetenſis de Villa Viſſoſa, Magiſter in Theologia.

THOMAS

Thomas de Corcellis Gallus, Canonicus Ambianenſis, Magiſter in Theologia. Hi tres fuerunt, qui iure ſibi a Concilio dato, cęteros electores nominauerunt numero xx. . . & ſunt ſequentes.

Gvillelmvs . . Gallus, Epiſc. Vercellenſis pro natione Italica.

Georgivs ex Marchionibus de Salucio Lõbardus, Epiſc. Auguſtenſis, pro natione Italica.

Ioannes Fererius Vercellenſis, Epiſc. Eporedienſis, pro natione Italica.

Lvdovicvs . . Italus, Epiſc. Taurinenſis, pro natione Italica.

Aleranivs de Carretto Genuenſis, Abbas S Benigni Eructuarieñ. pro natione Italica.

Iacobvs de Secuſia Abbas ſancti. . . pro natione Italica.

Frater Ioannes de Monte Comito, præceptor Domus S. Antonii de Rouerſio. Doctor v. iuris pro natione Italica.

Frater Bartholomeus de Proauis, præceptor Domus S. Antonii de Clauacro i. v. d. pro natione Italica.

Ioannes . . . . Gallus, Archiepiſcopus Tarentaſienſis, pro natione Gallica.

Franciscvs . . . Gallus, Epiſc. Sebenſis, antiquus Romanę curię officialis, pro natione Gallica.

Bernardvs . . . Gallus, Epiſc. Aquenſis, iuriſconſultus Excellentiſs. pro natione Gallica.

Huic tempore ordinato ad Conclaue ingrediendum podagra laboranti ſuffectus eſt.

Lvdovicvs . . . Gallus, Epiſc. Maſsilieñ. pro natione Gallica.

Raimvndvs . . . Gallus Abbas Conchenſis, pro natione Gallica.

Nicolavs Tibout Nortmandus, Magiſter in ſacra pagina, pro natione Gallica.

Ioannes de Valle Britto Gallus, Magiſter in Theologia, pro natione Gallica, & Thomas de Corcillis iii. uir legendi Senatus.

Gvillelmvs Hugonis Gallus, Archidiac. in Eccleſia Metenſi iuriſconſultus, pro natione Gallica.

Fridericvs . . . Germanus, Epiſc. Baſilienſis, pro natione Germanica.

Conradvs . . . Germanus, Abbas de Luzella, ordinis Ciſtertienſis & Thomas de Scotia iii. uir. pro natione Germanica.

Detzelavs . . . Polonus, Archidiaconus Eccleſiæ Cracouienſis, Doctor, pro natione Germanica.

Ioannes VVyler, Decanus Baſilienſis Germanus, pro natione Germanica, Doctor.

Henricvs de Iudæis Colonienſis Germanus, Doctor, pro natione Germanica.

Iacobvs de Saltzburg, Canonicus Ratiſponeñ. Doctor, pro natione Germanica.

Christianvs de Gregegino Germanus, præpoſitus Eccleſiæ S. Petri in Brũna Olmuceñ. Diœceſis, Magiſter in Theologia, pro natione Germanica.

Ioannes . . . . Hiſpanus, Epiſc. Dertuſeñ pro natione Hiſpanica.

Georgivs . . . Hiſpanus, Epiſc. Vicenſis, pro natione Hiſpanica, legatus Regis Aragonum.

Lvdovicvs . . . Portugaleñ. Epiſcopus Viſenſis in Luſitania, Orator Regis ſui pro natione Hiſpanica.

Petrvs . . . . Hiſpanus Monachus, Abbas Sancti Cucuphatis, pro natione Hiſpana.

Antonivs . . . Hiſpanus Monachus Abbas Monaſterÿ Arularis, pro natione Hiſpanica.

Bernardvs Buſcho, Canonicus Ilerdeñ. Hiſpanus Doctor, pro natione Hiſpanica.

Raymvndvs Albioli Canonicus Tyraſoneñ. Hiſpanus Doctor, pro natione Hiſpanica, & Ioannes Segouius iii. uir legendi electus.

Hi duo & triginta electores iii. uirorum iudicio ex quatuor nationibus, uidelicet Italica, Gallica, Germanica, & Hiſpanica, v. Cal. Nouembris ſeſs. xxxvii. lecti ſunt, inter quos erant Epiſcopi duodecim, cum Cardinalatu, Abbates ſeptem, Theologi quinque, interluminati ac Doctores nouem, omnes in presbiteratus ordine conſtituti. Qui Die iii. Cal. Nouembris Conclaue paratum in Epiſcopali Palatio Baſilienſi pro electione Romani Pontificis ingreſsi ſunt, cantata prius per Dominum Cardinalem miſſa de ſpiritu ſancto, omnibusque electoribus communicatis, ſeptimo autẽ Die poſtquã Conclaue ingreſsi fuerant, à depoſitione uero Eugenii pp. iiii. Menſe iiii. Die xii. hoc eſt Nonis Nouembris mane hora tertiarum facto Scrutino ſex & uiginti, patrum ſuffragiis

ſuffragijs Amadeus ipſe olim ſubaudiæ Dux, tunc uero in ſolitudine ripariæ Gebennenſis Diœceſis uitam Angelicam agens, in Pontificem Romanum electus eſt.

Anno Chriſti ∞ccccxxxix. in Seſsione publica Concilij Baſilieſis xxxviii. Qui Die Iouis xvi. Calend. Ianuarij eius Anni electioni de ſe factæ conſentiens, non longe poſt Baſileam uenit & Felix pp. quintus appellari uoluit, Confirmatusque eſt, in ſeſs. xxxix.

CORONATIO PP. FELICIS V. BASILAEAE.

Anno Chriſti ∞cdxl. Pontificatus eiuſdem pp. Felicis v. Anno primo, Baſileę Die Dominico ix. Calend. Auguſti. Idem Pontifex ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, ante fores Eccleſiæ Baſilienſis, per Ludouicum Archiepiſcopũ Arelatẽſem, presb. Cardinalem S R.E. tt. S. Suſannæ, aliàs Cæcilię infinita populi multitudine Aſtãte. Quùm ab eo prius in presb. & Epiſcopum ordinatus eſſet.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM A FELICE PP. V.

Anno Chriſti ∞ccccxl. Pontificatus pp. Felicis v. Anno ſecundo, Die . . . Calend. Ianuarii pp. Felix v. fecit primam Cardinalium ordinationem, qua x. . . . Cardinales creauit . . uidelicet presbyteros, & . . . Diacones. Qui ſunt & infraſcripti.

1 : : . . . . . . Siculus, Archiepiſcopus Panhormitanus, presb. Card. tt. S. . .
2 VGO Guillelmus de ſtagno Virdunenſis Gallus, Epiſc. . . . presb. Card. tt. S. Sabinæ.
3 IOANNES de Segouia Hiſpanus, Archidiaconus Onetenſis de Villa Viſſoſa, Magiſter in Theologia, presb. Card. tt. S. . . . .
4 SBIGNEVS Cracouienſis, Epiſc. Polonus, presb. Card. tt. ſanct. . . .
5 : : . . . . . . Varambona Gallus, presb. Card. tt. ſanct. . . .
6 : : . . . . . . Euduenſis Gallus, presb. Card. tt. ſanct. . . .
7 : : . . . .
8 : : . . . .
9 : : . . . .
10 : : . . . .


III.




III.




V.



VI.



VII.



VIII.



FINIS

Digitized by Google

IX.



FINIS SACROSANCTI CONCILII BASILIENSIS LEGITIME CONGREGATI.

Anno Chriſtianæ ſalutis ꝏcccccxl. Die xvii. Calend. Iulij Pontificatus pp. Felicis v. Anno tertio, celebrata xlv. (quæ etiam ultima fuit) ſeſsione in Concilio Baſilienſi, finis eidē ſacroſanctæ & œcumenicę Synodo impoſitus eſt, & in ſequens triennium Lugduni Conciliū generale celebrandum indictum eſt. Quùm duraſſet, Annos xi. Menſes ix. & Dies xxvii.

ABDICATIO FELICIS PP. QVINTI.

Mortuo Eugenio IIII. qui in Concilio Baſilienſi priuatus fuerat, atque a Cardinalibus, obedientiæ ſuæ, cōtra Felicem v. qui in ciuitate Lauſanenſi reſidebat, Romæ Nicolao pp. v. creato in Eugenij locum. Anno Chriſti ꝏcↃxxxxix. Die v. Idus Maii Pontificatus pp. Nicolai v. Anno tertio, Felix pp. v. in ſua obedientia nuncupatus, precibus Imperatoris Friderici III. permotus a Nicolao pp. v. ad id ſolicitati, Papatum ſpōte depoſuit, & omnibus iuribus, rationibusque quas in eo habebat pp. Nicolao v. renunciauit, Pontificatus ſui Anno IX. Menſe VI. & Die VII. Quamobrem a pp. Nicolao v. S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Sabinus, ac Collegij Cardinalium Decanus perpetuusque totius Germaniæ Apoſtolicæ ſedis de latere legatus, ac Vicarius Generalis, creatus eſt. In quo ſtatu per aliquot tempus uiuens, Beate uitam finiuit, in ciuitate Lauſanenſi, Die . . Anno Chriſti ꝏcccccl. . . omnes quoque Cardinales uel ab eo creati, uel qui ei adhæſerāt, & propterea priuati ab Eugenio fuerunt, qui hoc anno uiuebant, in cæterorum Cardinalium S. R. E. numerum ſunt recepti.


NICOLAVS PP. VI. NV. CCXLI. AN. CHR. ꝏCↃXLVII.

I.





II.



IN

IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. NICOLAVS V. PONT. MAX. LVNENSIS Thomas Sarzana, quod oppidum eſt Lunenſis agri, ortus, modicis parentibus patre S Bartholomeo Phiſico, & matre Andreola natus, Sarzanus a Natali ſolo appellatus, uirtute doctrina, comitate, gratia, liberalitate, magnificentia tanto Pontificato digniſsimus. Hic quùm adoleſcens Bononiæ literas & bonas artes didiciſſet, maxime uero Philoſophiam & Theologiam adiutus munificētia ſanctiſsimi uiri Nicolai Albergati Card. S. Crucis, adoleſcentis ingenio delectati, non longe poſt magiſtri nomen in Gymnaſio conſequutus eſt. Tunc Cardinalem eundem S. Crucis ſequutus, eius familiæ œconomus factus eſt, mox eiuſdem ſtudio, in numero ſcriptorum pœnitentiariæ primo relatus, mox Subdiaconus Apoſtolicus factus eſt. Non longe autem poſt ab Eugenio PP. IIII Epiſcopus Bononień. & in ultima ſua Cardinalium creatione cum aliis tribus, Cardinalis, presb. tt. S. Suſannæ nominatus eſt. Tunc enim Eugenium dixiſſe ferunt quùm illam promotionem faceret, ſe ſibi in Pontificatu ſucceſſorem Cardinalem creaſſe, quod & factum eſt, nam paulo poſt mortuo Eugenio IIII. Cardinales numero XVIII. Conclaue ingreſsi, decimo uacantis ſedis, altero uero poſt ingreſſum Conclauis, die uidelicet pridie Nonas Martij unanimi omnium conſenſu, eum Pontificem maximum, licet inuitum, & eo magiſtratu indignum ſe eſſe clamitantem, renunciauerunt. Qui ſtatim hominis de ſe olim benemeriti Cardinalis S. Crucis, nomen aſſumpſit, Nicolaumque V. ſe appellari uoluit. Sedit autem hic Apoſtolicus Pontifex in ſacratiſsima ſede beati Petri Apoſtoli Annos. VIII. & Dies XIX.

CARDINALES QVI CONCLAVI QVO NICOLAVS PP. V. CREATVS EST INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI II.

EVGENIVS PP. IIII.

FRANCISCVS Condelmerius Venetus, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ S.R.E. Vicecancellarius.

IOANNES de comitibus Taliacocij Neapolitanus, Archiepiſcopus Tarentinus, Epiſc. Card. Præneſtinus maior pœnitentiarius.

CARDINALES PRESBYTERI XIII.

EVGENIVS PP. IIII.

NICOLAVS . . . Neapolitanus, Archiepiſcopus Capuanus, presb. Card. tt. S. Marcelli.

GEORGIVS de Fliſco Genuenſis, Archiepiſc. Genueń. presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

BESSARION Conſtantinopolitanus Grecus, Archiepiſcopus Nicænus, presb. Card. Baſilicæ Apoſtolorum.

ANTONIVS Martini Luſitanus, Epiſc. Portugalenſis, presb. Card. tt. ſanct. . . . .

IOANNES . . . Gallus, Epiſc. Morinenſis, presb. Card tt. S. Praxedis.

GVILLELMVS de Eſtoutevilla Gallus, Archiepiſcopus Rothomagenſis, presb. Card. tt. S. Martini in montibus S.R.E. Camerarius.

MAGISTER Frater Ioan. de Turre Cremata, ordinis prædicatorū, presb. Card. tt. S. Xyſti.

LVDOVICVS . . . Patauinus, Patriarcha Aquilegienſis, presb. Card. tt. S. Laurentij in Damaſo.

MARTINVS PP. V.

DOMINICVS Capranicus Romanus, Epiſc. Firmanus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalē.

EVGENIVS PP. IIII.

ALPHONSVS Borgia Valentinus, Epiſc. Valentinus Hiſpanus, presb. Card. tt. SS. quatuor coronatorum.

HENRICVS

Digitized by Google

Henricvs . . Archiepiſc.Mediolanenſis,presb.Card.in tt.S.Clementis.
Thomas Sarzanus Lunenſis Ligur,Epiſc.Bononienſis,presb.Card.tt.S.Suſannæ.
Ioannes . . . Romanus Monachus Abbas S.Pauli de Vrbe, presb.Card.tt.S.Sabinę.

Cardinales diaconi iii.

Martinvs pp. v.

Prosper Columna Domicellus Romanus Diac.Card.Georgij ad Velum aureum S.R.E. Archidiaconus.

Evgenivs pp. iiii.

Petrvs Barbus Venetus,Diac.Card.S.Mariæ nouæ,electus Ceruienſis.
Ioannes Caruagial Hiſpanus,electus Placentinus, Diac.Card.S.Angeli.

Cardinales absentes viii.

Martinvs pp. v.

Lvdovicvs Alamanus Gallus, Archiepiſc. Arelateñ. presb. Card.tt.S.Cęciliæ S.R.E. Archipresb.
Ioannes Ceruantes Hiſpalenſis Hiſpanuspresb.Card.tt.S.Petri ad Vincula.
Henricvs Anglicus,Archiepiſc.Vvintonieñ.presb.Card.tt.S.Euſebii,abſens in Anglia.

Evgenivs pp. iiii.

Ioannes Anglicus,Archiepiſcopus Cantuarienſis,presb.Card.tt.S.Balbinæ in Anglia.
Isidorvs Monachus Conſtantinopolitanus Græcus, Archiepiſc. Ruthenus, presb.Card. tt.SS.Petri & Marcellini,abſens legatus Conſtantinopolim.
Sbignevs Polonus,Epiſc.Cracouienſis,presb.Card.in tt.S.Priſcæ.
Petrvs Schouuenberg,ex Franconia. Oppido . . Diœceſis Herbipoleñ. Germanus,Epiſc.Auguſteñ.,presb.Card.tt.S.Vitalis in Germania,abſens.
Dionisivs Agrienſis Hungarus, Archiepiſcopus Strigonieñ. presb.Card.tt.S.Cyriaci in Thermis,abſens in Hungaria.

Coronatio pp. Nicolai v.

Anno Chriſti ∞ccccxlvii. Die iii.Nonas Martij pp.Nicolaus v.in gradibus S.Petri, omni aſtãte Clero & Populo ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, per D.Proſperum Columnam Domicellum Romanum S.R.E. Archidiaconum.

Prima creatio Cardinalivm.

Anno Chriſti ∞cccccxlviii. Pontificatus pp.Nicolai Anno ſecundo,Die . . Martij pp.Nicolaus v.fecit primam unius Card.presbyteri ordinationem.Is fuit.

1 Antonivs Cerdauus Maioritẽſis ſacræ Theologicæ,Magiſter Epiſcopus Meſſaneñ. presb.Card.tt.S.Chryſogoni.

Secvnda Cardinalivm. ordinatio

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞cccccxliix. Pontificatus pp. Nicolai quinti Anno ſecundo,Die xiii.Calend.Ianuarij pp.Nicolaus v.fecit ſecundam Cardinalium ordinationem,qua ſex Cardinales creauit,omnes presbyteros,hi ſunt infraſcripti.

2 Astorgivs Agnenſis Neapolitanus,Archiepiſcopus Beneuentanus, presbyter Card. tt.S.Euſebij.
3 Latinus Vrſinus Domicellus Romanus, Archiepiſcopus Tranenſis iuris utriuſque Doctor S.R.E.presb.Card.SS.Ioannis & Pauli tt.Pammachij.
4 Alanvs Coëttinus Britto, Archiepiſcopus Auinionenſis,presb.Card.tt.S.Praxedis.
5 Ioannes . . Gallus,Confeſſor Delphini primogeniti Regis Francorum, Epiſc. Cabilonenſis,& paulo poſt Eduenſis,presb.Card.tt.S.Stephani in Cœlio monte.
6 Philippvs Sarzanus Lunenſis pp.Nicolai v.Germanus Frater,Epiſcopus Bononieñ. presb.Card.tt.S.Laurentij in Lucina,& poſt Maior pœnitentiarius.
7 Magister Nicolaus de Cuſa Germanus, Archidiaconus Leodienſis, & Apoſtolicus protonotarius,presb.Card.S.Petri ad Vincula in tt.Eudoxiæ.


Tertia

Digitized by Google


III.




IIII.




V.




VI.



VII.




VIII.



IX.



X.



XI.



XII.



XIII.



TERTIA CARDINALIVM. PP. NICOLAI V. ORDINATIO.

Anno Chriſti ↀcccccxlix. Pontificatus pp. Nicolai v. Anno tertio Die . . Iunij pp. Nicolaus v. fecit tertiam Cardinalium ordinationem, in qua quoſdam Cardinales ab Eugenio iiii. priuatos reſtituit, & Amadeum Subaudienſem, olim in ſua obedientia Felicem pp. v. appellatum, creatum in ſchiſmate contra Eugenium iiii. in Concilio Baſilienſi, qui Papatu ſuo abdicauerat, pro bono pacis, & tollendo ſchiſmate, & omnes qui ab eo Cardinales creati erant, denuo Cardinales creatos, in cæterorum Cardinalium numerum legit. Quod factum eſt, auctoritate Friderici iii. Imperatoris, Id apud eum Nicolao v. aſsiduis precibus procurante. Cardinales aũt ab Eugenio iiii. priuati & ab eo reſtituti fuerunt.

8 LVDOVICVS Alamanus Gallus, Archiepiſcopus Arelatenſis, presb. Card. tt. S. Cæciliæ.

9 IOANNES Ceruãtes Hiſpalẽſis Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula tt. Eudoxię.

10 PETRVS Schouuemberg Herbipolenſis, Epiſc. Auguſtanus, presb. Card. tt. S. Vitalis.

CARDINALES IN TERTIA CREATIONE DE NOVO CREATI.

11 AMADEVS Subaudienſis Allobrox Felix pp. v. in ſua obedientia nominatus, Epiſcopus Card. Sabinus, & Collegij Cardinalium, Decanus perpetuuſque Germaniæ legatus.

12 : : . . . . . Siculus, Archiepiſc. Panhormitanus, presb. Card. tt. ſanct. . . .

13 IOANNES de Segouia, Archidiac. Ouetenſis Hiſpanus, presb. Card. tt. S. . . . . .

14 GVILLELMVS Hugonis de Stagno Verduneñ. Archidiac. Metenſis Gallus tt. S. Sabinę.

15 : : . . . . . Varambona Gallus, presb. Card. tt. ſanct. . . .

16 : : . . . .

OBITVS PP. NICOLAI V.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀcccccLv. ix. Calend. Aprilis pp. Nicolaus v. in Palatio Apoſtolico, apud Sanctum Petrum, mortuus eſt. Cadauer in Baſilica principis Apoſtolorũ delatum ibidem honorifice, in marmoreo ſepulchro conditum eſt. Vacauit ſedes Dies xiiii.

EXEQVIAE PP. NICOAI V.

Eodem Anno Die tertio, poſt mortem pp. Nicolai v. ideſt vii. Calend. Aprilis, eius exequiæ ſiue nouendialia in Baſilica, principis Apoſtolorum a Cardinalibus more maiorum celebrari ſunt cæpta, nouem continuis diebus.

CONCLAVIS INTROITVS QVO PP. CALLISTVS III. CREATVS EST.

Anno Chriſti ↀcccccLv. Die pridie nonas Aprilis, Finitis exequijs pp. Nicolai v. & Miſſa de ſpiritu ſancto per Dominum Cardinalem Oſtienſem cantata, Cardinales numero xv. Conclaue ingreſsi ſunt paratum in Apoſtolico Palatio S. Petri, ubi, quinto poſt ingreſſum Conclauis xiiii. uero uacantis ſedis die, in ſummũ Pontificem, & catholicæ Eccleſiæ, Epiſc. elegerunt Alphonſum Borgiam Hiſpanum, presbyterum Cardinalem, tt. SS. iiii. coronatorum, Valentinum Epiſcopum, qui ſibi Calliſti iii. Pontificis Maximi nomen aſſumpſit. De quo uidendum inferius in Tabella ſua.

CARDINALES MORTVI SVB PONTIFICATV PP. NICOLAI V.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀcccccxlvii. Pontificatus pp. Nicolai v. Anno primo Die tertio Nonas Aprilis, Nicolaus . . Neapolitanus, Epiſc. Tropienſis, poſt Archiepiſc. Capuanus, presb. Card. in tt. S. Marcelli mortuus eſt Romæ, & eius cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt.

Eodem Anno Die quinto, Idus Iulij, Antonius Martini, Luſitanus, Hiſpanus, Epiſc. Portugalenſis, presb. Card. tt. ſanct. . . Romæ mortuus eſt, & cadauer in baſilica Conſtantiniana, quæ appellatur S. Saluatoris ſepultum eſt.

Eodem Anno Die . . Henricus Anglicus, Archiepiſcopus VVintonienſis, presb. Card. tt. S. Euſebij, mortuus eſt, ſepultuſque in partibus proprijs Angliæ.

Anno

Digitized by Google

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCXLVIII. Pontificatus PP. Nicolai quinti, Anno ſecundo, Die . . . Sbigneus . . . Polonus, Archiepiſcopus Cracouienſis in Polonia, presb. Card. tt. SS. Aquilæ & priſcæ, qui etiam Card. a Felice PP. quinto creatus, eam dignitatem ab ipſo accipere recuſauit, mortuus eſt in Polonia in partibus ſuis, ſepultum cadauer in Eccleſia Cracouienſi cathedrali.

Eodem Anno Die . . . Dionyſius . . . Hungarus Agrienſis, Archiepiſcopus Strigonienſis, presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis Diocletiani, legatus de latere Apoſtolicæ ſedis, ſub Eugenio quarto Pontifice Maximo in Hungaria ad coronandum, & inueſtiendum legem Hungarorum Vladiſlaum, mortuus eſt in partibus ſuis, eiuſque cadauer in Eccleſia cathedrali Strigonienſi ſepultum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCXLIX. Pontificatus Nicolai quinti pontificis Maximi Anno ſecundo, Die XII. Calend. Februarij. Ioannes ex Comitibus Taliacotij Neapolitanus, Archiepiſcopus Tarentinus, Nuncius ad Germanos, pro tollenda Neutralitate quam creato Felice Baſilieæ inierant ſub Eugenio IIII. Pontifice Maximo, abſens in eo negocio, factus presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei, poſt factus Epiſc. Card. Præneſtinus, & S. R. E. Maior pœnitentiarius, Romæ mortuus eſt eodem die, quo Neapoli obijt Card. S. Sabinæ, ſepultus in Baſilica S. Auguſtini, ordinis Eremitarum.

Eodem Anno & Die Ioannes . . . Romanus Monachus, ordinis S. Benedicti, Abbas Monaſterij S. Pauli Apoſtoli extra muro Vrbis uia Oſtienſi, presb. Card. tt. S. Sabinæ, mortuus eſt Neapoli, Die quo Romæ obijt Card. Tarentinus, quod nunquam, aliàs accidiſſe memoratur. Eius cadauer Neapoli ſepultum eſt in Eccleſia ſanct. . . .

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCL. Pontificatus PP. Nicolai quinti, Anno quarto, Die . . . Ioannes Ceruantes Hiſpalenſis, Archidiaconus Hiſpalenſis Hiſpanus, presb. Card. S. Petri ad Vincula tt. Eudoxę, legatus ſub Eugenio quarto, Pontifice Maximo Apoſtolicæ Apoſtolicæ ſedis de latere, cum maxima facultate ad Concilium Baſilienſe, cum Nicolao Albergato Cardinale S. Crucis. Mortuus eſt in partibus ſuis ibique ſepultus, Recuſauit legationem Vrbis Romæ, & uicinorum locorum a Concilio Baſilienſi ſibi oblatam, priuatus aliquando dignitate ab Eugenio IIII. mox cum eo in gratiam rediens reſtitutus.

Eodem Anno Die . . . Octobris, Ludouicus Alamanus Gallus, Decretorum Doctor, Epiſc. Maclouienſis, poſt Archiepiſcopus Rothomagenſis, prolegatus Bononiæ & Vicecamerarius abſens, presb. Card. in tt. S. Cæciliæ, & legatus Bononiæ, creatus ubi erat, ſub Eugenio IIII. PP. cum eo grauiſsimas ſimultates egit, a quo ad Concilium Baſilienſe fugiens, accerrimum ſe illi hoſtem præbuit, factus Dux Baſilienſis multitudinis Eugenio IIII. infenſe cuius potiſsimum cauſa Felix V. PP. contra Eugenium IIII. creatus in Cõcilio Baſilienſi, fax & ſcandalum S. R. E. & ſchiſmatis auctor, ob id ab Eugenio IIII. priuatus, egre ab eius ſucceſſore reſtitutus eſt, mortuus eſt in Sabaudia, ibique in ciuitate Lauſanenſi ſepultus, legatus ſub Felice V. PP. ad Fridericum Imperatorem, in conuentu Francfordienſe cum Panhormitano, Io. Segobienſe Cardinalibus obedientiæ Felicis PP. V.

Eodem Anno Die IIII. Nonas Iulij Henricus Scoto Mediolanenſis, Epiſc. Terdonenſis, poſt Papienſis Deinde, Archiepiſcopus Mediolanenſis, presb. Card. tt. S. Clementis, Mortuus eſt, Romæ ſepultus in tt. ſuo S. Clementis.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLI. Pontificatus PP. Nicolai quinti, Anno quinto, Die V. Idus Septembris, Ioannes . . . Epiſc. Coſoronenſis, poſt Morinenſis, presbyter Card. tt. S. Praxedis, poſt tt. S. Laurentij in Lucina, mortuus eſt, Romæ ſepultus in Priore tt. ſuo S. Virginis Praxedis.

Eodem Anno Die VI. Idus Octobris. Aſtorgius Agneſinus, aliàs Agneſis Neapolitanus, Archiepiſcopus Beneuentanus, presb. Card. tt. S. Euſebij. Qui a Nicolao Picinino quodam captus, & in uinculis coniectus magno ære ſe redemerat, Romæ mortuus eſt, eius cadauer ſepulchro marmoreo locatum in Clauſtro Fratrum, ordinis prædicatorum Baſilicę S. Marię ſuper Mineruam, cum elogio ſuo. De hoc uide Antoninum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLII. Pontificatus PP. Nicolai V. Anno VI. Die . . Menſis . . :: . . Archiepiſcopus Panhormitanus Siculus, presb. Card. tt. S. . . Qui ab Eugenio a quo ad Concilium Baſilienſe miſſus fuit deſciuerat, & a Felice PP. V. in Cardinalem creatus fuerat, poſt in unione quæ inter Nicolaum V. & Felicem facta eſt, in Collegium Nicolai Cardinalium receptus fuerat, mortuus eſt, ſepultus in. . . .

Eodem Anno Die . . . Ioannes de Segouia, Archidiac. Onetẽſis Hiſpanus, presb. Card. tt. ſanct. . . . Qui etiam ab Amadeo Felice V. nominato Card. creatus poſt a Nicolao V.

Digitized by Google

pro bono unionis in Cardinalium ſuorum Collegium adſcriptus fuerat, Romę mortuus eſt, ſepultus in Baſilica S. Petri.

Eodem Anno Die . . :: . . Varambona Gallus, presb. Card. tt. S. . . . a Felice v. PP. in ſua nominato obediẽtia creatus, poſt a Nicolao v. tempore unionis, quando abdicauit Felix, in creatorum Cardinalium S. R. E. Collegium adſcriptus, Romæ mortuus eſt, ſepultumque cadauer eius in baſilica principis Apoſtolorum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLIII. Pontificatus Nicolai quinti, Pontificis Maximi Anno ſeptimo, Die . . Amadeus olim ſubaudiæ Dux de domo Ducum ſubaudienſium Allobrox, poſt Decanus militũ Ieſu Chriſti, ordinis S Auguſtini Monaſterij S. Mauritij de Ripalia Gebennenſis Diœceſis, & in Concilio Baſilienſi contra Papam Eugenium quartum, Pontifex Romanus factus, Felixque v. in ſua obedientia appellatus, qui & Pontificatus ſui Anno decimo, ſponte pro tollendo ſchiſmate Papatu abdicauerat, atque ob eam rem a PP. Nicolao v. primus Epiſcopus Card. Sabinus, & Decanus Collegij, Germaniarum qui pro Apoſtolica ſede perpetuus de latere legatus & Vicarius Generalis creatus fuerat, in ciuitate Lauſanenſi mortuus eſt, ibique honorifice ſepultus.

Eodem Anno Die Nonis Septembris, Franciſcus Condelmerius Venetus Fratris Eugenij PP. quarti filius, Protonotarius Apoſtolicus, & Vicecamerarius, presb Card. factus tt. S. Cæciliæ, poſt tt. S. Clementis, Camerarius, & S R E Vicecancellarius, & Epiſc Card. portuenſis, & S. Rufinæ multis pro ſede Apoſtoloca legationibus ad diuerſos principes ſub Eugenio IIII. Pontifice Maximo functus, Romæ mortuus eſt, eiuſque cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLIIII. Pontificatus ſanctiſsimi & Beatiſsimi in Chriſto patris & Domini noſtri D. Nicolai diuina prouidentia v. Pontificis Maximi Anno octauo, Die . . Ioannes . . Anglicus, Epiſc. Eboracenſis, poſt Archiepiſcopus Cantuarienſis & totius Angliæ primus S. R. E. presb. Card. tt. S. Balbinæ legatus de latere Apoſtolicæ ſedis in partibus ſuis, obijt in Anglia, cuius cadauer in Eccleſia Archiepiſcopali Cantuarienſis ſepultum eſt, ſepulchro marmoreo honorificentiſsimo.

OMNES CARDINALES QVI SVB NICOLAO PP. V. MORTVI SVNT, SVNT XIIX.

Illud non omittendum Nicolaum quintum Pontificem Maximum Anno Dominicę Natiuitatis ∞CCCCL. more moſaico Annum ſolemnem Iobilei quinto celebraſſe, frequentiſsimo omnium gentium Chriſtiani orbis, ad Vrbem properantium cõcurſu, iuxta iam receptã conſuetudinem a Clemente PP. VI. Anno centeſimo ante, iam in Eccleſiam Romanorum precibus Anno ∞CCCL, introductum, Bonifacij VIII. lege & annorum ſpacio decurtato.

CALLISTVS PP. III. NVM. CCXLII. AN. CHR. ∞CDLV.



IN

IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. CALLISTVS III. PONT. MAX. VALENTINVS ALPHONSVS Borgia e Caſtro Saținę Valētinę Diœceſis, Hiſpanus Epiſc. Valentinus, patre Ioanne, matre Franciſca, generoſis parentibus natus ac libero educatus, utriuſque iuris Doctor S. R. E. presb. Card. Florentiæ, ſiuè Romæ in quinta ſua Cardinalium ordinatione, tituli SS. quatuor coronatorum ab Eugenio PP. IIII. factus. Hic mortuo Nicolao PP. V. Romæ apud S. Petrum XV. Cardinalium in Cōclaui tunc exiſtētium ſuffragiis Pont. Max. & Vniuerſalis PP. Creatus eſt VI. Idus Aprilis. Quartodecimo uacantis ſedis die. Sedit autem hic Pontifex in ſacratiſſima ſede Beati Petri Apoſtoli Annos tres, Menſes tres, Dies XXVI.

CARDINALES QVI CONCLAVI QVO CALLISTVS PP. FACTVS EST INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

EVGENIVS PP. IIII.

GEORGIVS de Fliſco Genuenſis, Archiepiſcopus Genuñ. Epiſc. Card. Oſtienſis Decanus.
ISIDORVS Monachus Græcus, Archiepiſcopus Ruthenorum, Epiſc. Card. Sabinus.
BESSARION Græcus Cōſtantinopolitanus, Archiepiſc. Nicenus, Epiſc. Card. Tuſculanus.
MAGISTER Frater Ioannes de Turre Cremata, ordinis prædicatorum, Epiſc. Card. Albanus, Hiſpanus S. R. E. Archipresbyter.

CARDINALES PRESBYTERI IX.

EVGENIVS PP. IIII.

LVDOVICVS Patauinus Patriarcha Aquilegieñ. presbyter Card. tt. S. Laurentij in Damaſo.

MARTINVS PP. V.

DOMINICVS Capranicus Romanus, Epiſc. Firmanus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalē.

EVGENIVS PP. IIII.

ALPHONSVS Borgia Hiſpanus, Epiſc. Valentinus, presb. Card. tt. SS. IIII. coronatorum.

NICOLAVS PP. V.

ANTONIVS Cerdanus Maioricenſis Hiſpanus, Epiſc. Ilerdenſis, presb. Card. tt. S. Chryſō.
LATINVS Vrſinus Domicellus Rom. Archiepiſc. Tranēſis, presb. Card. tt. SS. Io. & Pauli.
ALANVS Cocitenus Britto, Archiepiſc. Auinionenſis, presb. Card. in tt. S. Praxedis.
PHILIPPVS Sarzanus de Lucanis Lunenſis, Epiſc. Bononienſis, presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina.
HVGO Guillelmus de ſtagno Verdunenſis, Archidiac. Metenſis, presb. Card. tt. S. Sabinæ.

EVGENIVS PP. IIII.

PETRVS Barbus Venetus, Epiſc. Vicentinus, presb. Card. in tt. S. Marci.

CARDINALES DIACONI II.

MARTINVS PP. V.

PROSPER Columna Domicellus Romanus, Diaconus Cardinalis ſancti Georgij ad Velum aureum S. R. E. Archidiaconus.

Digitized by Google

EVGENIVS PP. IIII.

IOANNES Caruagial Hiſpanus, electus Epiſc. Placentinus, Diac. Card. S. Angeli.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES.

EVGENIVS PP. IIII.

GVILLELMVS de Eſtouteuilla Gallus, Archiepiſcopus Rothomagenſis, Epiſc. Card. Portuenſis S.R.E. Camerarius.

PETRVS Schouuembergh ex Franconia oppido . . Diœceſis Herbipolenſis, Epiſc. Auguſtenſis Germanus, presb. Card. tt. S. Vitalis.

NICOLAVS PP. V.

IOANNES Gallus, Confeſſor Delphini, Epiſc. Ecluēſis, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

MAGISTER Nicolaus de Cuſa, Epiſ. Brixineñ. German. presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula.

OMNES SVNT NVMERO XIX.

CORONATIO PP. CALLISTI III.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccclv. Pontificatus Sanctiſsimi & Beatiſsimi in Chriſto patris & Domini, Domini Calliſti tertij, Pontificis Maximi. Idem Dominus PP. in Gradibus ante fores Baſilicæ principis Apoſtolorū, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, Die XII. Calend. Maij, per Illuſtriſsimum & Reuerendiſsimum Dominum Proſperum Columnam Domicellum Romanum PP. Martini V. nepotem Diaconum Cardinalem S. Georgij ad Velum aureum, S. R. E. Archidiaconū, Cardinalibus, Epiſcopis, Clero & infinita populi multitudine adſtante, Die Dominico.

Idem Pontifex ſtatim, poſt ſuæ coronationis ſolennitatem in publico Conſiſtorio bellum ſacrum, quod cruciatam appellant, Turcis hoſtibus noſtræ ſanctæ fidei infenſiſsimis indixit, qui paulo ante Conſtantinopolim & totū Oriētale Imperiū pulſis Chriſtianis occupauerāt.

PRIMA CARDINALIVM ORDINATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis cccccclvi. Pontificatus PP. Calliſti III. Anno ſecundo, Die XIIII. Calend. Octobris, Romæ Calliſtus III. Pontifex Maximus, fecit primam Cardinalium ordinationem, qua tres Cardinales, unum Presbyterum, & duos Diacones creauit, qui fuerunt.

1 LVDOVICVS Milanus Valentinus Hiſpanus PP. Calliſti, ex ſorore nepos, Epiſc. Segobricenſis, presb. Card. tt. SS. quatuor coronatorum, & Bononiæ legatus.

2 IACOBVS Luſitanus Regis Portugalliæ filius, electus Archiepiſcopus Vlixponenſis, Diac. Card. in Diaconia S. Mariæ Virginis, quæ appellatur in Porticu.

3 RODERICVS Lenzolius PP. Calliſti, ex altera ſorore nepos Valentinus Hiſpanus, gentilicijs inſignibus, & cognomine a Calliſto auunculo Donatus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano S.R.E. Vicecancellarius.

III.



SECVNDA

Digitized by Google

SECVNDA PP. CALLISTI CARDINALIVM ORDINATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLVI. Pontificatus PP. Calliſti III. Anno ſecundo, Die XVI. Calend. Ianuarij, Romæ Calliſtus tertius Pontifex Maximus fecit ſecundam Cardinalium ordinationem, qua ſex Cardinales presbyteros ordinauit, hi ſunt.

4 RAINALDVS Piſcatellus Neapolitanus, Archiepiſcopus Neapolitanus, presb. Card. tt. S. Cæciliæ, abſens.

5 IONNES Mela Hiſpanus, Epiſc. Zamoſenſis, presb. Card. tt. SS. Aquilæ & Priſcæ.

6 IOANNES Caſtillioneus Mediolaneñ. Epiſc. Papienſis, presb. Card. tt. S. Clementis.

7 Æneas Siluius Picolomineus Senenſis, Epiſc. Senenſis, Diac. Card. S. Euſtachij, mox presb. Card. in tt. S. Sabinæ.

8 IACOBVS Theobaldus Romanus iuris utriuſque Doctor, Epiſc. Ferretranus, presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

9 RICARDVS Oliuerij . . . Nortmandus Gallus, Epiſc. Conſtantienſis, presb. Card. tt. S. Euſebij.

IIII.




V.



VI.



VII.



VIII.



IX.



EPILOGVS CARDINALIVM CALLISTI III. PONT. MAX.

PP. Calliſtus III. duobus ordinationibus Menſibus Septembri, & Decembri factis, nouē creauit Cardinales, presbyteros Septem, & Diacones duos, Epiſcopos uero nullos fecit.

OBITVS PP. CALLISTI III.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLVIII. tertio Nonas Auguſti, Romæ in Palatio Apoſtolico apud ſanctum Petrum Calliſtus tertius Pontifex Maximus Pōtificatus ſui Anno quarto, Diem clauſit extremum, cadauer in ſacrario Baſilicæ principis Apoſtolorum ſepultum eſt, marmoreo mauſoleo, quod Rodericus Borgia nepos eius Cardinalis Vicecancellarius conſtrui fecit.

EXEQVIAE

Digitized by Google

EXEQVIAE PP. CALLISTI III.

Eodem Anno Die, poſt obitum PP. Calliſti III. uidelicet III. Nonas Auguſti, eius exequiæ ſiue nouendialia in Baſilica S. Petri more maiorum a cardinalibus celebrari ſunt cœpta nouem diebus.

INTROITVS CONCLAVIS QVO PP. PIVS II. CREATVS EST.

Eodem Anno Die pridie. Idus Auguſti finitis exequijs PP. Calliſti III. & Miſſa de ſpiritu ſancto, per Cardinalem Oſtienſem cantata, Cardinales numero XVIII. Conclaue ingreſsi ſunt, paratum in Apoſtolica Palatio apud S. Petrum, pro electione noui futuri ſummi Pontificis, qui Die octauo ab ingreſſu Conclauis, decimoſeptimo uero uacantis ſedis, uidelicet XIIII. Calend. Septembris, elegerunt in Papam Æneam Siluium ciuem & Epiſcopũ Senenſem de Picolominibus, presbyterum Cardinalem tt. S. Sabinæ. Qui Pius II. PP. appellatus eſt. De quo uide infra.

CARDINALES MORTVI SVB PONTIFICATV PP. CALLISTI III.

Anno Dominicæ Natiuitatis MCCCCLV. Pontificatus PP. Calliſti III. Anno primo, Die V. Calend. Nouembris, Guillelmus Hugonis de ſtagno Verdunen. Gallus, iuris utriuſque Doctor Archidiaconus Metenſis, presb. Card. tt. S. Sabinæ, a Felice V. primo creatus, poſt tẽpore pacis & unionis Felicis & Nicolai V. inter Cardinales a Nicolao V. ſuſceptus, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Eccleſia tt. ſui S. Chriſti martyris Sabinæ.

Anno Chriſtianæ MCCCCLVII. Pontificatus PP. Calliſti III. Anno tertio, Die III. Idus Iulij Raynaldus Piſſatellus Neapolitanus, Archiepiſcopus Neapolitanus, presb. Card. in tt. S. Cæciliç, qui quũm abſens a Calliſto creatus eſſet, paulo poſt iam Cardinalis in Vrbem uenerat, mortuus eſt Romæ, ſepultus in Baſilica S. . . . .

Anno Dominicæ Natiuitatis MCCCCLVIII. Apoſtolica ſede uacante, poſt mortem PP. Calliſti III. & ante creationem Pij, Die XIX. Cal. Auguſti Dominicus Capranicus Romanus PP. Martini V. olim ſecretarius, poſt Protonotarius Apoſtolicus, electus Epiſc. Firmanus, Diaconus Card. S. Mariæ nouæ, poſt presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem. Duodecim legationibus pro ſede Apoſtolica functus, Romæ mortuus eſt, & in Baſilica S. Mariæ ſuper Mineruam ſepultus.

PIVS PP. II. NVM. CCXLIII. ANNO CHR. MCDLVIII.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. PIVS II. PONT. MAX. SENENSIS TVSCVS Æneas Siluius Picolomineus Siluij,& uictorię filius Corſiniani,quod oppidum eſt Senenſis Agri natus eſt. Fuit primo a ſecretis Dominici capranici Card. S.Crucis,poſt Nicolaum Albergatum Cardinalem Bononienſem ſequutus,apud eum per aliquot tempus manſit, uir literarum eruditiſsimus, inde Canonicus Tridentinæ Eccleſiæ factus,Baſileam ad Concilium ſe contulit,ubi magno ſemper in honore apud omnes eſt habitus, Fuit enim in celeberrima Synodo primo Clericus ceremoniarum,poſt literarum Apoſtolicarum Abbreuiator, poſt legatus a Felice V.ad Imp. Fridericum III.miſſus, inter intimos familiares admiſſus,& a ſecretis ab eo creatus eſt, cuius ad Eugenium Papam IIII.aliquando orator fuit, quo munere mortuo Eugenio IIII.fungens,Romę Conclaui,quo Nicolaus PP.V.creatus eſt,præfuit,& quùm ab Eugenio Subdiaconus Apoſtolicus creatus fuiſſet, a Nicolao V.Epiſc. Tergeſtinus primo, deſignatus eſt,mox Senenſis cuius Vrbis ciuis erat,a Calliſto,in altera ſua Cardinalium ordinatione cum alijs quinque Diaconus, Cardinalis primo,S.Euſtachij, mox tt.S. Sabinæ, presbyter ordinatus eſt. Mortuo autem Calliſto III.XVII.Cardinalium ſuffragijs in Conclaui tunc apud Sanctum Petrum exiſtentibus, decimoſeptimo uacantis ſedis die, ideſt XIIII. Calen. Septembris Pont.Max.unanimi omnium conſenſu Renunciatus eſt,ſedit autem hic Apoſtolicus Pontifex in ſacratiſsima beati Petri ſede, Annos V.Mens.XI.Dies XXVI.

CARDINALES XIIX. QVI CONCLAVI QVO PIVS II. PONT. MAX. CREATVS EST INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI V.

EVGENIVS PP. IIII.

GEORGIVS de Fliſco Genuenſis,Epiſc.Card.Oſtienſis & Veletrenſis, Archiepiſcopus Genueñ.Decanus.

ISIDORVS . . Græcus Monachus Conſtantinopolitanus, Archiepiſc. Ruthenorum Epiſc.Card. Sabinus.

BESSARION . . Græcus Conſtantinopolitanus, Archiepiſcopus Nicenus Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

GVILLELMVS de Eſtouteuilla Gallus,Archiepiſcopus Rothomagẽſis, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis & S.Rufinæ.

MAGISTER Frater Ioannes de Turre Cremata Hiſpanus,ordinis prædicatorum,Epiſcopus Card.Albaneñ.

CARDINALES PRESBYTERI X.

NICOLAVS PP. V.

ANTONIVS Cerdanus Maioriceñ. Hiſpanus, Epiſc. Meſſaneñ.presbyter.Cardinalis.tt.S. Chryſogoni.

LATINVS Vrſinus Domicellus Romanus, Archiepiſcopus Tranenſis presb.Card.tt.SS. Ioannis & Pauli.

ALANVS Coëttinus Britto,Archiepiſcopus Auinionenſis,presb.Card.tt.S.Praxedis.

PHILIPPVS Lucanus de Sarzana Lunẽſis, Epiſcopus Bononieñ.presb.Card.tt.S.Laurentij in Lucina.

EVGENIVS PP. IIII.

PETRVS Barbus Venetus,Epiſc.Vicentinus,presbyter Card.in tt.S.Marci.

CALLITVS PP. III.

LVDOVICVS Milanus Valentinus HiſpanusEpiſc. Segobricẽſis, presb. Card.tt.SS.quatuor coronatorum.

IONNES Mela Hiſpanus,Epiſc.Zamorenſis,presb.Card.in tt.S.Priſcæ.

IOANNES

IOANNES Caſtellioneus Mediolanenſis, Epiſc. Papienſis, presb Card. tt. S. Clementis.
IACOBVS Thebaldus Romanus, Epiſc. Feretranus, presb. Card. tt. S. Anaſtaſię.
ÆNEAS Syluius ciuis, & Epiſc. Senenſis, presb. Card. in tt. S. Sabinæ.

CARDINALES DIACONI III.

MARTINVS PP. V.

PROSPER Columna Domicellus Romanus, Diaconus Card. S. Georgij in Velabro S. R. E Archidiaconus.

CALLISTVS PP. III.

IACOBVS Luſitanus filius Regis Portugalliæ, electus Archiepiſc. Vlixponeñ. Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.
RODERICVS Lenzolius Borgia Valentinus, Epiſc. Valentin. Hiſpan. Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano S. R. E. Vicecancellarius.

CARDINALES ABSENTES.

EVGENIVS PP. IIII.

PETRVS Schouuembergh Herbipolenſis ex Franconia Germanus, Epiſc. Auguſtenſis tt. S. Vitalis S. R. E. Archipresbyter.

LVDOVICVS Patauinus Patriarcha Aquilegieñ. presbyter Card. tt. S. Laurentij in Damaſo.

NICOLAVS PP. V.

IOANNES . . Gallus Confeſſor Delphini, Epiſc. Eduenſis, presb. Card. tt. S Stephani in Cœlio monte.
NICOLAVS de Cuſa Germanus, Epiſc. Brixinenſis, presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula.

CALLISTVS PP. III.

RICARDVS . . Nortmandus Gallus, Epiſc. Conſtantienſis, presb. Card. tt. S. Euſebij.

EVGENIVS PP. IIII.

IOANNES Caruagial Hiſpanus, electus Epiſc. Placentinus, Diac. Card. S. Angeli.

OMNES CARDINALES SVNT NVMERO XXIIII.

CORONATIO PP. PII II.

Anno Chriſti ∞CCCCLVIII. Die III. Nonas Septembris PP. Pius II. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit Romę, in Gradibus ante fores Baſilicę Apoſtoli Petri per Proſperum Columnam S. R. E. Archidiaconum, omnibus Cardinalibus, Epiſc. Clero & innumera populi multitudine adſtantibus.


PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLX. III. Nonas Martij, Pontificatus PP. Pij II. Anno ſecundo Romæ. Idem Pontifex fecit primam Cardinalium ordinationem, in qua, quinq; Cardinales creauit, presbyteros quatuor, & Diaconem unum, qui fuerunt.


1 ANGELVS Capranicus Romanus Dominici olim Card. Frater, Epiſc. Reatinus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
2 BERNARDVS Herulus Narnienſis, Epiſc. Spoletanus, ſacri Palatij Apoſtolicæ cauſarum auditor, presb. Card. tt. S. Sabinæ, quæ eſt in monte Auentino.
3 NICOLAVS Fortiguerra Piſtorienſis, Epiſc. Theatinus, presb. Card. tt. S. Cæciliæ.
4 MAGISTER Frater Alexander Oliua de Saxoferrato, ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, Prior Generalis, presb. Card. in tt. S. Suſannæ ad duas domos.
5 FRANCISCVS Picolomineus Senenſis PP. Pij nepos Protonotarius Apoſtolicus, & electus Archiepiſcopus Senenſis, Diac. Card. S. Euſtachij iuxtà templum Agrippæ.

SECVNDA


III.



IIII.



V.



SECVNDA CARDINALIVM ORDINATIO

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞cccclxi. Pontificatus pp. Pij Anno tertio, Die xv. Cal. Ianuarij, pp. Pius fecit ſecundam Cardinalium ordinationem, qua ſex Cardinales Romæ creauit, quinque Presbyteros, & Diaconum unum, qui fuerunt.

6 BARTHOLOMEVS Rouerella Rauennas, Archiepiſcopus Rauennas, presb. Card. tt. S. Clementis.

7 IOANNES ignobilis Luxinienſis Biſuntinæ, Diœceſis Gallus Monachus Benedictinus, Epiſc. Attrebatenſis, presb. Card. SS. Silueſtri & Martini in montibus tt. Equirij.

8 IACOBVS . . Epiſc. Vrgelenſis, presb. Card. in tt. ſanct. . . .

9 LVDOVICVS de Alibretto Gallus, Epiſc. . . presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.

10 IACOBVS Amanatus Lucenſis Etruſcus, Epiſc. Papienſis, presb. Card. tt. S. Chryſogoni.

11 FRANCISCVS Gonzaga Mantuanus, electus Epiſc. Mantuanus, Diac. Card. S. Mariæ Nouæ.

VI.




VII.



VIII.



IX.



X.



XI.



TERTIA

TERTIA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞ccccLXII. Pōtificatus PP. Pij II. Anno quarto, Die pridie Calend. Iunij, Viterbij ubi Romana curia reſidebat PP. Pius fecit tertiam Cardinalium, qua unum tantum, presbyterum Cardinalem creauit, is fuit.

12 : : . . . . Epiſc. Saltzburgenſis Germanus, presb. Card. tt. ſanct. . . .

XII.



CARDINALES EPISCOPI A PP. PIO II. CREATI.

IOANNES Caruagial Hiſpanus, electus Placentinus, Diac. Card. S. Angeli, factus Epiſcopus Portuenſis.

GVILLELMVS de Stouteuilla Gallus, Epiſc. Portuenſis, factus Epiſc. Card. Oſtienſis.

MAGISTER Frater Ioannes de Turre Cremata Hiſpanus, Epiſcopus Albanus, factus Epiſc. Sabinenſis.

EPILOGVS CARDINALIVM PP. PII II.

PP. Pius II. tribus ordinationibus Mēſibus Martio, Maio, & Decembri, factis duodecim Cardinales creauit, presbyteros decem, Diacones duos, & ex antiquis Epiſcopum unū fecit.

OBITVS PII II. PONTIFICIS MAXIMI.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞ccccLX.IIII. Die XIX. Cal. Septembris PP. Pius ſecundus Anconæ in Piceno, quo ſe bellum Turcis illaturus contulerat mortuus eſt, Pontificatus ſui Anno ſexto. Cadauer Romam relatum in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo ſedes Apoſtolica, Dies ſexdecim.

EXEQVIAE PP. PII SECVNDI.

Eodem Anno Die XIIII. Calend. Septembris, Romæ in Baſilica S. Petri Exequiæ ſiue Nouendialia Pij PP. ſecūdi celebrari a Cardinalibus ſunt cæpta, nouem diebus maiorū more.

INTROITVS CONCLAVIS QVO PP. PAVLVS II. CREATVS EST.

Eodem Anno Die V. Calend. Septembris Finitis Exequijs PP. Pij II. & Miſſa de ſpiritu ſancto per Dominum Tuſculanum Epiſcopum cantata, Cardinales numero XX. Conclaue ingreſsi ſunt paratum in Apoſtolico Palatio S. Petri, ubi tertio, poſt ingreſſum Conclauis Die, ſedis uero uacantis ſextodecimo, in ſummum, & uniuerſalem Pontificem elegerunt Petrum Barbum Venetum PP. Eugenij IIII. ex ſorore nepotem, presbyterum Cardinalem in tt. S. Marci, qui Pauli II. Pontificis Maximi, ſibi nomen aſſumpſit.

CARDINALES MORTVI SVB PONTIFICATV PP. PII II.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞ccccLVIII. Pontificatus PP. Pij ſecundi Anno primo Die pridie, Idus Septembris Antonius Cerdanus Maioricenſis Hiſpanus, ſacrę Paginæ profeſſor. Eugenij PP. IIII. olim Cubicularius, quem Nicolaus PP. V. ſibi Philoſophiæ ſtudijs & arcanorum ſacræ Theologiæ cognitionem ex omnibus parem elegerat, presbyterumque Cardinalem

Digitized by Google

Cardinalem in tt. S. Chryſogoni fecerat, Romæ mortuus eſt, & in Veſtibulo ſacrarij Baſilicę principis Apoſtolorũ ſepultus, huius opera pax inter Florẽtinos & Alphõſum Regem facta.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclix. Pontificatus Pij ſecundi pontificis Maximi, Anno primo, Die xvi. Cal. Maij, Iacobus Roſa, Hiſpanus, filius Regis Portugalliæ, electus Archiepiſc. Vlixponenſis, Diac. Card. S. Mariæ in Porticu. Qui quum Florentiæ graui morbo detineretur ei ſuaderent Medici, ſe ſi coijſſet mortem uitare poſſe, potius intrepidus mortẽ expectare, quã medicis obtẽperare uoluit, Florentiæ mortuus eſt. Ibidem ſepultum, cadauer apud S. Meniatem, ordinis Monachorum S. Benedicti congregationis motis Oliueti. Vir fuit uirtute inſignis à maioribus haud degerans.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏccccclx. Pontificatus Pij II. Pontificis Maximi, Anno ſecundo, Die xviii. Calẽd. Maij, Ioannes Caſtilioneus Mediolaneñ. Epiſc. Papieñ. Nuncius Apoſtolicus in Hungaria & Germania, atque in eo negocio abſens, factus, presb. Card. tt. S. Clementis, operante Maximo Guillelmo de Eſtoutenilla Cardinale, Legatus Apoſtolicæ ſedis in Marchia Anconitana, in qua legatione mortuus eſt, & cadauer Mediolanum trãſlatum, cum maioribus ſuis ſepultum eſt. Fuit ante Epiſcopatũ Papienſem, Epiſc. Conſtantienſis, in prouincia Rothomagenſi, Brandę Cardinalis Gentilis.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxi. Pontificatus PP. Pij ſecundi, Anno tertio, Die viii. Idus Octobris, Georgius de Fliſco Genuenſis, Archiepiſcopus Genuenſis, presb. Card. tt. S. Chriſti Martyris Anaſtaſiæ, poſt Epiſc. Card. Oſtieñ. & Veletrenſis, & Collegij Cardinalium Decanus, Romæ mortuus eſt, Cadauer eius Genuam relatum, in Archiepiſcopali Eccleſia S Laurentij honorifice conditum eſt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxiii. Pontificatus PP. Pij ſecundi, Anno quarto, Die viii. Idus Martij, Iſidorus . . Conſtantinopolitanus Græcus, Monachus ordinis S. Baſilij, Abbas Monaſterij S. Demetrij Conſtantinopoli, Archiepiſc. Ruthenorum, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini in Merulana, poſt Epiſc. Card. Sabinus, legatus Apoſtolicæ ſedis, ſub PP. Nicolao v. Conſtantinopolim, ad Imperatorem Græcorũ, Romæ mortuus eſt, & in Baſilica principis Apoſtolorum cadauer eius ſepultum.

Eodem Anno Die ix. Calend. Aprilis, Proſper Columna Domicellus Romanus Martini v. Pontificis Maximi fratris filius, Protonotarius Apoſtolicus, multis cõmendis ditatus, ab Eugenio IIII. PP. ad Concilium Baſilienſe fugit, Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureũ, & S. R. E. Card. Archidiac. trium Pontificum coronatione inſignis, Romæ mortuus eſt, cadauer eius in Baſilica SS. duodecim Apoſtolorum honorifice reconditum eſt.

Eodem Anno Chriſti Pontificatus uero Pij ſecundi Pontificis Maximi, Anno quinto, Die duodecimo Calend. Septembris, Magiſter Frater Alexander Oliua de Saxoferrato, quod oppidum eſt, in prouincia Vmbriæ, ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini profeſſus, & eiuſdem, ordinis prior Generalis, Epiſc. . . . S. R. E. presb. Card. tt. S. Suſannæ ad duas domos, obſcuris parentibus ortus, Theologus & Philoſophus eruditiſsimus. Tibure mortuus eſt, eius cadauer Romam Relatum in Baſilica S. Auguſtini, ordinis ſui, ſepulchro marmoreo, honorifice conditum eſt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxiiii. Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto patris, & beatiſsimi Domini noſtri, Domini Pij ſecundi, diuina prouidentia Pontificis Maximi, Anno ſexto, paulo ante mortem eius, Die pridie Idus Auguſti.

Magiſter Nicolaus de Cuſa Germanus, Archidiaconus Leodienſis, & Protonotarius Apoſtolicus Theologus eminentiſsimi ingenij, presbyter Card. S. Petri ad Vincula, in tt. Eudoxiæ, poſt Epiſco. Brixienſis, legatus Apoſtolicæ ſedis, ſub PP. Nicolao v. in Germania in conuentu Moguntino, & ad componendam pacem inter Regis Angliæ & Franciæ, legatus Vrbis, Pio II. ad Concilium Mantuanum proficiſcente, in Vinculis aliquando a Sigiſmundo Norico coniectus & liberatus. Tuderti in Vmbria mortuus eſt, cadauer Romam tranſlatum in titulo ſuo ſancti Petri ad Vincula, quem reſtituerat, ſepultus eſt.

OMNES SVNT NVMERO VIII.

Digitized by Google


PAVLVS PP. II. NVM. CCXLIIII. AN. CHR. ∞CDLXIV.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. PAVLVS II. PONT. MAX. VENETVS Petrus Barbus Venetus patre Nicolao, matre Polixena, Eugenij IIII. Pontificis Maximi ſorore, Archidiaconus Bononienſis, Protonotarius Apoſtolicus, commendatarius Eccleſiæ Ceruienſis & tandem cum Ludouico Patauino, Card. Diac. S. Mariæ Nouæ ab Eugenio IIII. auunculo ſuo in quarta Cardinalium ordinatione creatus, poſt Epiſc. Vicentinus factus, presb. Card. in tt. S. Marci, ordinatus eſt. Hic mortuo Pio II. Pontifice Maximo. Sextodecimo uacantis ſedis die; XIX. Cardinalium in Conclaui tunc exiſtentium pridie Calendas Septembris, Pontifex Maximus renunciatus eſt, omnium uotis & uno excepto (qui ei ſemper aduerſatus fuerat) Ludouico Cardinale Aquilegienſe, nemine diſcrepāte, ſedit autem hic Pontifex in Apoſtolica ſede beati Petri Apoſtoli, Annos VI. Menſes X. Dies XXIX.

CARDINALES QVI CONCLAVI QVO PAVLVS II. PP. FACTVS EST INTERFVERVNT XIX.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

EVGENIVS PP. IIII.

BESSARION Græcus, Archiepiſcopus Nicenus, Epiſc. Card. Tuſculanus, Decanus.

GVILLELMVS de Eſtouteuilla Gallus, Archiepiſcopus Rothomagēſis, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, Camerarius.

IOANNES Caruagial Hiſpanus. Epiſc. Placentinus, Epiſc. Card. Portuēſis, & S. Rufinæ.

MAGISTER Frater Ioannes de Turre Cremata, ordinis prædicatorum Hiſpanus, Epiſcopus Card. Sabinus.

CARDINALES PRESBYTERI XIII.

EVGENIVS PP. IIII.

LVDOVICVS . . . Patauinus atPriarcha Aquilegienſis, presb. Cardinalis tt. S. Laurentij in Damaſo.

NICOLAVS

NICOLAVS PP. V.

LATINVS Vrſinus Domicellus Romanus, Archiepiſcopus Traneñ. presb. Card. tt. SS. Ioannis & Pauli.
ALANVS Coëtiuus Britto, Archiepiſcopus Auinioneñ. presb. Card. tt. S. Praxedis.
PHILIPPVS Lucanus de Sarzana, Epiſc. Bononieñ. presb. Card. tt. S. Laurentii in Lucina maior pœnitentiarius.

EVGENIVS PP. IIII.

PETRVS Barbus Venetus, Epiſc. Vicentinus, presb. Card. in tt. S. Marci.

CALLISTVS PP. III.

IOANNES Mela ciuis, & Epiſc. Zamorenſis Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Priſcæ.
IACOBVS Thebaldus Romanus, Epiſcopus Ferretranus, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.
RICARDVS Oliuerij Gallus, Epiſc. Conſtantienſis Gallus, presb. Card. tt. S. Euſebij.

PIVS PP. II.

ANGELVS Capranica Romanus, Epiſc. Reatinus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
BERARDVS Herulus Narnienſis, Epiſc. Spoletinus, presb. Card. tt. S. Sabinæ.
BARTHOLOMEVS Rouerella ciuis, & Archiepiſc. Rauennas, presb. Card. tt. S. Clementis.
LVDOVICVS de Alberto Gallus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.
IACOBVS Amanatus Lucenſis, Epiſc. Papienſis, presb. Card. tt. S. Chryſogoni.

CARDINALES DIACONI III.

CALLISTVS PP. III.

RODERICVS Borgia Valētinus Hiſpanus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, Epiſc. Valentinus electus, S. R. E. Vicecancellarius, & Archidiaconus.

PIVS PP. II.

FRANCISCVS Picolomineus Senenſis ciuis, & Archiepiſc. electus, Diac. Card. S. Euſtachij.
FRANCISCVS Gonzaga ciuis, & electus Epiſc. Mantuanus, Diac. Card. S. Mariæ Nouæ.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES.

EVGENIVS PP. IIII.

PETRVS Schonuembergh Herbipolenſis, ex Franconia German. Epiſc. Auguſtenſis, presb. Card. tt. S. Vitalis S. R. E. Archipresbyter.

NICOLAVS PP. V.

IOANNES . . . Gallus, Epiſc. Eduenſis, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

CALLITVS PP. III.

LVDOVICVS Milanus Valentinus Hiſpanus Epiſc. Segobricēſis, presb. Card. tt. SS. quatuor coronatorum.

PIVS PP. II.

NICOLAVS Fortiguerra Piſtorienſis, Epiſc. Theatinus, presb. Card. tt. S. Cæciliæ.
IOANNES Luxinienſis, Gallus, Epiſcopus Attrebatenſis, presbyter Card. tt. S. Martini in Montibus.
IACOBVS . . . Vrgelenſis, Epiſc. presbyter Card. in tt. S. . . .
: : . . . . . . Epiſcopus Saltzburgenſis Germanus, presb. Card. tt. S. . . .

OMNES SVNT NVMERO XXVII.

Coronatio Pavli II. Pontificis Maximi.

Anno Dominicæ Natiuitatis MCCCCLXIIII. Die v. Idus Septembris, Paulus II. Pontifex Maximus Romæ in Gradibus ante fores Baſilicæ principis Apoſtolorum ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, per Rodericum Borgiam S. R. E. Archidiaconum & Vicecancellarium. Adſtantibus Cardinalibus, Epiſcopis, Clero, & innumera populi multitudine.

Prima Cardinalivm Creatio.

Anno Chriſti MCCCCLXIIII. Pontificatus Pauli II. Pontificis Maximi, Anno primo, Die XIIII. Cal. Octobr. PP. Paulus ſecundus, fecit primam Cardinalium ordinationem, qua nouem Cardinales creauit, octo Presbyteros, & unum Diaconem, qui ſunt.

1 Thomas . . . Anglicus, Archiepiſc. Cantuarienſis, presb. Card. tt. S Cyriaci in Thermis.

2 Stephanvs de Varada, Decretorũ Doctor, præpoſitus Eccleſiæ Agerenſis, Archiepiſc. Collocenſis Gallus, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.

3 Oliverivs Carapha ciuis, & Archiepiſc. Neapolitanus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.

4 Marcvs Barbus eius nepos Venetus, Epiſc. Vicentinus, presb. Card tt. S. Marci.

5 Ioannes Balues Gallus, Epiſc. Andegauenſis, presb. Card tt. S. Suſannæ.

6 Amicvs, ex oppidulo Colliſinedij Diœc. Aquilanæ, Epiſc. Aquilanus, presb. Card. tt. S. Mariæ trans Tyberim.

7 Theodorvs Lælius de Torni, Epiſc. Taruiſinus, presb. Card. tt. ſanct. . . . .


8 Frater Franciſcus de Albizzola Diœceſis Sauoneñ. Ligur, ordinis Fratrum minorũ Generalis Miniſter, presb. Card. S. Petri ad Vincula tt. Eudoxiæ.

9 Theodorvs ex Marchionibus Montisferrati Inſuber Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Theodori.

III.



IIII.



V.



VI.



VII.



VIII.



Digitized by Google

.IX.




SECVNDA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏCCCCLXVIII. Pontificatus Anno quinto, Pauli ſecundi, Pontificis Maximi Die XI. Calend. Decembris, PP. Paulus II. Romæ ſecundam fecit Cardinalium, ordinationem, qua duos Cardinales, Diacones nepotes ſuos fecit. Hi ſunt.

10 BAPTISTA Zeno Venetus PP. Pauli II. ex ſorore nepos Protonotarius Apoſtolicus, electus Epiſc. Vicentinus, Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

11 IOANNES Michaëlius Venetus PP. Pauli, ex altera ſorore nepos, Protonotarius Apoſtolicus, electus Epiſc. Veronenſis Diac. Card. S. Angeli in foro Piſcium.

X.  XI. 

TERTIA CARDINALIVM. CREATIO.

Anno Chriſti ꝏCCCLXXI. Pontificatus Pauli II. Pontificis Maximi Anno ſeptimo, Romæ Die . . PP. Paulus ſecundus fecit tertiam Cardinalium aliquot, ordinationẽ quos morte præuentus publicare non potuit.

CARDINALES EPISCOPI A PP. PAVLO II. CREATI.

LATINVS Vrſinus Domicellus Romanus, presb. Card. tt. SS. Ioannis & Pauli, Epiſcopus Card. Sabinus.

PHILIPPVS Lucanus de Sarzana Lunenſis, presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina, factus Portuenſis.

EPILOGVS CARDINALIVM PAVLI II. PONTIFICIS MAXIMI.

PP. Paulus ſecundus, undecim Cardinales, duobus ordinationibus, Menſibus Septembri, & Nouembri factis, creauit Presbyteros octo, & Diacones tres, Epiſcopoſque duos Cardiles ex antiquis fecit.

OBITVS PP. PAVLI II.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞ccccclxxi. Die v. Calend. Auguſti PP. Paulus II. Romæ in Palatio Apoſtolico apud ſanctum Petrum appoplexia correptus, morte repétina defunctus eſt. Cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum marmoreo ſepulchro, quod Marcus Barbus Cardinalis S. Marci extruxit, conditum eſt, Pontificatus Anno ſeptimo. Vacauit eo mortuo Apoſtolorum ſedes, dies undecim.

EXEQVIAE PP. PAVLI II.

Eodem Anno Die, obitus PP. Pauli II. uidelicet v. Cal. Auguſti Nouendialia ſiue exequiæ PP. Pauli II. a Cardinalibus Romæ in S. Petri Baſilica celebrari ſunt cæpte, maiorum more, nouem diebus.

INTROITVS CONCLAVIS QVO XYSTVS IIII. PP. CREATVS EST.

Eodem Anno Die VIII. Idus Auguſti finitis exequijs, & Miſſa de ſpiritu ſancto, per Dominum Tuſculanum, Epiſcopum cantata, Cardinales numero XVII. Conclaue ingreſsi ſunt, paratum in Apoſtolico Palatio S. Petri, pro electione noui futuri ſummi Pontificis, qui Die quarta introitus Conclauis XI. uero uacantis ſedis, hoc eſt V. Idus Auguſti in ſummum Pōtificem, & uniuerſalem Papam, elegerunt unanimi conſenſu & uoluntate Magiſtrum Fratrē Franciſcum de Ruere de Albizzola Diœceſis Sauonenſis, Ligurem, Theologum eximium, ordinis Fratrum minorum olim Generalem miniſtrum, tunc autem presbyterum Cardinalem S. Petri ad Vincula, qui Xyſti quarti nomen aſſumpſit.

CARDINALES MORTVI SVB PONTIFICATV PP. PAVL. II.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞ccccclxiiii. Pōtificatus PP. Pauli ſecundi Anno primo Die . . . Theodorus Lælius de Torno, Epiſcopus Taruiſinus, presb. Card. tt. S. . . . Romæ mortuus eſt, ſepultus in Baſilica principis Apoſtolorum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞ccccclxv. Pontificatus Pauli II. Pontificis Maximi Anno primo, Die VI. Cal. Aprilis, Ludouicus ignobili genere Patauij ortus, profeſsione Medicus Patriarcha Aquilegienſis, presb. Card. tt S. Laurentij in Damaſo, poſt, Epiſcopus Card. Albanus, legatus Apoſtolicæ ſedis ſub Calliſto III. Claſsis Pontificiæ contra Turcos Miſſæ, Romæ mortuus eſt, & in tt. ſuo S. Laurentij in Damaſo, cadauer eius ſepulchro marmoreo, quod adhuc extat locatum.

Eodem Anno Chriſti Pontificatus uero Pauli II. Pontificis Maximi, Anno ſecundo, Die XIIII. Calend. Octobris, Ludouicus de Alibretto Gallus, Regio Francorum genere ortus, Epiſc. . . presb. Card. tt. SS. Petri & Mrcellini in Merulano, amor & delitiæ generis humani, Romæ mortuus eſt, & in Baſilica S. Mariç de capitolio, aliàs de ara Cœli, ad Fratres minores, marmoreo, quod ad huc extat ſepulchro, cadauer eius reconditum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞ccccclxvi. Pontificatus PP. Pauli ſecundi Anno tertio, Die pridie Nonas Septembr. Iacobus Thebaldus Romanus iuris ciuilis Doctor prolegatus Spoleti & Vmbriæ, ſub PP. Calliſto III. & paulo poſt Peruſii, in quo magiſtratu factus eſt Card. presb. tt. S. Anaſtaſiæ, fuitque Epiſcopus Ferretranus, Oriundus fuit ex colle Scipionis humili genere, Romæ mortuus eſt, & in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam Sacello auito, marmoreo ſepulchro, quod adhuc uiſitur cadauer reconditum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞ccccclxvii. Pontificatus Pauli II. Pontificis Maximi Anno quarto. Ioannes Mela Hiſpanus Zamerenſis, Epiſcopus Zameren's, presb. Card. tt. SS. Aquilæ & Priſcæ, Qui ſolus diuerſis temporibus fere omnes Romanæ curiæ magiſtratus ſolus adminiſtrauit, Romæ mortuus eſt, cuius cadauer marmoreo, quod adhuc extat ſepulchro in Eccleſia Sancti Iacobi Apoſtoli Hiſpanorum honorifice conditum eſt, Die IIII. Idus Octobres.

Anno Chriſtianæ Salutis ∞ccccclxviii. Pontificatus PP. Pauli ſecundi, Anno quinto, Die VII. Calend. Octobris, Magiſter Frater Ioannes de Turre Cremata, Hiſpanus, ordinis Fratrum prædicatorū S. Dominici, Magiſter eximius in Theologia, presb. Card. tt. S. Xyſti, poſt Epiſcopus Card. Albanus, demum Sabinenſis, Romæ mortuus eſt, cadauer eius in Baſilica, ordinis Fratrum prædicatorum S. Mariæ ſuper Mineruā in Sacello Annunciate, cuius ſocietatem pro Maritandis puellis ipſe inſtituit, marmoreo ſepulchro, quod adhuc extat, honorifice conditum eſt.

Anno

Digitized by Google

Anno Chhriſti Natalis ∞ccccclxvIIII. Pontificatus Pauli ſecundi Pontificis Maximi Anno quinto, Die xvIII. Calend. Maij, Petrus Schouuembergh Germanus, ex Franconiæ oppido . . Diœceſis Herbipolenſis, Epiſc. Auguſtanus, presb. Card. tt. S. Vitalis, & S. R. E. Archipresbyter, ab Eugenio IIII. Pontifice Maximo creatus, & ab eodem quod Concilio Baſilienſi, & PP. Felici v. adhæſiſſet priuatus, & a Nicolao v. tempore pacis & unionis reſtitutus mortuus eſt, Auguſtę in Germania, ibidemque in Eccleſia cathedrali Auguſtana ſepultum eſt eius cadauer, marmoreo quod adhuc extare dicunt ſepulchro.


Eodem Anno Dominicæ Natiuitatis Pontificatus uero Pauli II. Pontificis Maximi Anno ſexto, Die vIII. Idus Decembris ſolennitate S. Nicolai confeſſoris. Ioannes Caruagialus Hiſpanus, electus Epiſc. Placentinus, Diac. Card. S. Angeli, poſt Epiſc. Card. Portuenſis & S. Rufinæ, utriuſque iuris Doctor legatus Apoſtolicæ ſedis, ſub PP. Calliſto III. in expeditione contra Turcas in Hungaria, quando Turcæ apud Belgradum ingenti prælio ſunt ſuperati, Romæ mortuus eſt, eiuſque cadauer in Baſilica S. Marcelli honorifice ſepultum eſt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞ccccclxx. Pontificatus PP. Pauli II. Anno ſexto, xv. Calend. Septembris. Ricardus Oliuerij de Ango licentiatus in legibus Nortmandus Archidiaconus Rothomagenſis Gallus, Epiſc. Conſtantienſis, presb. Card. tt. S. Euſebij, Peruſii & Vmbriæ legatus, Archipresbyter S. Petri. Mortuus eſt Peruſii in legatione ſua, ibique cadauer tumulatum.

OMNES SVNT NVMERO IX.

XYISTVS PP. IIII. NVM. CCXLV. AN. CHR. ∞CCCCCLXXI.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. XYSTVS IIII. PONT. MAX. LIGVR Magiſter Frater Franciſcus de Ruuere, ex uilla Albizzola, Diœceſis Sauonenſis Ligur humili, & penè ſordido genere ortus, patre ut ferunt piſcatore, qui quottidianum ſibi uictum ex piſcationis labore quærebat natus. Is ab ineunte ætate Sauonæ ordinem Minorum ingreſſus, in breui adeo in omni diſciplinarũ genere adeo profecit, ut inter Philoſophos Theologos, & Concionatores ſui temporis primum locum obtinuerit, a quibuſdam Domicellis ſeu Regulis Allobrogibus de Familia Ruuerea, apud quos aliquando diuerſatus fuerat, & familiæ nomine, & gentilitiis inſignibus donatus. Non longe poſt quùm miniſter Generalis ſui, ordinis factus eſſet a PP. Paulo II. eius prædeceſſore, adiuuante Maxime Beſſarione Cardinale Nicæno in prima Cardinaliũ ordinatione cum aliis octo, presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula creatus eſt. Hic mortuo ſubita appoplexiæ ui Paulo II. Pontifice Maximo undecimo, uacantis ſedis die, hoc eſt, v. Idus Auguſti, ipſe in eius locum Pontifex Maximus xvII. Cardinalium

dinalium ſuffragiis in Conclaui tunc exiſtentium renunciatus eſt, Romæ apud Baſilicam S. Petri. Sedit autem hic Pontifex in Apoſtolica ſede Annos XIII. & Dies V.

CARDINALES QVI CONCLAVI XYSTINO INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

EVGENIVS PP. IIII.

BESSARION . . Græcus Conſtantinopolitanus, Archiepiſcopus Nicenus Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, Decanus.

GVILLELMVS de Eſtouteuilla Gallus, Archiepiſcopus Rothomagēſis, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, Camerarius.

NICOLAVS PP. V.

LATINVS Vrſinus Romanus, Archiepiſcopus Tranenſis, Epiſc, Card. Sabineñ.

PHILIPPVS Lucanus de Sarzana Lunenſis, Epiſc. Bononieñ. Epiſc. Card. Portuēſis Maior pœnitentiarius.

CARDINALES PRESBYTERI IX.

PIVS PP. II.

ANGELVS Capranicus Romanus, Epiſc. Reatinus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

BERNARDVS Herulus Narnienſis, Epiſc. Spoletanus, presb. Card. S. Sabinæ.

NICOLAVS Fortiguerra Piſtorienſis, Epiſc. Theanenſis, presb. Card. tt. S. Cæciliæ.

BARTHOLOMEVS Rouerella ciuis, & Archiepiſc. Rauennas, presb. Card. tt. S. Clementis.

IACOBVS Amanatus Lucenſis, Epiſc. Papienſis, presb. Card. tt. Chryſogoni.

PAVLVS PP. II.

OLIVERIVS Caraffa Neapolitanus, Archiepiſcopus Neapolitanuus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.

MARCVS Barbus Venetus, Epiſc. Vicentinus, presbyter Card. in tt. S. Marci.

AMICVS Colliſmedius ciuis, & Epiſc. Aquilanus, presb. Card. tt. S Mariæ trans Tyberim.

FRATER Franciſcus de Ruere Sauoneñ. Ligur, ordinis minorum, presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula.

CARDINALES DIACONI V.

CALLISTVS PP. III.

RODERICVS Borgia ciuis, & electus Epiſc. Valentinus Hiſpanus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano S. R. E. Archidiaconus & Vicecancellarius.

PIVS PP. II.

FRANCISCVS Gonzaga ciuis, & electus Epiſc. Mantuanus, Diac. Card. S. Mariæ Nouæ.

PAVLVS PP. II.

THEODORVS ex Marchionibus Montisferrati Inſuber, Diac. Card. S. Theodori.

BAPTISTA Zeno Venetus, electus Epiſc. Vicentinus, Diac.. Card. S. Mariæ in Porticu.

IOANNES Michaelius Venetus, electus Epiſc. Veronenſis, Diac. Card. S. Angeli.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES.

NICOLAVS PP. V.

ALANVS Coëttinus Britto, Archiepiſcopus Auinioneñ. presb. Card. tt. S. Praxedis S. R. E. Archipresbyter.

IOANNES . . Gallus, Epiſc. Eduenſis, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, in Gallia.

CALLISTVS PP. III.

LVDOVICVS Milanus Valentinus Hiſpanus Epiſc. Segobricēſis, presb. Card. tt. SS. quatuor coronatorum.

PIVS

PIVS PP. II.

IOANNES Luxinienſis Gallus, Epiſcopus Attrebattenſis, presbyter Card. tt. S. martini in Montibus.

IACOBVS Vrgelenſis, Epiſc. presb. Card. in tt. ſanct. . . . .

: : . . . . Epiſc. Salizburgeñ. Germanus, presb. Card. tt. ſanct. . . . .

PAVLVS. PP. II.

THOMAS . . Anglicus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

STEPHANVS de Varada Gallus, Archiepiſcopus Collocenſis, presbyter Card. tt. SS. Nerei & Achillei.

IOANNES Balues Gallus, Epiſc. Andegauenſis, presb. Card. tt. S. Suſannæ.

PIVS PP. II.

FRANCISCVS Picolomineus ciuis, & electus Archiepiſc. Senenſis, Diac. Card. S. Euſtachij.

OMNES SVNT NVMERO XXIIX.

CORONATIO PP. XYSTI IIII.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLXXI. Die XV. Calend. Septembris, Romæ PP. Xyſtus IIII. ante fores Baſilicæ principis Apoſtolorum, in Gradibus, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, per Rodericum Borgiam Valentinum Hiſpanum S. R. E. Archidiaconum & Vicecancellarium Cardinalibus, Epiſcopis, Clero & innumera populi multitudine adſtãtibus.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLXXI. Pontificatus PP. Xyſti IIII. Anno primo Romæ, Die Lunæ XIIX. Calend. Ianuarij, PP. Xyſtus IIII. fecit primam Cardinalium ordinationem, qua duos Cardinales Presbyteros nepotes ſuos creauit. Qui fuerunt.

1 FRATER Petrus Riarius Sauonenſis, ordinis Fratrum Minorum, Epiſc. Taruiſinus, presb. Card. tt. S. Xyſti.

2 IVLIANVS de Ruere de Albizzola, Diœceſis Sauoneñ. PP. Xyſti IIII. Fratris filius, Epiſc. Carpentoratenſis Ligur, presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula.

SECVNDA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLXXIII. Pontificatus PP. Xyſti Anno ſecundo, Die Veneris Nonis Maij, Romę apud ſanctam Mariam Maiorem, PP. Xyſtus IIII. fecit ſecundam Cardinalium ordinationem, qua octo Cardinales presbyteros creauit, hi ſunt.

3 PHILIPPVS de Leuis Gallus, Archiepiſcopus Arelatenſis, presbyter Card. tt. SS. Petri & Marcellini.

4 STEPHANVS Nardinus Foroliuienſis, Archiepiſcopus Mediolaneñ. presb. Card. tt. S. Mariæ trans Tyberim.

5 AVXIAS de Podio Valentinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Montis Regalis, presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

6 PETRVS Gundiſſaluius de Mendozza Hiſpanus, Epiſcopus Saguntinus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

7 ANTONIVS Iacobus Venerius Recanatenſis, Epiſc. Conchenſis, presbyter Cardinalis tt. S. Clementis.


8 IO. Baptiſta Cibo Genuenſis, Epiſcopus Melfitenſis, presb. Card. tt. S. Balbinæ, poſt tt. S. Cæciliæ.

9 IOANNES Arcimboldus Mediolaneñ. Epiſcopus Nouarienſis, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.

10 PHILIBERTVS de Vgunecti Burgundus, Epiſcopus Matiſconenſis, presbyter Card. tt. S. Luciæ in Silice.

TERTIA


III.




IIII.




V.




VI.




VII.




VIII.



IX.



X.



TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominicæ Natiuitatis MCCCCLXXVI. Pontificatus PP. Xyſti IIII. Anno ſexto, Romæ Die Mercurij, PP. Xyſtus IIII. fecit tertiam Cardinalium ordinationem, Die XV. Cal. Ianuarij, qua presbyteros quatuor & Diaconem unum Cardinales creauit, qui fuerunt.

11 GEORGIVS Coſta Luſitanus, Archiepiſcopus Vlixponeñ. Portugaleñ. presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.




12 CAROLVS Borbonius Gallus, Archiepiſcopus Lugdunenſis, presb. Card. tt. S. Martini in montibus.


13 PETRVS Ferrici Hiſpanus ciuis, & Archiepiſc. Tyraſonenſis, presb. Card. tt. S. Xyſti.

14 IOANNES Baptiſta Mellinus Romanus, Epiſc. Vrbinas, presbyter Card. tt. SS Nerei & Achillei.

15 F. PETRVS de Fuxo Gallus, ordinis Fratrum Minorum, electus Epiſc. Veneteñ Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.

QVARTA

XI.  XII.  XIII. 

XIIII.  XV. 

QVARTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſtianæ Salutis ∞cccclxxvii. Pontificatus pp. Xyſti quarti, Anno ſeptimo, Romæ Die Mercurij, iiii. Idus Decembris, pp. Xyſtus iiii. fecit, quartam Cardinalium ordinationem, qua Cardinales ſeptem creauit, presbyteros v. & Diacones ii. qui ſunt.

16 Christophorvs de Ruere Taurinenſis, Archiepiſcopus Tarentaſienſis, presbyter Card. tt. S. Vitalis.

17 Hieronymvs Baſſus de Ruere de Albizzola, Diœceſis Sauoneñ. Xyſti iiii. pp. ſororis filius Ligur, Epiſc. Recanatenſis, presb. Card. tt. S. Balbinæ.

18 Georgivs Heſler Herbipolenſis Germanus Protonotarius Apoſtolicus, presb. Card. tt. S. Luciæ.

19 F. Gabriel Rangonus Mitineñ. ordinis Minorum, Epiſc. Agrienſis, presb. Card. tt. SS. Sergij & Bacchi.

20 Petrvs Foſcarus Venetus Primicerius S. Marci Venetiarum, electus Epiſc. Patauinus, presb. Card. tt. S. Nicolai inter imagines.

21 Ioannes Aragonus Neapolitanus filius Regis Ferdinandi Neapolitani, Apoſtolicus Protonotarius, electus Epiſc. . . . Diac. Card. S. Hadriani.

22 Raphael Riarius Sauonenſis Ligur, nepos comitis Hieronymi Riarij, Protonotarius Apoſtolicus, electus Epiſc. . . Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum.

QVINTA

XVI.




XVII.



XVIII.




XIX.




XX.



XXI.



XXII.



QVINTA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLXXIIX. Pontificatus Xyſti IIII. Pontificis Maximi, Anno ſeptimo, Die Mercurij. IIII. Idus Februarij, PP. Xyſtus IIII. fecit quintam Cardinalium ordinationem, qua unum tantum presbyterum Cardinalem creauit. Is fuit

23 DOMINICVS de Ruere Taurinenſis Frater Cardinalis Tarentaſienſis mortui, Cubicularius Apoſtolicus, presb. Card. tt. S. Vitalis in tt. Veſtinæ, poſt tt. S. Clementis.

SEXTA

XXIII.



SEXTA CARDINALIVM ORDINATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis CCCCCCLXXC. Pontificatus Xyſti IIII. Pontificis Maximi, Anno nono Die Iduum Maii, Romæ PP. Xyſtus IIII. fecit ſextam Cardinalium ordinationem, qua quinque Cardinales creauit, presbyteros III. & Diacones duos, qui fuerunt.

24 PAVLVS Fregoſius Genuenſis ciuis, & Archiepiſcopus presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

25 COSMVS Vrſinus de Melioratis Romanus, Abbas Farfeñ. Archiepiſc. Traneñ. Monachus S. Benedicti, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.

26 FEDERICVS Burgundus de Cluniaco, Epiſc. Tornacenſis, presb. Card. tt. S. . . .

27 IOANNES Baptiſta Romanus Sabellus, Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

28 IOANNES Columna Domicellus Romanus, Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. in Diaconia S. Mariæ Virginis, quæ appellatur Aquiro.


XXIIII.




XXV.



XXVI.



XXVII.



XXVIII.



SEPTIMA CARDINALIVM ORDINATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLXXXIII. Pontificatus PP. Xyſti IIII. Anno tertio decimo, PP. Xyſtus IIII. Romæ, Die XVII. Calend. Decembris fecit ſeptimam Cardinalium ordinationem, qua quinque Cardinales creauit, presbyteros quatuor & Diaconem unum, qui fuerunt.

29 IOANNES de Comitibus Domicellus Romanus, Archiepiſcopus Conſanus, presb. Card. tt. S. Vitalis.

30 FRATER Helias . . . Gallus, Archiepiſcopus Turonenſis, ordinis Minorum, presb. Card. tt. S. Luciæ in Silice.

31 IOANNES . . . Hiſpanus, Epiſc. Gerundenſis, presb. Card. tt. S. Balbinæ.

32 IOANNES Iacobus Selafenatus Mediolanenſis, Epiſc. Parmenſis, presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

33 IOANNES Baptiſta Vrſinus Domicellus Romanus Clericus cameræ Apoſtolicæ, Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.

XXIX.




XXX.



XXXI.



XXXII.



XXXIII.



OCTAVA CARDINALIVM CREATIO.


Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCLXXXIIII. Pontificatus Xyſti IIII. Pontificis Maximi Anno tertio decimo, Romæ Die XVI. Calend. Aprilis PP. Xyſtus IIII. fecit octauam, & ultimam Cardinalium ordinationem, qua unum Cardinalem Diaconum creauit. is fuit.

34 ASCANIVS Maria Vicecomes Sfortia Ducis Mediolani filius Mediolanenſis Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. SS. Viti & Modeſti, Martyrum in Macello.

CARDINALES

Digitized by Google

XXXIIII.



CARDINALES EPISCOPI A PP. XYSTO IIII. CREATI X.

ALANVS Coettinus Britto,preſb.Card tt.S. Praxedis,factus Epiſc. Card. Sabinenſis.
ANGELVS Capranica Romanuspreſb. Card.tt.S.Crucis in Hieruſalem, factus Epiſc.Card. Præneſtinus
BERARDVS Herulas Narnienſis,preſb. Card.tt.S. Sabinæ,factus Epiſcopus Card.Sabineñ.
OLIVERIVS Carrapha Neapolitanus, preſb. Card.tt.SS. Petri & Marcellini, factus Epiſc. Card. Albanus,mox Sabinus.
IACOBVS Amanatus Luceñ.preſb.Card.tt.S.Chryſogoni, factus Epiſc.Card.Tuſculanus.
MARCVS Barbus Venetus,preſb.Card tt.S.Marci,factus Epiſc.Card.Præneſtinus.
RODERICVS Borgia Valentinus, Diac.Card.S.Nicolai in carcere Tulliano, factus Epiſc. Portuenſis.
BAPTISTA Zeno Venetus,Diac.Card.S.Mariæ in Porticu.factus Epiſc. Card.Tuſculanus.
IVLIANVS de Ruere Sauonenſis,preſb.Card.tt.S.Petri ad Vincula, factus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.
IOANNES Balues Andegauenſis Gallus,preſb.Card.tt.S.Suſannæ, factus Epiſc.Cardinalis Albanus.

EPILOGVS CARDINALIVM PP. XYSTI IIII.

PP.Xyſtus IIII.octo ordinationibus,Menſibus Februario,Martio,Maio,Nouembri & Decembri factis,Cardinales creauit,XXXIIII.Presbyteros uidelicet uiginti ſeptem, & Diacones ſeptem,Epiſcopos uero Cardinales decem,nouem ex antiquis Cardinalibus,& unum, uidelicet Oſtienſem, ex ſuis.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccccLXXV. Iobilei Annum ſolẽnem,a Bonifacio VIII. centeſimo quoque Anno,& a Clemente VI. ad quinquaginta Annorum ſpacium celebrandum inſtitutum,& a Paulo II.Pont. Maximo,ad V.& XX.decurtatum, quinto celebrauit.

OBITVS PP. XISTI IIII.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccccXXCIIII. Idibus Auguſti PP. Xyſtus IIII. Romæ in Palatio Apoſtolico S.Petri,diem clauſit extremum, Põtificatus ſui Anno quartodecimo, cadauer eius in Baſilica Principis Apoſtolorũ,æneo ſepulchro a Iuliano Cardinale Oſtienſe, eius nepote extrui iuſſo,in medio choro Canonicorum illatum eſt. Quo mortuo Apoſtolica ſedes uacauit diebus quindecim. Hic Pontifex primus fuit, qui maieſtati Pontificię quæ religione tantum uenerabatur,arma quoque & terrorem addidit.

EXEQVIAE PP. XISTI IIII.

Eodem Anno XVI.Cal.Septembris,quinto poſt obitum PP. Xyſti IIII.Die, eius Nouendialia ſiue exequiæ,in Baſilica Principis Apoſtolorum celebrari ſunt cæpti,maiorum more.

INTROITVS CONCLAVIS QVO INNOCENTIVS VIII.PP. CREATVS EST.

Eodem Anno VII.Cal.Septemb. Die finitis exequijs PP.Xyſti, & Miſſa de ſpiritu ſancto per D.Portuenſem cantata,Cardinales numero XXV.Conclaue ingreſsi ſunt paratũ in Apoſtolico Palatio S.Petri,pro electione noui futuri ſummi Põtificis. Qui Die Dominico IIII. Cal Septembris,quarto poſt ingreſſum Conclauis, die XV.uero uacantis ſedis elegerunt in Papam,& catholicæ Eccleſiæ Epiſcopum, Io.Baptiſtam cibo Genuenſem,Epiſcopum Melfitenſem,presbyterum Cardinalem t. S.Cæciliæ,qui Innocentius VIII.appellatus eſt.

Digitized by Google

CARDINALES MORTVI SVB PONTIFICATV PP. XITI IIII.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxxii. Pontificatus Xyſti quarti Pontificis Maximi, Anno primo, Die . . Ioannes . . Gallus, Epiſcopus Cabilonenſis poſt Eduenſii Confeſſor Delphini Regis Francorum primogeniti, presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, mortuus eſt in patria ſua ibique ſepultus S. R. E. Archipresbyter, fuit.

Eodem Anno Chriſti Pontificatus uero pp. Xyſti iiii. Anno ſecundo, Die xiiii. Calēd. Decembris Beſſarion Græcus Conſtātinopolitanus, Archiepiſcopus Nicenus, presb. Card. Baſilicæ SS xii. Apoſtolorum, poſt Epiſc. Card. Tuſculanus, & Collegij Cardinalium Decanus. functus pro Apoſtolica ſede legationibus quatuor mortuus eſt, Rauennę reuertens Romam de Gallica legatione ſub Xyſto. Cadauer Romam tranſlatum, in Baſilica Apoſtolorum cuius fuerat Cardinalis ſepultus eſt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxxiii. Pontificatus pp. Xyſti iiii. Anno tertio, Die iiii. Idus Decembris, Ioannes Ioſredi patre ignobili, & mercatore natus ex oppido Luxinio Biſuntinæ Diœceſis, monachus, ordinis S. Benedictis congregationis Cluniacenſis, prior Beatæ Mariæ de Caſtro ſuper Salinas, Decretorum Doctor, & ſacrarum literarū eruditiſsimus, Referendarius, Abbas Monaſterij S. Petri de Luxinio Biſuntinæ Diœceſis, poſt Epiſcopus Atrebatenſis, presb. Card. tt. SS. Silueſtri & Martini, in mōtibus tt. Equirij, legatus Apoſtolicæ ſedis, ſub pp. Pio ii. ad Regem Francorum, & Ducem Burgundiæ, pro publicis negocijs & expeditione in Turcas, obijt in partibus ibique ſepultus.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxxiii. Pontificatus pp. Xyſti iiii. Anno iii. Die xii. Caland. Ianuarij, Nicolaus Fortiguerra Piſtorienſis, Epiſc. Theanenſis, presbyter Card. tt. S. Cæciliæ pp. Pij ii. legatus contra Domicellos Arimineñ. & Pauli ii. Pontificis Maximi contra Comitis euerſi filios de quibus omnibus rettulit uictoriam mortuus eſt Viterbij, cadauer Romam relatum, in tt. ſuo ſepultum eſt marmoreo ſepulchro.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxxiiii. Pontificatus pp. Xyſti iiii. Anno tertio, Die Nonarum Ianuarij, Frater Petrus Riarius Sauonenſis, ordinis Fratrum Minorū, Epiſc. Taruiſinus, presb Card. tt. S. Xyſti, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Archiepiſcopus Florentinus, Peruſii Vmbriæque legatus, ac totius Italiæ legatione functus, Romæ uoluptate Tabidus mortuus eſt ſepultum cadauer in Baſilica SS. xii. Apoſtolorum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxxv. Pontificatus pp. Xyſti iiii. Anno quinto, Die iiii. Idus Septembris, Iacobus Amanatus Lucenſis Etruſcus, Epiſc Papienſis, gentilitate inſignijs & Galero a Pio ii. donatus, presb. Card. tt. S. Chriſogoni, poſt Epiſcopus Card. Tuſculanus & Epiſc. Lucenſis, Peruſii Vmbriæque legatus, mortuus eſt apud Caſtrum S. Laurētij Vulſinijs, Romā cadauer relatum, in Baſilica S. Auguſtini, marmoreo (quod adhuc extat) ſepulchro conditum eſt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxxvi. Pontificatus pp. Xyſti iiii. Anno quinto, Die Iduum Ianuarij, Philippus de Seuis Gallus, Archiepiſcopus Arelatenſis, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini Romæ defunctus eſt. Cadauer in Baſilica S Dei genitricis Marię, quę ad præſepe dicta eſt, ſepulchro marmoreo quod adhuc extat prope fores Eccl reconditū eſt.

Eodem Anno, Die vi. Nonas Maij, Bartholomens Rouerella ciuis, & Archiepiſcopus Rauennas, presb. Card. tt. S. Clementis abſens creatus quùm eſſet Neapoli nuncius Apoſtolicæ ſedis. Nuncius quoque fuit in Anglia, & ſub Paulo ii. pp. Peruſii, & Vmbriæ, ſub Xyſto uero iiii. Pontifice Maximo Marchiæ Anconitanæ legatus Romæ mortuus eſt, cadauer ſepulchro marmoreo, in tt. ſuo S. Clementis ſepultum eſt.

Eodem Anno, Die xi. Cal. Auguſti Alanus Coettinus Britto Gallus nobilis ſua fratrum & cognatorum nobilitate, Epiſcopus Volenſis, poſt Coroſopitenſis, Demum ex Archiepiſc. Auinionenſi S. R. E Card. in tt. S. Praxedis, legatus ſub Calliſto iii. Pontifice Maximo ad Regem Francorum pro armis contra Turcos adhortaturus. Romę mortuus eſt, Epiſc. Card. Sabinus, cadauer eius in tt. ſua S. Praxedis ſepulchro marmoreo, quod ad huc extat honorifice tumulatum prope ſacellum in quo eſt Columna Epiſcopi.

Eodē Anno Chriſti Pontificatus uero pp. Xyſti iiii. vi. Die. v. Idus Nouemb. Amicus ex oppidulo collis Medij Agri Aquilani oriundus parētibus obſcuriſsimis natus cuius pater paſtor ouiū fuit, & ipſe a puero patris exercitiū immitatus eſt, & qui afflāte ſpiritu diuino Aquilā ueniēs felicitate ingenij, literarūq; doctrina multū profecit. Inde Romā accedēs poſt

multos

multos labores Epiſcopus Aquilanus primo, deinde presbyter Card. tt. S. Mariæ tranſtyberim, obijt Aquilæ longęuus, cadauer in cathedrali Aquilana ſepultum, marmoreo quod adhuc extat Mauſoleo, morum ſuauiſsimorum, doctrinæque probatiſsimæ uir fuit.

Anno Chriſtianæ ſalutis ꝏccccclxxvii. Pontificatus Xyſti IIII. Pontificis Maximi anno ſeptimo. Die III. Idus Auguſti. Latinus Vrſinus Domicellus Romanus, Iuris utriuſq; Doctor, presbyter Card. SS. Ioannis & Pauli tt. Pammachij S. R. E. Camerarius, dexterrimo uir ingenio, & mira ſcientia. Marchiæ Anconitanæ Legatus ſub Paulo PP. II. Romæ mortuus eſt, quùm eſſet Epiſc. Card. Sabinus. Cadauer tumulatum in Tēplo ſancti Saluatoris de Lauro, quod locatis ibidem Monachis a fundamentis cum cœnobio erexerat.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxxiix. Pontificatus Xyſti quarti Pontificis Maximi anno ſeptimo. Die Calend. Februarij. Chriſtophorus de Ruere, nobili, & antiqua familia Taurinenſi, a qua Xyſtus IIII. inſignia & cognomen aſſumpſit, Archiepiſcopus Tarentaſienſis, Molis Hadriani præfectus, Card. presbyter S. Vitalis, in tt. Veſtinæ, qui rubrum quidem pileum habuit, ſed dignitate diu gauiſus non eſt, paulo enim poſt menſem ſuæ promotionis Romæ mortuus eſt: ſepultum cadauer in Templo S. Mariæ de Populo.

Eodē Anno Angelus Capranica Dominici olim Card. S. Crucis Frater, Romanus, Epiſc. Reatinus, presbyter Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem, poſt Epiſc. Card. Præneſtin. V. Nonas Iulij Romæ mortuus eſt, ſepultum cadauer iuxtà fratris corpus in Baſilica S. Mariæ ſuper Mineruam auito ſacello marmoreo Mauſoleo.

Eodem Anno XII. Calendas Auguſti, Ioannes Baptiſta Mellinus Romanus, Epiſcopus Vrbinas, quum prius canonicus Lateranenſis, & Epiſcopus Sutrinus fuiſſet & Anaguinus, presbyter Card. tt. SS. Nerei & Achilei, Romæ mortuus eſt, cadauer eius marmoreo quod adhuc extat monumento in templo S. Mariæ de Populo conditum eſt.

Eodem Anno Dominicæ Natiuitatis. Xyſti uero quarti Pontificis Maximi octauo, Die VII Calendas Octobris Petrus Ferrici Hiſpanus ex illicito coitu natus, Archiepiſcopus Tyraſonenſis, presb. Card. in tt. S. Xyſti. Romæ mortuus eſt, ſepultus in clauſtro Fratrum ordinis prædicatorum, Baſilicæ S. Mariæ ſuper Mineruam, marmoreo quod adhuc eſt ſepulchro cum non contemnendo elogio.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏccccclxxviiii. Pontificatus Papæ Xyſti quarti Anno octauo. Die III. Nonas Aprilis. Berardus Herulus Narnienſis, ſacri Palatij Apoſtolici cauſſarum auditor, Epiſcopus Spoletanus, & poſt laborioſam omnium fere Romanæ Curię magiſtratuum ciuilium adminiſtrationem, presbyter Card. in tt. S. Sabinæ factus, Romæ mortuus eſt, quum eſſet Sabinorum Epiſc. Cadauer marmoreo quod adhuc extat Mauſoleo in Baſilica principis Apoſtolorum honorifice conditum eſt.

Eodem Anno. Die III. Nonarum Auguſti. Antonius Iacobus Venerius Recanatenſis Picenus Breuium Apoſtolicorum Scriptor, Epiſc. Syracuſanus, Nuncius ſub Pio PP. II. ad Regem Hiſpaniarum, Epiſcopus Legionenſis, & a Xyſto IIII. PP. Conchenſis, & presbyter Card. in tt. S. Clementis creatus, in omnibus pene Occidentis oris mira gratia & feliciſsimo ſucceſſu legatione perfunctus, omnibus fere in Romana Curia honoribus honeſtatus. Recanati in patria mortuus eſt. Cuius cadauer & ipſius iuſſu Romam relatum in tt. ſuo S. Clementis ſepulchro marmoreo quod adhuc extat honorifice reconditum eſt.

Eodem Anno Chriſti, Pontificatus uero Xyſti IIII. Pontificis Maximi Nonō Die. . . . Stephanus de Varada Hungarus Decretorum Doctor, præpoſitus Eccleſiæ Agerenſis, poſt Archiepiſcopus Collocenſis, & Bacchienſis, presbyter Card. in tt. Sāctorum Nerei & Achillei, Obijt in partibus ſuis, ibique cadauer eius ſepultum eſt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏccccclxxxi. Pontificatus Xyſti quarti Pontificis Maximi Anno decimo. Die XII. Calend. Februarij. Theodorus Inſuber ex familia Marchionum Montis Ferrati, Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Theodori Aſtæ mortuus eſt, ex uulnere a miniſtro obſonium concidente dum cœnat, dexteræ porrectæ caſu illato cum in ualetudinem incidiſſet poſt annum, uir prius humilis, & manſuetus: cadauer eius honorifice tumulatum in Eccleſia ſanct. . . . .

Eodem Anno Dominicæ Natiuitatis, Xyſti uero IIII. Pontificis Maximi undecimo, Die XI. Calend. Decembris Coſmas deŚlelioratis Innocentij. VII. Pontificis Maximi, gentilis, ex matre Romana Vrſina, & ideo Vrſinus nominatus, ab ea enim cognomen accepit, Monachus ordinis ſancti Benedicti, Abbas Farfenſis, Archiepiſcopus Tranenſis, presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Nerei & Achillei: apud Brachianum Virginij Vrſini oppidum mortuus eſt, Die Mercurij ſepultus in monaſterio Farfenſi marmoreo Mauſoleo.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞cccclxxxii. Pontificatus pp. Xyſti quarti anno duodecimo. Die . . . Septembris Georgius Heſler Herbipolenſis Germanus, humilibus parentibus ortus Imperatoris Friderici iii. Auguſti a cõſilijs Protonotarius Apoſtolicus, preſbyter Card. tt. S. Luciæ in Silice, obrutus in Danubio, dum parua cimba fluuium tranſire conabatur.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞cccclxxxiii. Pontificatus pp. Xyſti iiii. anno duodecimo, die xi. Cal. Ianuarij Guillelmus de Eſtouteuilla, Regum Francorum conſanguineus, Epiſc. Maurianenſis, poſt Andegauenſis, deinde Archiepiſcopus Rothomagenſis, presbyter Card. tt. SS. Syluestri & Martini in montibus tt. Equirij, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, demum Oſtiẽſis & Cardinalium collegij, Decanus ac S. R. E. Camerarius, & Archipresbyter Baſilicæ S. Mariæ Maioris, multis legationibus pro ſede Apoſtolica functus Romæ mortuus eſt prope octuogenarius ſepultum cadauer in magnifico Templo S. Auguſtini, quod ære ſuo à fundamentis erexit.

Eodem anno die . . . . Iulij, Frater Helias . . . Gallus, ordinis Fratrum Minorum Archiepiſcopus Turonenſis, presbyter Card. tt. S. Luciæ in Silice uir ſanctitate præclarus, & qui nunquàm ad Romanam Curiam acceſſit. Obijt in patria ibique ſepultus.

Eodem anno Dominicæ Natiuitatis Xyſti uero quarti Pontificis Maximi anno tertiodecimo, die vi. Idus Septembris. Auxias de Podio, Valẽtinus Hiſpanus Archiepiſcopus Montis Regalis, presbyter Card. in tt. S. Sabinæ Legatus ſub pp. Xyſto iiii. in Germaniam ad Imperatorem Fridericum iii. Auguſtum interfuit Conuentui Francofordienſi cum Cardinali Heſler. Romæ mortuus eſt cadauer in tt. ſuo, marmoreo quod adhuc extat monumento honorifice conditum eſt.

Eodem anno. Nonis Octobris. Ferricus de Clugniaco Burgundus Gallus Iuris utriuſque Doctor Epiſcopus Tornacenſis, presbyter Cardinalis tt. S. Vitalis, Romæ morte repentina mortuus eſt, ſepultum cadauer in Templo S. Mariæ de Populo.

Eodem anno, die xii. Calendas Octobris. Franciſcus Gonzaga Mantuanus, Ludouici Mantuani Marchionis filius electi, Epiſcopus Mantuanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ. Damnatæ pudicitię ad uenationes & gaudia potiuſquàm ad Eccleſiam natus, qui Xyſtum Papam quartum cum latino Vrſino fere fieri fecerat, quem poſtea gratiſsimum ſenſit. Bononiæ pro Apoſtolica ſede Legatus. Qua legatione adhuc fungens ibidem mortuus eſt, ibidem cadauer eius ſepultum in Baſilica ſanct. . . . .

CARDINALES, QVOS SVB XYSTO IIII. PONTIFICE MAXIMO MORTVOS ESSE CONSTAT, EORVM TAMEN OBITVS DIES ET ANNVS IGNORATVR.

Iacobus . . . Epiſcopus Vrgelenſis Hiſpanus, presbyter Cardinalis in tt. ſanct. . . . .

Thomas Anglicus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, presbyter Cardinalis tituli ſancti Cyriaci in Thermis, obijt in Anglia ibique ſepultus: abſens creatus, nunquàm ad Romanam Curiam uenit, quod ſciam.


. . . . Epiſcopus Saltzburgenſis, Germanus, presbyter Cardinalis tituli ſanct. . . . . . Viterbij abſens a Pio ii. Pontifice Maximo creatus, nunquàm ad Romanam Curiam quod ſciam uenit, obijt in partibus ſuis, ibique ſepultus.

OMNES SVNT NVMERO XXIX.

INNOCENTIVS


INNOCENTIVS PP. VIII. AN. MCCCCLXXXIIII.

I





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISSIMVS DOMINVS NOSTER INNOCENTIVS VIII. PONTIFEX MAXIMVS GENVENSIS, Ioannes Baptiſta Cibo Genuenſis, Ligur ex mediocri genere honorato tamen ortus, patre Aaron, pauper olim puer, forma tamen præſtanti inter Alphonſi Regis Siciliæ Miniſtros uixit. Inde Romam ueniens in contubernio Philippi Cardinalis Bononienſis diu fuit, à Xyſto autem quarto Epiſcopus Sauonenſis primò, mox Melfitenſis, & Datarius, demum in ſecunda ſua Cardinalium ordinatione cum alijs ſeptem presbyter Cardinalis in tt. S. Balbinæ creatus eſt, quum ei plurimum dilectus eſſet ob dulces mores, & humanitatem, qua omnes uſque ad uitium ſuperauit. Hic mortuo PP. Xyſto IIII. quintodecimo uacantis ſedis die, quinque & uiginti Cardinalium in Conclaui tunc exiſtẽtium ſuffragijs quum eſſet in tt. S. Cæciliæ, presbyter Card. renunciatus eſt Romæ in Palatio Apoſtolico apud Sanctum Petrum, die Dominico IIII. Calendas Septembris. Sedit autem hic Pontifex in Apoſtolica ſede annos ſeptem, menſes decem & dies XXVII.

CARDINALES, QVI CONCLAVI QVO INNOCENTIVS IIII. PP. CREATVS EST, INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI VI.

CALLISTVS PP. III.

RODERICVS Borgia Valentinus ciuis & Epiſcopus, Hiſpanus, Epiſcopus Card. Portuenſis, & ſanctæ Rufinæ Decanus, & S. R. E. Vicecancellarius. S. Nicolai in carcere.

PAVLVS PP. II.

OLIVERIVS Carapha ciuis & Archiepiſcopus Neapolitanus, Epiſcopus Card. Sabinenſis.
MARCVS Barbus Venetus Patriarcha Aquilegienſis, Epiſc. Card. Præneſtinus tt. S. Marci.

XYSTVS PP. IIII.

IVLIANVS de Ruere Sauonenſis, Epiſc. Card. Oſtienſis & Veletrenſis. Maior Pœnitẽtiarius.

PAVLVS PP. II.

BAPTISTA Zeno Venetus, Epiſc. Vicentinus Epiſc. Card. Tuſculanũ S. Mariæ in Porticu.
IOANNES Balues Gallus, Epiſc. Andegauenſis, Epiſc. Card. Albanenſis.

Cardinales

CARDINALES PRESBYTERI XIIII.

XYSTVS PP. IIII.

STEPHANVS Nardinus Foroliuieñ. Archiepiſcopus Mediolaneñ.presby.Card.tt.S.Mariæ Tranſtyberim.
IOANNES Baptiſta Cibo Genueñ.Epiſcopus Melfitenſis,presbyter Card.tt.S.Cæciliæ.
IOANNES Arcimboldus Mediolanenſis,Epiſc. Nouarieñ.presb.Card.tt.S.Praxedis.

PAVLVS. PP. II.

IOANNES Michaelius Venetus,Epiſc. Veroneñ.presb.Card.tt.S.Marcelli Card.S.Angeli.

XYSTVS PP. IIII.

PHILIBERTVS de Vgunecti Gallus Burgundus,Epiſc. Matiſconeñ.presb.Card.tt.Sanctorum Io.& Pauli.
GEORGIVS Coſta Luſitanus, Archiepiſ. Vlixponeñ.,presb.Car.tt.SS.Petri & Marcellini.
HIERONYMVS Baſſus de Ruere Sauonenſis,Epiſc. Recanatenſis,presb.Card.tt.S.Balbinæ.
FRATER Gabriel Rangonius Mutineñ.ordinis Minorum, Epiſc. Agrieñ. presbyter Card. tt.SS. Sergij & Bacchi.
PETRVS Foſcarus Venetus,Epiſc.Patauinus,presb.Card.tt.S.Nicolai inter imagines.
DOMINICVS de Ruere Taurineñ.Archiepiſ.Tarentaſienſis,presb.Card.tt.S.Clementis.
IOANNES de Arragonia Neapolitanus,filius Regis Ferdinandi,presb.Card.tt.S.Sabinæ.
IOANNES de Comitibus,Romanus Archiepiſ.Conſanus.presb.Card.tt.S.Vitalis.
IOANNES . . . Epiſc. Gerundenſis Hiſpanus,presb.Card.in tt.S.Balbinæ.
IOANNES Iacobus Sclafenatus Mediolaneñ.Epiſc.Parmeñ.presbyter Card. tt.S. Stephani in Cœlio monte.

CARDINALES DIACONI VI.

PIVS PP. II.

FRANCISCVS Picolomeneus ciuis & electus,Archiepiſc. Senenſis,Diac. Card.S.Euſtachij. S.R.E.Archidiaconus.

XYSTVS PP. IIII.

RAPHAEL Riarius Sauonenſis,Diac.Card.S.Georgij ad Velū aureū,S.R.E. Camerarius.
IOANNES Baptiſta Sabellus Romanus,Diac.Card.S.Nicolai in carcere Tulliano.
IOANNES Columna Domicellus Romanus,Diac.Card.S.Mariæ in Aquino.
IOANNES Baptiſta Vrſinus Romanus,Diac.Card.S.Mariæ in Dominica.
ASCANIVS Maria,Vicecomes Sfortia Mediolanenſis,Diac.Card.S.Viti in Macello.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES NVMERO. V.

CALLISTVS PP. III.

LVDOVICVS Milanus Valentinus Hiſpanus,Epiſc.Segobriceñ.presb. Card.tt.SS.IIII.coronatorum S.R.E. Archipresbyter.

XYSTVS PP. IIII.

PETRVS Gundiſſaluius de Mendozza,Archipresbyter Toletanus,presb.Card.tt.S.Crucis in Hieruſalem.
CAROLVS Borbonius Gallus,Archiepiſc.Lugduneñ.presb.Card.tt.Martini in mōtibus.
PAVLVS Fregoſius,ciuis & Archiepiſc. Genueñ.presb.Card.tt.S.Anaſtaſiæ.
FRATER Petrus de Fuxo Gallus,ordinis Minorum electus Veneteñ. Diac.Car. SS.Coſmæ & Damiani.

OMNES SVNT NVMERO XXXI.

CORONATIO PP. INNOCENTII OCTAVI.

Anno Domini ccccccxxvIIII. Die pridie Idus Septembris. PP. Innocentius VIII. Romæ in gradibus ante Baſilicam S.Petri ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit per Frāciſcum.
Picolomineum

Digitized by Google

Picolomineum, Diaconum Cardinalem S Euſtachij S. R. E. Archidiaconum adſtantibus Cardinalibus Epiſcopis, Clero & populo Romano.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominicæ Natiuitatis CCCCCCXXCIX. Pontificatus Innocentij VIII. Pontificis Maximi Anno V. Die prid. Idus Mar. PP. Innocentius VIII. fecit primam octo Cardinaliũ ordinationem, qua ſex presbyteros, & duos Diacones Cardinales creauit, qui ſunt.

1 LAVRENTIVS Cibo Genuenſis Innocentij VIII. Fratris filius nothus, Archiepiſcopus Beneuentanus, presb. Card. tt. S. Cæciliæ.

2 ARDICENVS Iunior de la Porta Nouarienſis Lombardus, Epiſc. Nouariẽſis, poſt Alerienſis, presb. Card. tt. ſanct. . . . .

3 ANTONIOTTVS Palauicinus Genuenſis, Epiſc. Pampilonenſis Datarius PP. Innocentij VIII. presb. Card. tt. S Anaſtaſiæ, mox tt. Praxedis.

4 LVDOVICVS Spinay Armoricenſis Gallus, Archiepiſcopus Arelatẽ. mox Lugdunẽ. presb. Card. tt. SS. Silueſtri & Martini in montibus.

5 PETRVS Daubuſon Gallus Magnus Magiſter Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, Diac. Card. S. Hadriani.

6 MAFFEVS Ghirardus Venetus, ordinis Camalduleñ. Patriarcha Venetiarum, presbyter Card. . . . .

7 IOANNES Medices Florentinus Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Mariæ in in Dominica.


8 FRIDERICVS Sanſeuerinas Mediolaneñ. electus Maleacenſis, Epiſc. Diaconus Card. S. Theodori.

CARDINALES EPISCOPI A PP. INNOCENTIO VIII. CREATI.

IOANNES Michaelius Venetus, presb. Card. tt. S. Marcelli, Epiſc. Card. Præneſtinus.

GEORGIVS Coſta Portugaleñ. Archiepiſc. Vlixponeñ. tt. SS. Petri & Marcellini, Epiſcopus Card. Albanus.


III.




IIII.



V.




VI.



EPILOGVS

VII.



VIII.



EPILOGVS CARDINALIVM PP. INNOC. VIII.

PP. Innocentius VIII. unica tantum ordinatione Menſe Martio facta, octo Cardinales creauit, Presbyteros V. Diacones III. Epiſcopos uero ex antiquis Cardinalibus duos.

OBITVS PP. INNOCENTII VIII.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccccxxcII. VII. Cal Auguſti, Innocentius VIII. Pontifex Maximus, Romæ in Palatio Apoſtolico S Petri mortuus eſt, Pōtificatus Anno octauo, ſepultum cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum æneo monumento, quod extrui iuſsit eius nepos Laurentius cibo Cardinalis Beneuentanus. Vacat ſedes dies XVI.

EXEQVIAE PP. INNOCENTII VIII.

Eodem Anno Die, poſt obitum PP. Innocentij VIII. VI. Cal. Auguſti, eius exequiæ ſiue Nouendialia Romæ in Baſilica S. Petri more maiorum celebrari ſunt cæpta.

INTROITVS CONCLAVIS QVO ALEXAN. PP. VI. CREATVS EST.

Anno eodem, Die VIII. Idus Auguſti Miſſa de ſpiritu ſancto per D. Rodericum Borgiā Valentinum, Hiſpanum, S. R. E. Cardinalem Epiſcopum Portuenſem & Decanū ac S. R. E. Viceecancellarium cantata, finitisque PP. Innocentij exequijs, Cardinales numero XXIII. pro electione noui futuri ſummi Pontificis, Conclaue ingreſsi ſunt paratum in Apoſtolico Palatio S. Petri, qui die III. Idus Auguſti XVI. uacantis ſedis, ſexto uero ingreſſus Conclauis, elegerunt in ſummum Romanæ ſedis Antiſtitem & catholicæ Eccleſiæ Epiſcopum, Rodericū, Borgiam Valētinum, Hiſpanum, Epiſcopum Card. Portuenſem Decanū collegij, & S. R. E. Viceecancellarium, qui Alexander PP. VI. appellari uoluit.

CARDINALES MORTVI SVB PONTIFICATV INNOCENTII PP. VIII.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccccxxcIIII. Pontificatus PP. Innocentij octaui, Anno primo, Die III. Idus Septembris. Philibertus Vgunecli Burgundus Gallus, Epiſc. Matiſconenſis, presb. Card. in tt. S. Luciæ in Silice, poſt SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij, & legatus Patrimonij, Viterbienſis, Romæ mortuus eſt, eius cadauer in Eccleſia S. Mariæ de populo ſepultum fuit.

Eodem Anno XI. Calendas Octobris. Stephanus Nardinus Forouliuienſis, Archiepiſc. Mediolanenſis. Sub Pio II. Pontifice Maximo notarius Apoſtolicus, & locum tenens in Marchia Anconitana. Sub paulo uero PP. II. Vrbis gubernator. Nuncius quoque ſub Pio II. ad Regem Aragonum, presbyter Card. tt. S. Mariæ trans Tyberim, titulo Calliſti, legatus de latere

de latere Apoſtolicæ ſedis in Romandiola ſub Xyſto PP. quarto ad componendam pacem inter populos æmiliæ, Romę mortuus eſt, & eius cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum marmoreo monumento honorifice reconditum eſt.

Eodem Anno Die Nonarum Nouembris, Ioannes . . Hiſpanus, Epiſc. Gerundenſis Regis Hiſpaniarum ad Pontificem Maximum orator, presb. Card. in tt. S. Balbinæ, Romæ mortuus eſt. Cuius Cadauer in Baſilica S. Mariæ de populo, marmoreo ſepulchro honorifice reconditum eſt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxxxv. Pontificatus PP. Innocentij octaui, Anno primo, Die . . Iulij Petrus Foſcarus Venetus Primicerius Eccleſiæ S. Marci de Venetijs, Epiſcopus Patauinus Protonotarius Apoſtolicus, bis Cardinalis creatus primo, a PP. Paulo II. & nō publicatus, poſt a PP. Xyſto IIII. publicatus, presb. Card. tt. S. Nicolai inter imagines, poſt tt. ſanct. . . . Romæ mortuus eſt, & in Eccleſia S. Mariæ matris Domini, quæ de populo appellatur, marmoreo Sarcophago honorifice eius cadauer tumulatum.

Eodem Anno & Menſe Iulij, Die . . Ioannes Aragonius Ferdinandi Regis Neapolitani filius Neapolitanus, ex protonotario Apoſtolico, Diac Card primo S Hadriani, mox presb. Card. in tt S. Sabinæ, legatus de latere Apoſtolicæ ſedis ſub PP. Xyſto IIII. ad Regem Hungariæ, & adiacentia regna, iterum pro negocijs Eccleſiæ Romanę mortuus eſt, & in tt. ſuo S. Sabinæ eius cadauer lateritio ad tempus conſtructo monumento tumulatum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccclxxxvi. Pontificatus Innocentij octaui, Pontificis Maximi, Anno ſecundo, Die . . . . Octobris, Frater Gabriel Rangonius Mutinenſis, Epiſc. Agrienſis in Hungaria, Mathiæ Hungarorum Regis precibus factus, ordinis Fratrū Minorum de obſeruantia, presb. Card. tt. Sanctorum Sergij & Bacchi, ſub Xyſto IIII. Pontifice Maximo, Apoſtolica ſedis de latere legato in Hungaria ad Regem Mathiā, & in Regno Neapolitano contra Turcas Apuliam, Regnumque uaſtantes. Romæ mortuus eſt, & in Eccleſia S. Mariæ de Capitolio, aliàs de Aracœli, ordinis Fratrum minorum, loco honorifice ſepultum eius cadauer eſt.

Anno Chriſtianæ Salutis ꝏcccclxxxiix. Pōtificatus PP. Innocentij octaui, Anno IIII. Die . . . . Carolus Borbonius Gallus, Frater Ioannis Ducis Borbonij, Archiepiſcopus Lugdunenſis, & adminiſtrator Eccleſiæ Burdegaleñ. Apoſtolicus Protonotarius, presbyter Card. SS. Siluestri & Martini in montibus, tt. Equirij, legatus Auinionenſis, & comitatus Venayſini, mortuus eſt, Lutetiæ Paritiorum, eius cadauer ſepultum in Eccleſia S. . . .

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏccccxc. Pontificatus Innocentij VIII. Pontificis Maximi, Anno quinto, Die IIII. Idus Auguſti, Petrus de Fuxo, Illuſtri ſanguine Regum Francorum ortus, ordinis Fratrum Minorum Gallus, Diac. Card. SS Coſmę & Damiani, legatus Auinionis, & comitatus Venayſini, Romæ defunctus eſt. cuius Cadauer in Ecclleſia S. . . honorifice ſepultum eſt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏccccxci. Pōtificatus Innocentij VIII. Pontificis Maximi. Anno ſeptimo, Die VI. nonas Martij, Marcus Barbus Venetus Pauli II. Pōtificis Maximi Nepos, Epiſcopus Vicentinus, & Patriarcha Aquilegienſis, presb. Card. tt. S. Marci, poſt Epiſcopus Card. Praeneſtinus, legatus Apoſtolicæ ſedis, ſub PP. Xyſto IIII. pro fide ad Imperatorem, Hungaros & Germanos, Romæ mortuus eſt. cuius cadauer in tt. ſuo S. Marci honorifice ſepultum eſt

Eodem Anno Chriſti Pontificatus uero PP. Innocentii octaui, Anno octauo, Die . . . Octobris, Ioannes Balues Gallus, Epiſcopus Andegauenſis, presb. Card. tt. S Suſannæ, poſt Epiſc. Card. Albanus, qui XII. Annos a Rege Franciæ carcerem perpeſſus eſt, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Eccleſia ſanct. . . . .


Eodem Anno, Die . . . . . Ioannes Arcimboldus Mediolani natus, Parma oriundus, Epiſcopus Nouarienſis, presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis, olim uxoratus, poſt mortua uxore factus Protonotarius Apoſtolicus. I. V. Doctor legatus ſub Xyſto IIII. Peruſii, Romæ mortuus eſt, ſepultusque in Eccleſia ſanct. . . . . .

OMNES SVNT NVMERO XI.

ALEXANDER


ALEXANDER PP VI. NV. CCXLVII. ANNO CHR. ꝏCDXCII.

.I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. ALEXANDER VI. PONT. MAX. VALENTINVS. Rodericus Lenzolius Iofredi nobilis equitis filius, & ſororis Calliſti III. Pontificis Maximi, Valentiæ in Hiſpania natus, ab auunculo Calliſto PP. III. & cognomine Borgiarum, quod ſuum erat, & gentiliciis inſignibus donatus, poſt.n.nō Lenzolius, ſed Borgia appellatus eſt, Hic ſatis iuuenis ab eodem auunculo ſuo, Epiſcopus Valentinus primo, mox in prima ſua creatione, Diac. Card. cum aliјs duobus, S. Nicolai in carcere Tulliano, demum S. R. E. Viceecan cellarius creatus eſt, Mortuo autem Innocentio VIII. Pontifice Maximo, ſextodecimo uacantis ſedis die, duorum & uiginti Cardinalium ſuffragijs in Conclaue tunc exiſtentium, III. Idus Auguſti, quùm eſt S. R. E Card. Epiſcopus Portuenſis, & S. Rufinæ, ac Vicecancellarius, & Collegii Cardinalium Decanus, Pontifex Maximus ac uniuerſalis PP. renunciatus eſt. Sedit autem Annos undecim, & Dies octo.

CARDINALES QVI CONCLAVI QVO ALEXANDER VI. PP. FACTVS EST INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI VI.

CALLITVS PP. III.

RODERICVS Borgia Valentinus Hiſpanus, Epiſc. Card. Portuenſis, Decanus & S. R. E. Vicecancellarius.

PIVS PP. II.

OLIVERIVS Carapha ciuis, & Archiepiſc. Neapolitanus, Epiſc. Card. Sabinenſis.

XYSTVS PP. IIII.

IVLIANVS de Ruere Sauoneñ. Epiſc. Card. Oſtieñ. & Veletrenſis maior pœnitentiarius.

PAVLVS. PP. II.

BAPTISTA Zeno Venetus, Epiſc. Vicētinus, Epiſc. Card. Tuſculaneñ. S. Mariȩ in Porticu.
IOANNES Michaëlius Venetus, Epiſc. Veronenſis, Epiſc. Card. Præneſtinus S. Angeli.

XYSTVS PP. IIII.

GEORGIVS Coſta Portugalenſis, Archiepiſc. Vlixponenſis, Epiſc. Card. Albanenſis.

CARDINALES PRESBYTERI IX.

XYSTVS PP. IIII.

HIERONYMVS Baſſus de Ruere, Epiſc. Recanatẽſis, Sauoneñ. presb. Card. tt. S. Chryſogoni.
DOMINICVS de Ruere Taurinenſis, Archiepiſ. Tarentaſienſis, presb. Card. tt. S. Clementis.
PAVLVS Fregoſius ciuis, & Archiepiſcopus Genuenſis, presb. Card. in tt. S. Xyſti.
IOANNES de Comitibus, Domicellus Romanus, Archiepiſcopus Conſanus, presb. Card. tt. S. Vitalis.
IOANNES Iacobus Sclafenatus Mediolaneñ. Epiſc. Parmeñ. presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

INNOCENTIVS PP. VIII.

LAVRENTIVS Cibo Genuenſis, Archiepiſcopus Beneuentanus, presb. Card. tt. S. Cæciliæ
ARDICINVS de la Porta Nouarenſis, Epiſc. Alerienſis, presb. Card. tt. SS. Io. & Pauli.
ANTONIOTTVS Palauicinus Genuenſis, Epiſc. Aurienſis, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.
MAFFEVS Gerardus, Patriarcha Venetiarum, Venetus, presb. Card. tt. SS. Sergij & Bacchi.

DIACONI CARDINALES VIII.

PIVS PP. II.

FRANCISCVS Picolomineus, ciuis & Archiepiſcopus Senenſis, Diac. Card. S. Euſtachij S.R.E. Archidiaconus.

XYSTVS PP. IIII.

RAPHAEL Riarius Sauonenſis, Diac. Card. S. Georgij in Velabro. S.R.E. Camerarius.
IOANNES Baptiſta Sabellus Romanus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.
IOANNES Columna, Domicellus Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Aquino.
IOANNES Baptiſta Vrſinus Romanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.
ASCANIVS Maria Sfortia Mediolanenſis, Diac. Car. SS. Viti & Modeſti martyrum.

INNOCENTIVS PP. VIII.

IOANNES de Medicis Florentinus, Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.
FRIDERICVS Sanſeuerinus Mediolanenſis, Diac. Card. S. Theodori.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES.

CALLISTVS PP. III.

LVDOVICVS Milanus Valentinus Hiſpanus, Epiſc. Segobricenſis, presby. Card. tt. SS. IIII. coronatorum.

XYSTVS PP. IIII.

PETRVS Gundiſſaluius de Mendozza, Archiepiſcopus Toletanus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem Hiſpanus.

INNOCENTIVS PP. VIII.

LVDOVICVS Spinay Armoricenſis Gallus, Archiepiſcopus Lugdunenſis, presb. Card. tt. S. Martini in montibus.
PETRVS Daubuſſon Gallus, Magnus Rhodi Magiſter, Diac. Card. S. Hadriani.

OMNES SVNT NVMERO XXVII.

CORONATIO PP. ALEXANDRI VI.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞cccccxcii. die pridie Idus Septembris, Alexander PP. VI. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit per manum Ioannis Franciſci Picolominei Senenſis S.R.E. Archidiaconi, Romæ in gradibus ante fores Baſilicæ principis Apoſtolorum, maiorum more, Cardinalibus Epiſc. clero & Populo Romano adſtantibus.

PRIMA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞cccccxcii. Pontificatus PP. Alexandri VI. anno primo die pridie Cal. Septembris, Alexander PP. in ſuo primo Conſiſtorio fecit primam Card. ordinationem, qua unum tantum presb. Card. nepotem ſuum creauit. Is fuit.

1 IOANNES Borgia Valẽt. Hiſpanus, Archiepiſ. Mõtis Regalis presb. Car. tt. S. Suſannę.

Digitized by Google

SECVNDA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccccxciii. Pontificatus Alexādri vi. Pōtificis Maximi anno ſecundo, Romæ die . . . . Septembris, PP. Alexander vi. fecit ſecundam Card. ordinationem, qua duodecim Cardinales creauit, & pronunciauit presbyteros quinque & Diac. ſeptem, & unum in pectore ſibi reſeruauit, publicādū ad Beneplacitū ſuū: qui fuerunt.

2 IOANNES . . . Anglicus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

3 IOANNES Antonius de ſancto Georgio, Mediolanē. Epiſc. Alexandrinus, presbyter Card. tt. SS. Nerei & Achillei.

4 IOANNES . . . . Gallus, Abbas S. Dionyſij Regis Francorum Orator, presb. Card. in tt. S. Sabinæ, qui eſt in monte Auentino.

5 BERNARDINVS Carauaial Hiſpanus, Epiſc. Garthaginenſis, presbyter Cardinalis tituli SS. Petri & Marcellini, poſt tt. S. Crucis in Hieruſalem Regis Hiſpanarum orator.

6 RAYMVNDVS Periardi Gallus, Epiſc. Gurcenſis, presbyter Card. tt. SS. Io. & Pauli.

7 CAESAR Borgia Hiſpanus ciuis, & electus Archiepiſcopus Valentinus, Diaconus Card. S. Mariæ nouæ.

8 HYPPOLITVS Atellinus Ferrariē. Diac. Card. S. Luciæ in Silice electus Epiſ. Agriē.

9 FREDERICVS Caſsimirus filius Regis Poloniæ, electus Epiſc. Cracouienſis, Diaconus Card. S. Luciæ in ſemptem Solijs.

10 IVLIANVS Iunior Cęſarinus Romanus, Prothonotarius Apoſtolicus, electus Epiſcopus Aſculanus, Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.

11 DOMINICVS Grimanus Venetus, Prothonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Nicolai inter imagines.


12 ALEXANDER Farneſius Romanus, Prothonotarius Apoſtolicus, Diaconus Cardinalis SS. Coſmæ & Damiani.

13 BERNARDINVS Lunate Papiē. Prothonotarius Apoſtolicus, Diaconus Cardinalis S. Cyriaci in Thermis.


III.



IIII.




V.




VI.



VII.



VIII.




TERTIA


IX. X. XI.








XII. XIII.






TERTIA CADINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccccxcv. Pontificatus PP. Alexandri VI. anno III. Romæ die Veneris. XVII. Cal. Februarij PP. Alexander. VI. fecit tertiam Cardinalium ordinationem, qua, unum Cardinalem presbyterum tantum creauit. Is fuit.

14 GVILIELMVS Briſſonetta Gallus, Epiſc. Maclonienſis, presb. Card. tt. S. Pudentianæ.

XIIII.



QVARTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccccxcvi. Pontificatus Alexandri VI. Pontificis Maximi, anno quarto, die Veneris XI. Calendas Martij Romæ PP. Alexander. VI. fecit quartam Cardinalium ordinationem, qua quatuor Cardinales, tres presb. unum Diac. crauit, ij ſunt.

15 Bartholomevs Martini Hiſpanus, Magiſter Domus pp. Alexandri, Epiſcopus Segobienſis, presb. Card. tt. S. Agathæ in Sabura.

16 Ioannes de Caſtro Hiſpanus, Arcis. S. Angeli præfectus, Epiſc. Agrigentinus, presby. Card. tt. S. Priſcæ.


17 Ioannes Lopes Hiſpanus, Datarius, Epiſcopus Peruſinus, presbyter Card. tt. S. Mariæ Tranſtyberim.

18 Ioannes Borgia Hiſpanus Valentinus, pp. Alexandri vi. nepos, Epiſcopus Melfitenſis electus, Diac. Card. S. Mariæ in uia lata abſens.

XV.



XVI.



XVII.



XVIII.




QVINTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏcccccxcv. Pontificatus pp. Alexan. vi. anno v. die. . . Papa Alexander vi. fecit Romæ quintam Cardinalium ordinationem, qua unum tantum Cardinalem Diaconum creauit, ſeu ut quidam dicunt in ſecunda ordinatione ordinatum, & non publicatum, publicauit. Is fuit ad inſtantiam Regis Neapolitani.

19 Lvdovicvs Arragonius, Neapolitanus ex Regio ſanguine ortus Regum Neapolitanorum, Prothonotarius Apoſtolicus, & electus Epiſcopus Auerſanus, Diac. Card. ſanctæ Mariæ in Aquino.

Anno

XIX.



Sexta Cardinalivm ordinatio.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏccccxcvii. Pontificatus pp. Alexandri vi. anno ſexto, die xii. Calend. Februarij Romæ pp. Alexander fecit ſextam Cardinalium ordinationem, qua unum tantum Cardinalem presbyterum creauit: Is fuit.

20 Philippvs de Lucemburgho Gallus, Epiſc. Cænomanenſis Regia ſtirpe oriundus, presbyter Card. tt. SS. Petri & Marcellini ad inſtantiam Regis Francorum factus.

XX.



Septima Cardinalivm creatio.

Anno Dominicę Natiuitatis ꝏccccxciix. Pontificatus Alexandri vi. Pontificis Maximi, anno ſeptimo, die mercurij pridie Idus Septembres Romæ pp. Alexander fecit ſeptimam Cardinalium ordinationem, qua unum tantum Cardinalem presbyterum fecit: Is fuit.

21 Georgivs de Amboſia Gallus Archiepiſc. Rothomagenſis, presb. Card. tt. S. Xyſti.

XXI.



Digitized by Google

OCTAVA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞D. Pontificatus PP. Alexandri VI. anno octauo, die lunæ XVII. Calendas Aprilis Romæ PP. Alexander III. fecit octauum Cardinalium ordinationē, qua tres Cardinales, unum presbyterum & duos Diacones creauit, uidelicet Didacum de Mendozza Hiſpalenſem, Epiſcopum Hiſpanum, Ludouicum Borgiam electum Archiepiſcopum Valentinum Hiſpanum, & Amaneum de Alibretto Gallum, Protonotariū Apoſtolicum, quos tamen non niſi in ſequenti ordinatione, quæ nona fuit, non publicauit, tunc enim eos cum aliis nouem Cardinalibus publicauit.

NONA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞D. Pontificatus PP. Alexandri VI. anno nono, die lunæ IIII. Cal. Octobris, Romæ PP. Alexander fecit nonam Cardinalium ordinationem, qua nouem Cardinales de nouo creatos cum tribus ſuperiori ordinatione promotis publicauit, in quibus fuerunt presbyteri nouem & Diacones tres, qui ſunt.

22 THOMAS . . . . ex oppido Herdouth, Tranſiluanenſis uel Veſprimienſis Diœceſis, Hungarus, Archiepiſcopus Strigonienſis, presb. Card. tt. S. Martini in Montibus.

23 IACOBVS Serra Valentinus Hiſpanus, Epiſc. Arborenſis, presbyter Cardinalis in tt. S. Clementis.

24 PETRVS Iſuaglies Meſſaneñ. Siculus, Archiepiſcopus Rheginus, presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

25 Didacus Hurtadus de Mendozza Hiſpanus, Archiepiſcopus Hiſpaleñ. presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

26 FRANCISCVS Borgia Saceneñ. ex agro Valentino Hiſpanus, Archiepiſcopus Caſentinus, presbyter Card. tt. SS. Nerei & Achillei, mox tt. S. Cæciliæ.

27 IOANNES Vera Hiſpanus Valentinus, Archiepiſcopus Salernitanus, presbyter Card. tt. Sanctæ Balbinæ.

28 LVDOVICVS Podacatarus Cyprius, Archiepiſcopus Nicoſienſis, Epiſc. Caputaquenſis, presbyter Card. tt. S. Agathæ.

29 ANTONIVS Triuulcius Mediolanenſis, Epiſcopus Comenſis, presbyter Cardinalis tt. S. Anaſtaſiæ.

30 IOANNES Baptiſta Ferrarius, ciuis & Epiſcopus Mutinenſis, Datarius, presbyter Card. tt. S. Chryſogoni.

31 AMANEVS de Alibretto, Gallus, Regio Frācorum ſanguine Regum Ap. Protonotarius Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

32 LVDOVICVS Borgia, Valētinus ciuis & Archiepiſcopus electus, Protonotarius Apoſtolicus Diaconus Card. ſanct. . . . poſt presbyter tt. S. Marcelli.

33 MARCVS Cornelius Venetus ex Protonotario, Diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ in Porticu.


XXII.



XXIII.




XXIIII.



DECIMA

Digitized by Google


XXV.



XXVI.



XXVII.



XXVIII.




XXIX.




XXX.




XXXI.



XXXII.



XXXIII.



DECIMA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞Ɔ. . . . Pontificatus PP. Alexandri VI. anno X. . . . die . . . . Romæ PP. Alexander VI. fecit decimam Cardinalium ordinationem, qua unũ tantum Cardinalem, presbyterum creauit, Is fuit.

34 IOANNES Stephanus Ferrerius, ex Oppido Biella, Vercellenſis Diœceſis, Epiſcopus Bononienſis, presbyter Card, tt. SS. Sergij & Bacchi.

VNDECIMA

XXXIIII.



VNDECIMA CARDINALIVM ORDINATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞cccccciii. Pontificatus pp. Alexandri vi. anno undecimo, die mercurij prid. Cal. Iunij Romæ pp. Alexander vi. fecit undecimam Cardinalium ordinationem, qua nouem Cardinales, presbyteros creauit, qui ſunt.

35 Ioannes Caſtelliar Hiſpanus, Archiepiſ. Tranenſis, presb. Card. tt. ſanct. . . . .

36 Franciscvs Remolinus Valentinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Surrentinus, presby. Card. tt. SS. Io. & Pauli.

37 Franciscvs Soderinus Florentinus, Epiſc. Volaterranus, presbyter Card. tt. S. . . .

38 Melchior Copis Germanus, Epiſ. Brixieñ. presb. Car. tt. S. Stephani i Cœlio mõte.

39 Nicolaus de Fliſco Genueñ. Epiſ. Foroiuliẽſis, presb. Car. tt. S. Nicolai inter imagines.


40 Franciscvs de Sprats Aureoleñ. Hiſpanus, Epiſc. Legionenſis, presbyter Card. SS. Sergij & Bacchi.

41 Hadrianvs Caſtillenſis Cornetanus, Epiſcopus Bathonienſis in Anglia, presb. Card. tt. S. Chryſogoni.

42 Iacobvs Caſanoua Valentinus Hiſpanus ex Protonotario & Cubiculario Apoſtolico, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

43 Franciscvs Floris Valentini Hiſpanus electus Elueñ. Diac. Card. tt. S. Mariæ nouæ.


XXXV.




XXXVI.




XXXVII.



XXXVIII.



XXXIX.




XL.




Episcopi

Digitized by Google

XLI. XLII. XLIII.







EPISCOPI CARDINALES A PP. ALEXANDRO VI. CREATI.

HIERONYMVS Baſſus de Ruere,presbyter Card.tt.S.Chryſogoni factus,Epiſ. Præneſtinus.
LAVRENTIVS Cibo Genuenſis,presb.Card.tt.S.Cæciliæ factus Epiſc. Card. Tuſculanus.
ANTONIOTTVS Palauicinus Genuenſis,presb.Card.tt.S.Praxedis factus,Epiſcopus Card. Albanus.

EPILOGVS CARDINALIVM PP. ALEXANDRI VI.

Papa Alexander VI. Vndecim ordinationibus menſibus Ianuario, Februario, Martio, Iunio, Auguſto,& Septẽbri Cardinales tres,& quadraginta creauit,presbyteros XXX. Diacones XIII.& ex antiquis Cardinalibus Epiſcopos tres.

ANNVS IOBILEI MAGNI.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞D. Alexander PP.VI.annum magni Iobilei ſeptimo celebrauit,populis ex toto orbe Romam confluentibus ad limina Apoſtolorum.

OBITVS PP. ALEXANDRI VI.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞DIII.Die XV. Calendas Septembris PP. Alexander VI. Romæ in Palatio Apoſtolico mortuus eſt ex ueneno in cœna ſibi dato: Pontificatus anno duodecimo ineunte. Cadauer eius in ſacrario Baſilicæ principis Apoſtolorum monumento temporaneo lateritio ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies triginta quatuor.

EXEQVIAE PP. ALEXANDRI VI.

Eodem anno die . . . Septembris fuerunt cæptæ celebrari exequiæ,ſiue Nouendialia Alexandri VI.Pontificis Maximi a Cardinalibus Romæ in Baſilica S.Petri more maiorum.

INTROITVS CONCLAVIS QVO PP. PIVS III. CREATVS EST.

Eodem anno die . . . Septembris finitis exequijs PP. Alexãdri & Miſſa de ſpiritu ſancto per Dominum,Sabinenſem Epiſcopum,collegij Decanum cantata,Cardinales numero XXXVII. Conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico Palatio S. Petri pro electione noui futuri ſummi Pontificis. Qui die quarto & trigeſimo, uacantis ſedis . . . uero ingreſſus Conclauis elegerunt in ſummum Pontificem Franciſcum Picolomineum ciuem & electum Archiepiſcopum Senẽſem,Diaconum Cardinalem S. Euſtachij & S.R.E. Archidiaconum. Pij II.Põtificis Maximi nepotem,qui auunculi ſui nomẽ recipere uoluit, & Pius PP.tertius appellatus eſt:creatus uero fuit die lunæ X.Cal. Octobris.

CARDINALES MORTVI SVB PONTIFICATV PP. ALEXANDRI VI.

Anno Dominicę Natiuitatis ∞CCCCXCII. Pontificatus uero PP. Alexandri ſexti anno primo,die . . . D.Maffeus Gerardus Venetus,Monachus Benedictinus ordinis Camaldulenſis,Patriarcha Venetiarum,presbyter Cardinalis tt.SS.Sergij & Bacchi,uir ſtoliditatis immenſæ, mortuus eſt Narniæ,rediens ex Vrbe Venetias poſt comitia Alexãdrina. Cadauer eius ſepultum in Eccleſia ſanct. . .

Anno

Digitized by Google

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccxciii. Pontificatus pp. Alexandri vi. anno primo die pridie Nonas Februarij Ardicinus de la Porta Nouarienſis, Epiſcopus Nouarienſis, poſt Alerienſis factus, dum eſſet pro legatus in Vmbria & Marchia Anconitana, presbyter Card. SS. Ioannis & Pauli tt. Pammachij: Mortuus eſt Romæ monachus Oliuetanus, ſepultus in Baſilica principis Apoſtol. marmoreo quod adhuc extat in Sacello S. Thomæ ſepulchro.

Eodem anno Chriſti, Pontificatus uero pp. Alexãdri vi. ſecundo Ioannes de Comitibus, Domicellus Romanus, Archiepiſcopus Conſanus, presbyter Card. in tt. S. Vitalis Romæ die xiii. Calendas Nouembris mortuus eſt. Eius cadauer in Eccleſia Fratrum Minorum S. Mariæ de Aracœli tumulatum eſt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccxcv. Pontificatus pp. Alexãdri anno tertio, die xi. Cal. Februarij Petrus Gundiſſaluus de Mendozza, filius Marchionis de Sãtillana Hiſpa nus, Epiſcopus Saguntinus, poſt Archiepiſcopus Toletanus, & primas Hiſpa niarum, presbyter Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalẽ, quum prius loco tt. habuiſſet Diaconiã S. Mariæ in Dominica, qui laquearium aureatũ ad S. Crucẽ fecerat, Mortuus eſt in partibus, ibiq; ſepultus eſt.

Eodem Anno Dominicæ Natiuitatis, Pontificatus uero pp. Alexandri vi. anno quarto die . . . Ludouicus Spinay Gallus, in Armonicis ortus, Archiepiſcopus Arelatenſis, poſt Lugdunenſis, presbyter Card. SS. Silueſtri, & Martini in mõtibus, in tt. Equirij, mortuus eſt in Gallia Lutetiæ Pariſiorum, ciuis cadauer ibidem ſepultum eſt in Eccleſiæ monachorum Cœleſtinorum, Sepulchro marmoreo quod adhuc extare di cunt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccxcvi. Pontificatus Alexãdri vi. Pontificis Maximi anno quarto, Petrus Daubuſſon, Gallus Magnus præceptor militum hoſpitalenſium S. Ioãnis Hieroſolymitani, uulgò Magnus Magiſter Rhodi, Diaconus Cardinalis S. Hadriani, mortuus eſt. Sepultus in Baſilica ſanct. . . . die . . .

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccxcvii. Pontificatus pp. Alexandri vi. anno quinto die ix. Calend. Maij. Dominicus de Ruere Taurinenſis, Frater Germanus Chriſtophori de Ruere Card. Tarentaſienſis, ex Cubiculario Xyſti iiii. Pontificis Maximi, presbyter Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ, poſt tt. S. Clementis. Legatus de latere Apoſtolicæ ſedis ſub pp. Xyſto iiii. in ſubaudiam, Romæ mortuus eſt, & in Eccleſia S. Mariæ de Populo iuxta Fratrem ſuum ſepultus.

Eodem Anno Dominicæ Natiuitatis, Pontificatus uerò pp. Alexandri vi. anno ſexto, die vi. Idus Auguſti, Bernardinus de Lunate Protonotarius Apoſtolicus, Papiẽſis Inſuber, Diac. Card. S. Cyriaci in Thermis Diocletiani, Romæ mortuus eſt. Eius cadauer ſepulchro marmoreo quod adhuc extat, in Eccleſia S. Mariæ de Populo honorificè ſepultum eſt. Fuit legatus Alexandri pp. ſexti in Caſtris, cõtra Vrſinos, & alios Domicellos Romanos, qui contrà Pontificem coniurauerant.

Eodem anno v. Idus Decembris, Ioannes Iacobus Sclafenatus Mediolanenſis humili genere ortus, Epiſcopus Parmenſis, presbyter Cardinalis in tt. ſanctæ Stephani in Cœlio monte, olim Xyſti quarti Pontificis Maximi Cubicularius: Romæ mortuus eſt & in Baſilica S. Auguſtini marmoreo quod adhuc extat monumento honorificè ſepultus.

Anno Dominicæ Natiuitatis ccccxcviii. Pontificatus pp. Alexãdri vi. anno ſexto, die xiii. Calend. Aprilis Paulus Fregoſius Genuenſis, Archiepiſcopus Genuenſis, presb. Cardinalis in tt. S. Chriſti Virginis & Martyris Anaſtaſiæ: Legatus ſub Xyſto quarto Pontifice Maximo Apoſtolicæ ſedis de latere in Claſſe contra Turcas: Romæ mortuus eſt. Et eius cadauer in Baſilica SS. duodecim Apoſtolorum honorificè conditum eſt.

Eodem Anno Dominicæ Natiuitatis Pontificatus uero pp. Alexandri vi. anno ſeptimo, die pridie Calendas Septembris, Cæſar Borgia Hiſpanus Valentinus, Alexandri ſexti Pontificis Maximi filius, nothus ex Vanocia Cathanea, Concubina electus Archiepiſcopus Valentinus, Diaconus Card. S. Mariæ nouæ: Legatus Apoſtolicæ ſedis de latere ſub patre ſuo Alexandro pp. vi. in Regno Neapolitano ad coronandum Federicum Regem Neapolitanum. Item Legatus cum Rege Carolo in Italiam ueniente pro recuperatione Regni Neapolitani, hic igitur Cardinalis die ultima Auguſti uiſus eſt primùm Romæ in cubiculo paramentorum abſque Cardinalitio habitu, quinimo cum ueſte & Bireto more Gallorum, quum priùs in Conſiſtorio ſecreto abdicaſſet. Poſt Alexandri uero vi. patris ſui mortem, ſub Iulio pp. ii. in Hiſpaniis occiſus eſt diuino iudicio.

Eodem anno, die xiiii. Calendas Octobris. Ioãnes Baptiſta Romanus Sabellus, ex Prothonotario Apoſtolico, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, pro quum eſſet Legatus Peruſinus, Sub Xyſto iiii. Apoſtolicæ ſedis Legatus de latere fuit Peruſij, & Vmbriæ item

ad Genuenſes

ad Genuenſes pro ſedādis Diſcordijs. Romę mortuus eſt octuogenarius, & marmoreo quod adhuc extat Sarcophago in Eccleſia S. Mariæ de Capitolio aliàs Aracœli ordinis Minorum de obſeruantia, eius cadauer ſepultum eſt.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞CCCCXCIX. Pontificatus PP. Alexādri ſexti anno ſeptimo, die VIII. Idus Auguſti. Ioannes . . . Gallus, Abbas S. Dionyſij Pariſiēſis, Epiſcopus Lombarienſis, presbyter Card. in tt. S. Sabinæ, qui eſt in monte Auentino, Romæ mortuus eſt die Martis, ſepultus in Eccleſia ſanct. . . . fuit Orator Regis Francorum ad Pontificem, in quo munere factus Cardinalis.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞D. Magni Iobilei, Pontificatus PP. Alexandri ſexti, anno octauo, die XVI. Calendas Febrnarij, Ioannes Borgia Valentinus Hiſpanus PP. Alexandri Nepos, Epiſc. Melfitenſis, Diac. Card. S. Mariæ in Via lata, abſens creatus: Legatus de latere Apoſtolicæ ſedis ſub Alexandro PP. VI. Ad Regem Ludouicum Francorum, in Regno Neapolitano, Bononień. Vmbriæ & Peruſij, ac per Italiam, quādo a Gallis captum eſt Mediolanum, Vrbini in Vmbria ueneno ſublatus eſt. Cadauer eius ſepultum in Eccleſia ſanct. . . . Huius pater filius fuit ſororis PP. Alexandri VI.

Eodem anno, die VIII. Calend. Februarij Bartholomeus Martini Valentinus Hiſpanus, Epiſc. Segobienſis, Magiſter Domus PP. Alexandri ſexti, presbyter Card. S. R. E. tt. ſanctæ Agathę in Saburra, Romæ mortuus, eſt & in Baſilica principis Apoſtolorum cadauer eius marmoreo ſepulchro honorificè tumulatum.

Eodem anno die . . . . Ioannes . . . . Anglus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, & primas Angliæ, presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, mortuus eſt in partibus ſuis, ibiq; ſepultus.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞DI. Pontificatus Alexan. VI. Pontificis Maximi anno IX. die . . Maij Baptiſta Zeno Venetus Pauli PP. II. ſororis filius Prothonotarius Apoſtolicus, Diac. S. Mariæ in Porticu, Epiſcopus Vicentinus, poſt presbyter Card. tt. S. Anaſtaſię, demum, Epiſcopus Card. Tuſculanus, Archipresbyter S. Petri. Peruſii, Vmbriæque & ad Venetos ſub Xyſto PP. IIII. legatione functus, Patauij moritur, cadauer Venetias tranſlatum in Sacello quodam iuxta Baſilicam S. Marci honorificè conditum eſt.

Eodem Anno Dominicæ Natiuitatis, Pontificatus uero PP. Alexandri VI. decimo die VIII. Idus Auguſti: Ioannes Lopes Valentinus Hiſpanus, Alexandri VI. in Minoribus Secretarius, & in Pontificatu Datarius, Epiſc. Peruſinus, poſt Archiepiſcopus Capuanus, presbyter Card. S. Mariæ Transſtyberim tt. Calliſti, Romæ mortuus eſt, & in Baſilica principis Apoſtolorum honorificè eius cadauer ſepultum eſt.

Eodem Anno die . . . Ioannes Baptiſta Vrſinus, Domicellus Romanus, Clericus Cameræ Apoſtolicæ, Apoſtolicus Prothonotarius, Diac. Card. S. Mariæ in Dominica, poſt presbyter Card. in tt. Pammachij, SS. Ioannis & Pauli, Bononienſi legatione ſub Alexandro VI. PP. functus: Romæ in Arce S. Angeli ueneno, iubente Alexandro VI. ſublatus eſt. Cadauer eius in Baſilica principis Apoſtolorum reconditum.

Anno Dominicę Natiuitatis ∞DII. Pontificatus Alexandri VI. Pontificis Maximi anno decimo VI. Calendas Auguſti. Ioannes Baptiſta Ferrerius, ciuis & Epiſcopus Mutinenſis, Datarius PP. Alexandri VI. presbyter Card. in tt. S. Chryſogoni, nuncupatus uulgò Campanus, Romæ mortuus eſt, ueneno occiſus iubente Alexandro VI. per Sebaſtianum Pinzonum eius Cubicularium, de quo poſteà ſub Leone ſupplicium ſumptum. Cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt.

Eodem Anno Dominicæ Natiuitatis, Pontificatus uerò PP. Alexandri ſexti undecimo, die pridie Idus Octobris Didacus Hurtadus de Mendozza, Hiſpanus, alterius Cardinalis de Mendozza gentilis Archiepiſc. Hiſpalenſis, & Patriarcha Alexandrinus, presb. Card. in tt. S. Sabinæ, quę eſt in Auentino: Mortuus eſt apud Maioricū in Hiſpania, cadauer eius honorificè ſepultum eſt in Eccleſia ſanct. . . . .

Anno Dominicę Natiuitatis ∞DIII. Pontificatus PP. Alexandri VI. anno undecimo, die IIII. Idus Aprilis, Ioannes Michaelius Venetus, Pauli PP. II. ſororis filius ex Prothonotario Apoſtolico, & electo Epiſ. Diac. Card. S. Luciæ in ſeptē Solijs, mox S. Angeli, deinde presb. Card. in tt. S. Marcelli, deinde Epiſc. Card. Albanus, Prænestinus & Portuenſis: Patriarcha Conſtantinopolitanus, Legatus Apoſtolicæ ſedis ſub PP. Innocentio VIII. in Caſtris contrà Ferdinandum Regem Neapolitanorum: Romæ mortuus eſt, ueneno Alexandri VI. iuſſu ſublatus. Cadauer eius marmoreo quod adhuc extat monumento in Eccleſia S. Marcelli honorificè ſepultum eſt.

CARDINALES

Digitized by Google

CARDINALES SVB ALEXANDRO VI. PONT. MAX.

INCERTO TEMPORE MORTVI.


IOANNES Borgia Valentinus Hiſpanus, Archiepiſcopus montis Regalis Alexandri VI. Pōtificis Maximi ſororis filius, presb. Card. tt. S. Suſannæ in primo cōſiſtorio PP. Alexandri creatus: Legatus in Regno Neapolitano ad coronādum Alphonſum Ferdinandi filium Regem Neapolitanum, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Baſilica ſanct. . . . . .

FRIDERICVS Caſsimirus Regis Poloniæ, filius, Polonus electus Epiſc. Cracouiēſis S. R. E. Diac. Card. Venerabilis Diaconiæ S. Chriſti Virginis & martyris Luciæ, quæ appellatur in Septiſolio. Mortuus eſt in Polonia, eiuſque cadauer in Eccleſia cathedrali Cracouienſi, cuius Epiſc. erat, ſepultum eſt.

OMNES CARDINALES, SVB ALEXANDRO PP. VI. MORTVI SVNT NVMERO XXIIII.

PIVS PP. III. ANNO ∞DIII.

I. II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISSIMVS DOMINVS NOSTER PIVS III. PONT. MAX. Franciſcus Senenſis, Pij ſecundi Pontificis Maximi ex ſorore Laodomia nepos, annum agēs XXII. ab Auunculo Pio II. familię cognomine, & gentilitijs inſignibus donatus, ac in prima ſua Cardinalium creatione, cum alijs quatuor Diac. Card. S. Euſtachij creatus eſt, quum iampridem ab eo electus eſſet Archiepiſcopus Senenſis, eloquio dicendi, morum grauitate, & integritate uitæ inſignis. Vrbis primum, poſt Piceni ſub Pio II. integrè legatione functus, ſub Paulo II. PP. ad Imperatorem Fridericum: Legatus miſſus Conuentui frequentiſsimo Ratiſponen. interfuit, qui tamen PP. morte & Germanorum principum ignauia diſſolutus eſt. Sub Innocentio VIII. Vmbros diſsidentes pacauit, ſub Alexandro VI. Legatus ad Carolum Francorum Regem in Italiam uenientem cum maximo exercitu contrà Regem Neapolitanū, pro pace inter utrumque Regem componenda. Mortuo demum Alexandro VI. Pontifice Maximo, quum eſſet S. R. E. Archidiaconus Card. S. Euſtachij, Romæ in Conclaui apud ſanctum Petrum, ſex & triginta Cardinalium ſuffragijs non ſine Symoniæ labe, die lunæ X. Calendas Octobris, trigeſimoque quarto uacantis ſedis die Pontifex Maximus, renunciatus eſt. Qui Pij II. PP. auunculi ſui nomen aſſumens Pius PP. III. appellatus eſt: ſedit autem hic Pontifex in Apoſtolica ſede tantum dies uiginti ſex.

CARDINALES

CARDINALES QVI CONCLAVI QVO PIVS III. PP. CREATVS EST, INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI VI.

PAVLVS PP. II.

OLIVERIVS Carrapha, ciuis & Archiepiſc. Neapolitanus, Epiſc. Card. Sabinus Decanus.

XYSTVS PP. IIII.

IVLIANVS de Ruere Sauonenſis, Epiſc. Card. Oſtieñ. & Veletrēſis Maior Pœnitentiarius.
GEORGIVS Coſta Portugaleñ. Archiepiſc. Vlixponeñ. Epiſc. Card. Portuēſis & S. Rufinæ.
HIERONYMVS Baſſus de Ruere Sauoneñ. Epiſc. Recanateñ. Epiſc. Card. Tuſculanus.

INNOCENTIVS PP. VIII.

LAVRENTIVS Cibo Genuenſis, Archiepiſcopus Beneuentanus, Epiſc. Card. Prænestinus.
ANTONIOTTVS Palauicinus Genueñ. Epiſc. Aurienſis, Epiſc. Card. Albanenſis.

CARDINALES PRESBYTERI XVIII.

ALEXANDER PP. VI.

IOANNES Antonius de S. Georgio Mediolanenſis, Epiſc. Alexandrinus, presbyter Card. tt. SS. Nerei & Achillei.
BERNARDINVS Caruaial Hiſpanus, Epiſc. Carthaginenſis, Patriarcha Hieroſolymitanus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
DOMINICVS Grimanus Venetus Patriarcha Aquilegieñ. presb. Card. tt. S. Marci.
GEORGIVS de Amboſia Gallus, Archiepiſcopus Rothomagenſis, presb. Card. tt. S. Xyſti.
IACOBVS Serra Valentinus Hiſpanus, Epiſc. Arboreenſis, presb. Card. in tt. S. Clementis.
FRANCISCVS Borgia Scæ[n]enſis Hiſpanus, Archiepiſc. Coſentinus, presb. Card. S. Cæciliæ.
IOANNES Vera Hiſpanus Valentinus, Archiepiſc. Salernitanus, presb. Card. tt. S. Balbinæ.
LVDOVICVS Podacatarus Cyprius Nicoſieñ. Epiſc. Caputaqueñ. presb. Card. tt. S. Agathæ.
ANTONIVS Triuulcius Mediolanenſis, Epiſc. Comenſis, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.
IOANNES de Caſtro Hiſpanus, Epiſc. Agrigentinus, presbyter Card. tt. S. Priſcæ.
IOANNES Stephanus Ferrerius Vercellenſis, Epiſc. Bononienſis, presb. Card. tt. S. Vitalis.
IOANNES Caſtelliar Hiſpanus, Archiepiſcopus Tranenſis, presb. Card. in tt. ſanct. . . .
FRANCISCVS Soderinus Florentinus, Epiſc. Volaterranus, presb. Card. tt. S. Suſannæ.
NICOLAVS de Fliſco Genuenſis, Epiſc. Foroliuienſis, presb. Card. tt. S. Priſcæ.
FRANCISCVS de Sprats Aureoleñ. Hiſpanus, Epiſc. Legionenſis, presb. Card. tt. SS. Sergii & Bacchi.
HADRIANVS Caſtellenſis Cornetanus, Epiſc. Bathonienſis, presb. Card. tt. S. Chryſogoni.
IACOBVS Caſanoua Valentinus Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
: : . . . . Epiſcopus Peruſinus, presb. Card. in tt. ſanct. . . . .

CARDINALES DIACONI.

PIVS PP. II.

FRANCISCVS Picolomineus ciuis & electus Archiepiſc. Senenſis. Diac. Card. S. Euſtachii S. R. E. Archidiaconus.

XYSTVS PP. IIII.

RAPHAEL Riarius Sauonenſis Ligur, Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum, S. R. E. Camerarius.
IOANNES Columna Domicellus Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Aquino.
ASCANIVS Maria Sfortia, Vicecomes Mediolanenſis filius Ducis Mediolani, Diac. Card. SS. Viti & Modeſti martyrum in Macello & S. R. E. Vicecancellarius.

Digitized by Google

INNOCENTIVS PP. VIII.

IOANNES Medices Florentinus Tuſcus, Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.
FRIDERICVS Sanſeuerinus Mediolanenſis, Diac. Card. S. Chriſti martyris Theodori.

ALEXANDER PP. VI.

IVLIANVS Iunior Cæſarinus Romanus, electus Epiſc. Aſculanus, Diac. Card. S. Angeli.
ALEXANDER de Farneſio, Romanus, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
LVDOVICVS de Arragonia, Neapolitanus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia.
AMANEVS de Alibretto Gallus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.
LVDOVICVS Borgia, ciuis & electus Archiepiſcopus Valentinus, Diac. Card. ſanct. . . .
MARCVS Cornelius Venetus, Diac. Card. S. Mariæ quæ appellatur in Porticu.
FRANCISCVS Hiloris Valentinus Hiſpanus, electus Epiſc. Heluenſis, Diac. S. Mariæ nouæ.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES.

CALLISTVS PP. III.

LVDOVICVS Milanus Valẽtinus Hiſpanus Epiſc. Segobricẽſis, presb. Card. tt. SS. quatuor coronatorum, in Hiſpania abſens.

ALEXANDER PP. VI.

RAYMVNDVS Periardi Gallus, Epiſc. Gurcenſis, presb. Card. tt. SS. Ioannis & Pauli.
GVILIELMVS Briſſonetta Gallus Epiſc. Maclonienſis, presb. Card. tt. S. Pudentianæ.
PHILIPPVS de Lucemburgho, Epiſcopus Cœnomanenſis, Gallus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.
THOMAS Herdouth Hungarus, Archiepiſcopus Strigonienſis, presb. Card. tt. S. Martini in montibus.
PETRVS Iſualies Meſſaneñ. Siculus, Archiepiſc. Rheginus, presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.
FRANCISCVS Remolinus, Valentinus Hiſpanus, Archiep. Surrentinus, presb. Card. tt. S. .
MELCHIOR Copis Germanus, Epiſc. Brixieñ. presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
HYPPOLITVS Eſtenſis Ferrarienſis, electus Epiſc. Agrienſis, Diac. Card. S. Luciæ in Silice.

OMNES SVNT NVMERO XLVI.

CORONATIO PII III. PONT. MAX.

Anno Chriſtianæ ſalutis ꝏDIII. die VIII. Idus Octobris PP. Pius III. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, Romæ in gradibus ante fores Baſilicæ principis Apoſtolorum per manum Raphaëlis Riarij Sauonenſis Card. S. Georgij in Velabro, & Camerarij, ac S. R. E. Archidiaconi, Card. Epiſc. Clero & Populo adſtantibus.

OBITVS PP. PII III.

Eodem anno die Mercurij XV. Cal. Nouembris in ſolennitate S. Euangeliſtæ Lucæ Pius tertius Pontifex Maximus, Romæ in Palatio Apoſtolico S. Petri, diem clauſit extremum Pontificatus die ſexto & uigeſimo, ex ulcere cruris, ex quo diù ante laborauerat. Eius cadauer in Baſilica principis Apoſtolorũ delatum, marmoreo & eleganti Mauſoleo iuxtà auunculum Pium II. honorificè conditum eſt. Vacauit eo mortuo ſancta ſedes Apoſtolica dies tantum quatuordecim.

EXEQVIAE PP. PII III.

Eodem anno die XI. Cal. Nouemb. Exequiæ ſiue Nouemdialia Pii tertii Pontificis Maximi more maiorum a Cardinalibus in Baſilica principis Apoſtolorum celebrari per nouem continuos dies ſunt cœpta.

INTROITVS CONCLAVIS, QVO PP. IVLIVS II CREATVS EST.

Eodem anno pridie Cal. Nouembr. finitis Exequijs PP. Pij III. & Miſſa de ſpiritu ſancto per Oliuerium Carrapham, Epiſcopum Cardinalẽ Sabinum, Decanum cantata, Card. num. XXXVII. Cõclaue ingreſsi ſunt paratum in Apoſtolico Palatio iuxtà Baſilicam ſancti Petri, pro electione noui futuri ſummi Pontificis, qui die altero ingreſſus Cõclauis, quartodecimo uerò uacantis ſedis, hoc eſt Calendis Nouembris in Papam elegerunt Iulianum de Ruere

Sauonenſem

Sauonenſem PP. Xyſti IIII. ex ſorore nepotem Cardinalem Epiſcopum, & maiorem Pœnitentiarium, qui Iulij II. Pontificis Maximi ſibi nomen aſſumpſit. De quo uide in ſequenti pagina.

DE PIO III. DICI SOLET.

BREVIS PONTIFICATVS, GLORIA INGENS. IAM N. MAGNA ANIMO PERFICIENDA CONCEPERAT.

Sub Pii III. Pontificis Maximi Pontificatu nullus Cardinalis mortuus eſt.

IVLIVS PP. II AN. ƆƆÐIII.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISSIMVS DOMINVS NOSTER IVLIVS II. PONT. MAX. SAVONENSIS, LIGVR. Iulianus Raphaëlis filius, qui Xyſti IIII. Pontificis Maximi frater fuit, humili genere ortus, ex uilla Albizzola, Diœceſis Sauonenſis, Ruereo cognomine & inſignibus a Xyſto PP. quarto patruo ſuo donatus, ac ab eodem in principio ſuo Pontificatus, Epiſcopus Carpentoracenſis primò, mox in prima Cardinalium ordinatione cum fratre Petro Riario, presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula, deinde maior Pœnitentiarius, demum Auinionis Legatus, & Epiſc. Card. Oſtieſis creatus eſt. Fuit etiam Legatus Gallorum, ad Regem Francorum, ac Marchiæ Anconitanę, ſub eodem Pontifice. Cum Alexandro PP. ſexto ante & poſt eius Pontificatũ ſimultates grauiſsimas exercuit, quamobrem toto tempore ſui Pontificatus procul ab Vrbe uixit. Eum quoque Alexander ipſe ueneno clam propinato tollere fruſtra tentauit, quinimo eo mortuo, eiuſque ſucceſſore Pio PP. III. breui uita functo, ab his potiſsimum Cardinalibus Pontifex Maximus factus eſt, quibus Alexander Pontifex eum cauendum eſſe prædicare ſolebat. Sed non eſt conſilium contra Deum. Creatus autem fuit ſeptem & triginta patrum ſuffragijs in Conclaui tunc exiſtentium in Palatio Apoſtolico S. Petri, die Calendas Nouembris. Sedit autem in ſacratiſsima ſede Beati Petri Apoſtoli annos nouem menſes tres, dies uiginti.

CMRDINALES QVI CONCLAVI QVO IVLIVS II. PP. CREATVS EST, INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI VI.

PAVLVS PP. II.

OLIVERIVS Carrapha, ciuis & Archiepiſc. Neapolitanus, Epiſc. Card. Sabinus Decanus.

Digitized by Google

XYSTVS PP. IIII.

IVLIANVS de Ruere Sauonẽſis, Epiſc. Card. Oſtienſis & Veletrenſis, maior Pœnitentiarius.
GEORGIVS Coſta Portugallenſis Hiſpanus, Archiepiſcopus Vlixponenſis, Epiſc. Card. Portuenſis.
HIERONYMVS Baſſus de Ruere Sauoneñ. Epiſc. Recanatenſis, Epiſc. Card. Prænestinus.

INNOCENTIVS PP. VIII.

LAVRENTIVS Cibo Genuenſis, Archiepiſcopus Beneuentanus, Epiſc. Card. Tuſculanus.
ANTONIOTTVS Palauicinus Genuenſis, Epiſc. Aurienſis, Epiſc. Card. Albanus.

CARDINALES PRESBYTERI XIX.

ALEXANDER PP. VI.

IOANNES Antonius de ſancto Georgio Mediolanenſis, Epiſc. Alexandrinus, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.
BERNARDINVS Caruaial Hiſpanus, Epiſc. Carthaginenſis, Patriarcha Hieroſolymitanus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
DOMINICVS Grimanus Venetus, Patriarcha Aquilegienſis, presb. Card. tt. S. Marci.
IOANNES de Caſtro Hiſpanus, Epiſc. Agrigentinus, presb. Card. tt. S. Priſcæ.
Georgius de Amboſia Gallus, Archiepiſcopus Rothomagenſis, presb. Card. tt. S. Xyſti.
IACOBVS Serra Valentinus Hiſpanus, Epiſc. Arboreenſis, presb. Card. tt. S. Clementis.
PETRVS Iſualies Meſſañ. Siculus, Archiep. Rheginus, presb. Car. tt. S. Cyriaci in Thermis.
FRANCISCVS Borgia Valentinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Coſentinus, presb. Card. tt. S. Cæciliæ.
IOANNES Vera Valentinus, Archiepiſc. Salernitanus, presb. Card. tt. S. Balbinæ.
LVDOVICVS Podacatarus Cyprius Nicoſieñ. Epiſc. Caputaquẽſis, presb. Card. tt. S. Agathę.
ANTONIVS Triuulcius Mediolanenſis, Epiſc. Comenſis, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.
IOANNES Stephanus Ferrerius Vercellenſis, Epiſc. Bononieñ. presb. Card. tt. S. Vitalis.
IOANNES Caſteliar Hiſpanus, Archiepiſc. Tranenſis, presb. Card. tt. ſanct. . . . . .
FRANCISCVS Soderinus Florentinus, Epiſc. Volaterranus, presb. Card. tt. S. Suſannæ.
NICOLAVS de Fliſco Genuenſis, Epiſc. Foroliuienſis, presb. Card. tt. S. Priſcæ.
FRANCISCVS de Sprats Aureolenſis Hiſpanus, Epiſc. Legioneñ. presb. Card. tt. SS. Sergij & Bacchi.
HADRIANVS Caſtellenſis Cornetanus, Epiſc. Bathonienſis, presb. Card. tt. S. Chryſogoni.
IACOBVS Caſanoua Valentinus Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
: : . . . . Epiſc. Peruſinus, presb. Card. in tt. ſanct. . . . .

CARDINALES DIACONI XIII.

XYSTVS PP. IIII.

RAPHAEL Riarius Sauonenſis Ligur, Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum, S. R. E. Camerarius & Archidiaconus.
IOANNES Columna Domicellus Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Aquino.
ASCANIVS Maria Sfortia Mediolanenſis, filius Ducis Mediolani, Diac. Card. SS. Viti & Modeſti martyrum in macello. S. R. E. Vicecancellarius.

INNOCENTIVS PP. VIII.

IOANNES Medices Florentinus, Diac. Card. S. Mariæ Virginis in Dominica.
FRIDERICVS Sanſeuerinus Mediolanenſis, Diac. Card. S. Chriſti martyris Theodori.

ALEXANDER PP. VI.

HIPPOLYTVS Eſtenſis Ferrarienſis, electus Epiſc. Agrienſis, Diac. Card. S. Luciæ in Silice.
IVLIANVS Iunior Cæſarinus Romanus, electus Epiſc. Aſculanus, Diac. Card. S. Angeli.
ALEXANDER de Farneſio Romanus, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
LVDOVICVS de Arragonia Neapolitanus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia.
AMANEVS de Alibretto Gallus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.
LVDOVICVS Borgia, ciuis & electus Archiepiſcopus Valentinus, Diac. Card. ſanct. . . .
MARCVS Cornelius Venetus, Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.
FRANCISCVS Hiloris Valentinus Hiſpanus, electus Epiſc. Heluenſis, Diac. S. Mariæ nouæ.

SEPTEM

Digitized by Google

SEPTEM CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES.

CALLISTVS PP. III.

LVDOVICVS Milanus Valentinus Hiſpanus, Epiſc. Segobricenſis, presby. Card. tt. SS. IIII. coronatorum S. R. E. Archipresbyter.

ALEXANDER PP. VI.

RAYMVNDVS Periardi Gallus, Epiſc. Gurcenſis, presb. Card. tt. SS. Ioannis & Pauli.

GVILIELMVS Briſſonetta Gallus, Epiſc. Maclonienſis, presb. Card. tt. S. Pudentianæ.

PHILIPPVS de Lucemburgo, Gallus, Epiſc. Cœnomanenſis, presbyter Card. tt. SS. Petri & Marcellini.

THOMAS Herdouts Hungarus, Archiepiſcopus Strigonienſis, presbyter Card. tt. S. Martini in montibus.

FRANCISCVS Remolinus Valentinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Surrentin. presb. Card. tt. S. Marcelli.

MELCHIOR Copis Germanus, Epiſcopus Brixienſis, presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

OMNES SVNT NVMERO XLV.

CORONATIO PP. IVLII II.

Anno Chriſtianæ Salutis ꝍDIII. die VI. Calend. Decembris Iulius II. Pontifex Maximus Romæ in gradibus ante fores Baſilicæ S. Petri more maiorum ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit, per Raphaelem Riarium Sauonenſem Cardinalem S. Georgij S. R. E. Archidiaconum Card. Epiſcopis, Clero, & Populo adſtantibus.

PRIMA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ꝍDIII. Pontificatus Domini noſtri Iulij II. Pontificis Maximi, anno primo, Romæ die Mercurij III. Calend. Decembris in primo ſuo Conſiſtorio PP. Iulius II. fecit primam Cardinalium ordinationem, qua quatuor Card. presb. omnes creauit, qui fuerunt.

1 FRANCISCVS Guilielmus de Claromonte Gallus, Archiepiſcopus Narbonenſis, presb. Card. in tt. S. Stephani in Cœlio monte.

2 IOANNES de Eſtunica Hiſpanus, Magnus Magiſter Equitum de Alcantara, presbyter Card. in tt. ſanct. . . .

3 FRATER Clemens de Ruere Sauonenſis, ſororis PP Xyſti IIII. filius, ordinis Minorum, Epiſc. Mendenſis aliàs Miniatenſis, presb. Card. tt. S. Clementis.

4 GALEOTTVS Fráciottus de Ruere Lucenſis, Luchinæ ſororis PP. II. ex primo Marito, Epiſc. Lucenſis, presb. Card. in tt. S. Petri ad Vincula, & paulò poſt Vicecácellarius.

III.



IIII.



SECVNDA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝍDV. Pontificatus PP. Iulij II. anno tertio die . . . Cal. Ianuarij Romæ PP. Iulius II fecit ſecundam Cardinalium ordinationem, qua nouem Card. uidelicet octo Presbyteros, & unum Diaconem creauit, qui fuerunt.

Digitized by Google

5 Frater Marcus Vogerius Sauonenſis, ordinis Minorum, Epiſc. Senogallienſis, presb. Card. S. Mariæ Tranſtyberim tt. Calliſti.

6 Robertvs Britto, Epiſc. Redonenſis, & paulò poſt Naunetenſis, Orator Regis Francorum, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

7 Leonardvs Groſſus de Ruere Sauonenſis, Card. Fratris Clemẽtis mortui frater, filius ſororis PP. Xyſti IIII. Epiſc. Agennenſis, presb. Card. tt. S. Suſannæ, ac maior Pœnitentiarius.

8 Carolvs de Caretto, Comes Finarij Genueñ. Archiep. Thebanus, presb. Card. tt. S...

9 Antonivs Forrerius Sauonenſis Ligur, Epiſc. Eugubinus, presb. Card. tt. S. Vitalis.

10 Franciscvs Alidoſius Forocorneliẽñ. Epiſc. Papienſis & Theſaurarius PP. Iulij, presb. Card. tt. S. Cæciliæ.

11 Faccivs Sanctorius Viterbienſis, Epiſc. Cæſanus, presb. Card. tt. S. Sabinæ.

12 Gabriel de Gabrielis, Epiſc. Vrbinas, presb. Card. tt. S. Praxedis.

13 Sigismvndvs Gonzaga ciuis & electus Epiſ. Mãtuanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

V.



VI.




VII.



VIII.




IX.



X.



XI.



XII.



XIII.




TERTIA

TERTIA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞Ↄvi. Pontificatus Iulij iii. Pōtificis Maximi, anno tertio, Bononiæ die . . . Cal. Octobris pp. Iulius ii. fecit tertiam Cardinalium ordinationem qua tres Cardinales presbyteros creauit, qui ſunt.

14 : : . . De Amboſia Gallus Albienſis, Epiſc. presb. Card. in tt. S. . .)
15 : : . . Gallus Archiepiſc. Narboneñ. presb. Card. in tt. ſanct. . . .) Abſentes.
16 Renatus de Bria, Bituricenſis Gallus, Epiſ. Baioceñ. presb. Card. tt. S. . . .)


XIIII.



XV.



XVI.




QVARTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſtiani Natalis ∞Ↄvii. Pontificatus pp. Iulij ſecundi, anno quarto, Romæ die xvi. Cal. Iunij pp. Iulius fecit quartam Cardinalium ordinationem, qua unum tantum Cardinalem presbyterum promouit, qui fuit.

17 Frater Franciſcus . . . ex oppido Ciſneros, Palentinæ Diœceſis Hiſpanus ordinis Minorum de obſeruantia Archiepiſc. Toletanus, & primas Hiſpanarum, presbyter Card. tt. S. Balbinæ.

XVII.



QVINTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞Ↄviii. Pontificatus Iulij ii. Pontificis Maximi, anno quinto, Romæ die lunæ iii. Idus Septembris pp. Iulius ii. fecit quintam Cardinalium ordinationem, qua unum Cardinalem presbyterum tantum ordinauit, is fuit.

18 Xystus Gara de Ruere Lucenſis, pp. Iulji ii. ex ſorore Luchina, & ſecundo ſuo marito nepos, Galeoti mortui ex matre frater, Epiſc. Lucēſis & Patauinus, Archiepiſ. Beneuentanus, & S. R. E. presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula, & Vicecancellarius.

SEXTA

Digitized by Google

XVIII.



SEXTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏDxi. Pontificatus pp. Iulii ii. anno octauo, die . . . . Martii Rauennæ, pp. Iulius ii. fecit ſextam Cardinalium ordinationem, qua nouem Cardinales, ſex uidelicet presbyteros, & tres Diacones creauit, qui fuerunt.

19 CHRISTOPHORVS Anglicus, Archiepiſc. Eboracenſis, Orator Regis Angliæ, presb. Card. in tt. SS. Praxedis.

20 ANTONIVS de Monte S. Sabini Aretinus, Archiepiſcopus Sypontinus, ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditor, presb. Card. S. Vitalis in tt. Veſtinæ.

21 MATTHAEVS . . . Heluetius, Epiſc. Sedunenſis, presb. Card. S. Pudentianæ in titulo Paſtoris.

22 PETRVS de Acollis Arretinus, Epiſc. Anconitanus, ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditor, presb. Card. tt. S. Euſebii.

23 ACILLES de Craſsis Bononienſis, Epiſc. ciuitatis Caſtelli, aliàs Typhernas, ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditor, presb. Card. in tt. S. Xyſti.

24 FRANCISCVS Argentinus Venetus, Epiſc. Concordienſis, presb. Card. tt. S. Clemētis.

25 BENDINELLVS Saulius Genuenſis, electus Hieracenſis Epiſcopus, Diaconus Cardinalis S. Hadriani.


26 ALPHONSVS Petruccius Senenſis, electus Epiſc. Groſſetanus, Diac. Card. S. Theodori.

27 MATTHAEVS Langius Germanus, electus Epiſc. Curcēſis, Diac. Card. S. Angeli in foro Piſcium.

XIX. XX. XXI.







CARDINALES


XXII.



XXIII.



XXIIII.



XXV.



XXVI.



XXVII.



CARDINALES EPISCOPI A PP. IVLIO II. CREATI.

RAPHAEL Riarius Sauonenſis, Diac. Card. S. Georgij in Velabro, factus Epiſcopus Card. Albanus, Sabinus, Portuenſis & S. Rufinæ, Oſtienſis & Veletreñ. ac Decanus.

IOANNES Antonius de Sancto Georgio Mediolanenſis, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei, factus Epiſc. Card. Albanus, Præneſtinus & Sabinus.

BERNARDINVS Caruaial Hiſpanus, presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem factus Epiſc. Card. Albanus, Tuſculanus, Præneſtinus & Sabinus.

GVILIELMVS Briſſonetta Gallus Maclonienſis, presb. Card. S. Pudentianæ. in tt. Paſtoris, factus Epiſcopus Card. Albanus, Tuſculanus, & Præneſtinus.

DOMINICVS Grimanus Venetus, presb. Card. in tt. S. Marci, factus Epiſc. Card. Albanus Tuſculanus, & Portuenſis ac S. Rufinæ.

PHILIPPVS de Lucemburgho Gallus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini, factus Epiſc. Card. Albanenſis & Tuſculanenſis.

IACOBVS Serra Valentinus Hiſpanus Arboreenſis, presb. Card. tt. S. Clementis factus Epiſc. Card. Albanus.

FRANCISCVS Soderinus Florentinus, presb. Card. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum, factus Epiſc. Card. Sabinus in locum Bernardini Caruaial priuati.

FRATER Marcus Vigerius Sauonenſis, ordinis Minorum, presb. Card. tt. S. Marię Tranſtyberim factus Epiſc. Card. Præneſtinus in locum Guiliemi Briſſonettæ priuati.

EPILOGVS CARDINALIVM PP. IVLII II.

Papa Iulius II. ſex ordinationibus mēſibus Martio, Maio, Septembri, Nouembri, & Decembri factis, XXVII. creauit Cardinales, uidelicet presb. XXIII. & Diacones quatuor, ex antiquis Cardinalibus Epiſc. octo, & uno à ſe creatis.

EPILOGVS

EPILOGVS CARDINALIVM PP. IVLII II.

Papa Iulius II. ſex ordinationibus Menſibus Martio, Maio, Septembri, Nouembri, & Decembri factis, uiginti ſeptem Cardinales creauit, uidelicet presbyteros tres & uiginti, Diaconos quatuor, ex antiquis Cardinalibus, Epiſcopos octo, & unum ex a ſe creatis, qui omninò ſunt nouem.

OBITVS PP. IVLII II.

Anno Chriſtianæ Salutis ꝏDXIII. die lunæ IX. Calendas Martij Indictione prima, PP. Iulius II. Romæ mortuus eſt, in Palatio Apoſtolico S. Petri, eius cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt, quo mortuo uacauit ſancta Romana ſedes dies X. & VII.

EXEQVIAE PP. IVLII II.

Eodem Anno die VII. Cal. Martij, altero die a morte PP. Iulij, Exequię, ſiue Nouendialia eiuſdem Pontificis a Cardinalibus in Baſilica S. Petri more maiorum per nouem dies celebrari ſunt cæpta.

INTROITVS CONCLAVIS, QVO PP. LEO X. CREAATVS EST.

Eodem anno, die Veneris IIII. Nonas Martij Miſſa de ſpiritu ſancto per Dominũ Oſtienſem Cardinalem cantata, finitiſque PP. Iulij Exequijs Cardinales numero XXIIII. Conclaue ingreſsi ſunt paratum in Apoſtolico Palatio S. Petri pro electione noui futuri ſummi Pontificis, ubi die V. Idus Martij decimo octauo uacantis ſedis, octauo uerò ingreſſus Conclauis die elegerunt iunioribus Cardinalibus potiſsimum ſuffragantibus in ſummum Pontificem & uniuerſalem Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopum Ioannem de Medicis Florentinum, Magni Laurentij filium, Diaconum Cardinalem S. Mariæ in Dominica, qui Leonis PP. decimi nomen aſſumere uoluit, & ſic appellari.

CONCILIVM LATERANENSE, SVB IVLIO INCHOATVM, SVB LEONE FINITVM ET EIVS CAVSAE.

Quûm totus orbis Chriſtianus & præcipuè terra Italia grauiſsimis inter Chriſtianos principes bellis quateretur, plerique hominum & præſertim Cardinalium, id Iulio Pontifici attribuebant, quûm omnium bellorum & diſcordiarum, quibus per tot annos miſera uexabatur Italia, fomitem & incentiuum prædicabant. In eum enim, qui modo Gallos contra Venetos, contra Hiſpanos, modo imperatorem contra Gallos mittebat, tot malorum cauſam potiſsimùm reijciebant. Homo enim Imperandi cupidus, & ditionis Eccleſiaſticæ ius, quod ſub ſuperioribus Pontificibus perierat, omnibus paſsim ſibi terras & oppida Eccleſiæ uendicantibus, reſtaurare enitens, quod non ſine grauiſsimorum bellorum procellis fieri poterat, totum mundum ſubuertit. Ob quam rem contenti patres, ipſumque potius negocijs ſæcularibus quàm animarum curæ attendere conſpicientes, nonnulli ex his ab eo deficiunt atque non ſine Imperatoris & Regis Francorum Ludouici auxilio, Piſis conuenientes, concilium Generale, miſsis per orbem Chriſtianum literis celebrandum indicunt. Fuerunt autem hi Bernardinus Caruaial Hiſpanus, Sabinorum, & Guilielmus Briſſonetta Gallus Præneſtinorum Epiſcopi Cardinales, Franciſcus Borgia Hiſpanus, Archiepiſcopus Coſentinus, & Renatus Bria Gallus, Epiſcopus Baiocenſis, presbyteri, ac Fridericus Sanſeuerinus S. Theodori Diaconus Cardinalis. Qui mox a Iulio II. citati, quum non cõparuiſſent, immò ipſum pertinaciter ad Concilium celebrandum conuocaſſent, in quo tot malfactorum rationem redderet, ab ipſo omnibus dignitatibus priuati ſunt, ac etiam Cardinalatuum titulis, quos habebant, ac ne: Concilium detrectare uideretur

Anno Chriſti ꝏDXI. Pontificatus ſui, anno octauo XV. Cal. Auguſti Bulla ſua Apoſtolica Concilium generale, Romæ Laterani celebrandum indixit, totius orbis Chriſtiani Prælatis ad Concilium conuocatis, Dieſque quo incohari deberet præſtituta fuit, dies lunæ poſt octauam Paſchæ Reſurrectionis, XIII. Calendas Maij, anni ſequentis ꝏDXII. Accidit uerò ut Rauennæ conflictus inter copias Pontificias, & Gallorum haberetur, in quo cruentiſſima uictoria Galli petiti exercitum Iulianum ad internecionem cæciderunt. Ob quam rem Concilij incohatio ad ſequentem Maium producta, Diemq; Inuentionis S. Cruci, ſis erat V. Non. Maij, quo die Miſſa de ſpiritu ſancto Laterani per Iulium Pontificem cantata Concilium incohatum fuit. Et die VI. Idus eiuſdem menſis Maij prima ſeſio habita. Hic de ſtatus

Eccleſiaſtici

Digitized by Google

Eccleſiaſtici emendatione & reſtitutione agi cœptum eſt, multaque promulgata, quæ tamen poſtmodum obſeruata minimè fuerunt. Quùm Iulii mens non fuiſſet nihil boni in eo Concilio agere, ſed tantum Concilio, à Cardinalibus ſibi aduerſantibus Piſis primò indicto & incohato cum aliquot Prælatis Gallis, & poſt Mediolanum tranſlato aduerſari. Verum anno ſequenti MDXII. ipſo Lateranenſi Concilio adhuc perdurante, mortuo PP. Iulio II. & Leone X. ei ſucceſſore dato cuius opera ſtatim pax Chriſtianorum principũ agitari cępta, Cardinales qui à Iulio diſceſſerant, & ab eo priuato fuerant, in gratiam cum Leone redeuntes, eo anno omnibus dignitatibus ſuis & Cardinalatu reſtituti ſunt. Quùm autem PP. Leo per aliquot annos Concilium Generale Lateranenſe proſequutus fuiſſet, tandem

Anno Chriſti MDXVII. VI. die XVII. Cal. Martij habita XII. & ultima ſeſſione Card. Farneſius Diac. Card. S. Euſtachij, nomine PP. Leonis X. Cõcilio finem dedit, alta uoce clamãs patres ite in pace. Durauit annos prope V.

Et hic fuit exitus Concilij Lateranenſis à Iulio cepti, à Leone finiti.

CARDINALES MORTVI SVB PP. IVLIO.

Anno Chriſti MDIII. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Iulij II. Pontificis Maximi anno primò, die Calendarum Decembrium Laurentius Cibo Genuenſis, Innocẽtij PP. VIII. fratris filius, illegitimo coitu natus, Archiepiſcopus Beneuentanus, presbyter Card. in tt. S. Cæciliæ poſt tt. S. Marci deinde, Epiſc. Card. Albanus, poſt Tuſculanus, demum Præneſtinus, Romæ mortuus eſt ex metu ei iniecto ab Alexand. PP. VI. paulò ante eius mortem, illi enim cõminatus fuerat, ſe ei adempturum Galerum Cardinalitium, quia nothus quùm eſſet contra leges ab Innocentio PP. VIII. patruo ſuo in Cardinalium numerum relatus eſſet. Sepultus eſt in Eccleſia S. Mariæ de Populo, in Sacello, à ſe ante mortem erecto dicato, ac dotato, marmoreo, quod adhuc extat, Mauſoleo.

Anno Dominicæ Natiuitatis MDIII. Pontificatus Iulij II. Pontificis Maximi, anno primò, die . . . Maij. Iacobus Caſanoua Valentinus Hiſpanus, & Prothonotario Apoſtolico, & Cubiculario PP. Alexandri VI. factus, presb. in tt. S. Stephani in Cœlio monte, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Populo.

Eodem anno, die VI. Cal. Auguſti. Ioannes de Eſtunica Hiſpanus, Magiſter de Alcantara, Archiepiſcopus Hiſpalenſis, presb. Card. in tt. ſanct. . . . Mortuus eſt in oppido Guadalippo in Hiſpania, die lunæ, ibique ſepultus in Eccleſia ſanct. . . . .

Eodem anno, die IIII. Idus Septembris Frãciſcus Sprats, ex Aureola Vlterioris Hiſpaniæ Vrbe, Epiſc. Legionenſis, presb. Card. in tt. SS. Sergii, & Bacchi, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Eccleſia S. Saluatoris, quæ appellatur de Lauro.

Anno Dominicæ Natiuitatis MDV. Pontificatus Iulii ſecundi Pontificis Maximi, anno ſecundo, die VI. Calendas Iunii. Aſcanius Maria Sfortia Vicecomes Mediolanenſis, Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolani filius, ex Prothonotario Apoſtolico, Diaconus Card. SS. Viti & Modeſti martyrum in Macello, ac S. R. E. Vicecancellarius ab Alexandro PP. VI. factus, captus à Gallorum exercitu, & captiuus, Galliam perductus, inde liberatus Romam ueniens ibidem mortuus eſt: ſepultus elegantiſſimo Mauſoleo à Iulio PP. II. ei fabrefacto in choro Eccleſiæ ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, quæ appellatur de Populo.

Eodem anno, die . . . Frater Clemens de Groſsis, ſororis Xyſti IIII. Pontificis Maximi filius, Sauonẽſis ordinis Fratrum Minorum, Ligur, cognomine Ruuereo & inſignibus donatus, Epiſcopus Miniatenſis poſt Mendenſis, presb. Card. in tt. S. Clementis, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Eccleſiæ ſanct. . . .

Anno Dominicæ Natiuitatis MDVI. Pontificatus PP. Iulii II. anno tertio, die VI. Nonas Octobris. Ioannes de Caſtro Valentinus Hiſpanus, Molis Hadriani aliàs Caſtelli S. Angeli præfectus, Epiſcopus Agrigentinus in Sicilia, presb. Card. in tt. SS. Aquilæ & Priſcillæ, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Populo.

Anno Dominicæ Natiuitatis MDVII. Pontificatus Iulii II. Põtificis Maximi, anno IIII. die V. Nonas Maii, aliàs XI. Cal. Auguſti. Franciſcus Hiloris Valentinus Hiſpanus, electus Epiſc. Heluẽſis, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Baſilica S. Petri.

Eodem anno, die IIII. Nonas Maii. Ioannes Vera, Valentinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Salernitanus, & Epiſcopus Leodienſis, presb. Card. in tt. S. Balbinæ, Apoſtolicæ Sedis ſub Alexandro VI. Pontifice Maximo ad Gallos Angloſque Legatus à Latere, & poſt Marchiæ Anconitanæ, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Eccleſia S. Auguſtini, marmoreo, quod adhuc extat in Sacello S. Monichæ, Mauſoleo.

Eodem

Eodem anno, die . . . Hieronymus Baſſus de Ruere, Xyſti quarti Pontificis Maximi, ſororis filius, Sauonenſis Ligur cognomine & inſignijs Ruereis donatus, Epiſcopus Recanatenſis, presbyter Card. in tt. S. Balbinæ, poſt tt. S. Chryſogoni, Epiſc. Card. Præneſtinus, poſt Sabinenſis, Romæ mortuus eſt. Eius cadauer ſepultum, in monaſterio S. Mariç ad Populum elegantiſsimo marmoreo ſepulchro, ſumptibus Iulij II. fabrefacto.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏDVIII. Pontificatus Iulij ſecundi Pontificis Maximi, anno quinto, die . . . Antonius Triuulcius Mediolanenſis, Epiſc. Comenſis, presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ, mox tt. S. Stephani in Cœlio monte, Romæ mortuus eſt. Eius cadauer ſepultum in Eccleſia S. Mariæ de Populo.

Eodem anno, die decimo Calendas Auguſti, hora noctis quarta Antonius Forrerius Sauonenſis Ligur, Epiſcopus Eugubinus, presb. Card. in tt. Veſtinæ S. Vitalis, Legatus ſub Iulio ſecundo Pontifice Maximo Peruſij & Bononiæ, unde Ruinæ ſuæ initium ſumpſit, Romæ mortuus eſt. Eius cadauer ſine ulla funeris pompa in Eccleſia S. Auguſtini, ſepultum ita iubente Iulio Pontifice, à quo paulò ante mortem in Mole Hadriani coniectus fuerat, ei autem adeo deſpectus factus fuerat, ut & Senatu prohiberetur, obiit ut dicunt deſperatus.

Eodem anno, die III. Idus Septembris Galeottus Franciottus de Ruere, Lucenſis Iulij ſecundi ex ſorore Luchina, & priore marito ſuo nepos, Ruereo cognomine, & inſignijs donatus, Epiſc. Lucenſis cum Commẽda Epiſcopatuum, Patauini, Cremonenſis, & Archiepiſc. Beneuentani, presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula, & S. R. E. Vicecancellarius Auinionis, & Comitatus Venayſini Legatus, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Baſilica S. Petri.

Eodem anno, die XIIII. Calendas Octobris. Georgius Coſta Portugalenſis Hiſpanus, humili ac penè ſordido genere ortus, Archiepiſcopus Vlixponenſis induſtria ſua factus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini, poſt Epiſc. Card. Albanus Tuſculanus, Portuẽſis & S. Rufinæ, Legatus Apoſtolicæ ſedis ſub Xyſto IIII. Pontifice Maximo pro componenda pace & ſedandis diſcordijs inter Venetos & Ducem Ferrariæ, quod & cõſequutus eſt, Romæ mortuus eſt Centenario maior: Cadauer ſepultum in Sacello ſuo, quod eſt in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Populo.

Eodem anno, die ſexto Calend. Octobris Ioannes Columna Domicellus Romanus, ex Prothonotario Apoſtolico, Diac. Card. S. Mariæ in Aquino, Romæ mortuus eſt. Cuius cadauer ſepultum eſt in Baſilica SS. duodecim Apoſtolorum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏDIX. Pontificatus Iulij II. Pontificis Maximi, anno VI. die VII. Calendas Aprilis. Ioannes Antonius familia de S. Georgio patria Mediolanenſis, Placentia oriundus, Epiſc. Alexandrinus, qui utranq; ſignaturam ſub Alexandro VI. exercuit, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei, poſt Epiſc. Card. Albanus, Præneſtinus, & Sabinus, Vrbis Romæ, quando Iulius PP. ſecundus contra Ioannem Bentiuolum Bononiæ Tyrannum profectus eſt: Legatus, Romæ mortuus eſt, cuius cadauer in Eccleſia S. Celſi iuxtà pontem S. Angeli ſepultum.

Eodem Anno, die . . . Melchior Copis Germanus, Epiſc. Brixienſis, presb. Card tt. S. Stephani in Cœlio monte, Romæ mortuus eſt. Eius cadauer ſepultum in Eccleſia S. Mariç de Capitolio aliàs de Ara cœli.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏDX. Pontificatus Iulij ſecundi Pontificis Maximi, anno ſeptimo, die XI. Calendas Aprilis, Faccius Sanctorius Viterbienſis, Epiſc. Cæſennas, Clericus Camerç Apoſtolicæ & PP. Iulij II. Datarius, presb. Card. tt. S. Sabinæ, qui eſt in Auentino, Romæ mortuus eſt, ſepultus in Baſilica principis Apoſtolorum.

Eodem anno, die . . . Iulianus Iunior Cæſarinus Romanus, Prothonotarius Apoſtolicus, electus Aſculanus Epiſc. Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi, mox S. Angeli in Foro piſcium, Romç mortuus eſt. Eius cadauer ſepultum in Eccleſia S. Mariæ de Capitolio, aliàs de Aracœli, ordinis Fratrum Minorum de obſeruantia.

Eodem anno, die III. Idus Octobris. Ioãnes Stephanus Ferrerius ex oppido Biella, Vercellenſis Diœceſis, Epiſc. Bononienſis, presb. Card. tt. SS. Sergij & Bacchi, poſt tt. S. Vitalis, Romæ mortuus eſt, ſepultum cadauer in tt. S. Clementis.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏDXI. Pontificatus Iulij II. Põtificis Maximi, anno VIII. die IX. Cal. Feb. Oliuerius Carrapha ciuis & Archiepiſcopus Neapolitanus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini, poſt Epiſc. Card. Albanẽſis, deinde Sabinus, demum Oſtieñ. & Veletrenſis, & Decanus, Legatus de latere Apoſtolicæ Sedis ſub Xyſto IIII. Põtifice Maximo ad Ferdinandum Arragonum Regem, Romæ mortuus eſt: cadauer eius in Eccleſia S. Mariç ſuper Mineruam in eius Sacello honorificè conditum.

Eodem

Digitized by Google

Eodem anno, die Iduum Maij Georgius de Amboſia Gallus, Archiepiſcopus Rothomagenſis, presb. Card. in tt. S. Xyſti Galliarum & Aurelionis pro Apoſtolica ſede de latere Legatus, mortuus eſt Lugduni, ibidemque ſepultus in Eccleſia ſanct. . . . .

Eodem anno, die IX. Calendas Auguſti Franciſcus Alidoſius Forocornelienſis ex Caſtro Riuæ agri Imolenſis Iulij II. Pontificis Maximi Theſaurarius, Epiſc. Papienſis, poſt Bononienſis, Iulio II. gratiſsimus, presb. Card. in tt. S. Cæciliæ, Legatus Apoſtolicæ ſedis de latere ſub Iulio PP. ſecundo Viterbij, & Patrimonij, ad Francorum Regem Ludouicum iā Mediolano, & Inſubrum Imperio potitum, & Bononiæ, Rauennæ occiſus eſt à Franciſco Maria Vrbini Duce Iulij II. PP. nepote, cuius cadauer ibidem ſepultum eſt. . . .

Eodem anno X. Calendas Auguſti Franciſcus Argentinus Venetus, patre Germano ignobiliſsimo ex Argentina Germaniæ ciuitate, & matre Veneta natus, Epiſc. Concordienſis, ac PP. Iulij II. Datarius, presb. Card. tt. S. Clementis. Obijt Romæ ſepultus in S. Maria Tranſtyberim.

Eodem anno, die IX. Calend. Octobris, Petrus ignobili familia Iſualies Meſſanenſis Siculus, Archiepiſcopus Rheginus, presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis. Apoſtolicæ ſedis de latere Legatus in Hungaria ſub Alexandro VI. & Bononiæ ſub Iulio II. Pōtificibus Maximis: Obijt Cæſenæ in Æmilia, cadauer Romam Tranſlatum in S. Mariæ matris Domini quę maior appellatur Baſilica, cuius erat Archipresbyter, ſepultum eſt.

Eodem anno, die IIII. Nonas Octobris. Ludouicus Borgia Valentinus Hiſpanus, electus Archiepiſcopus Valentinus, Diac. Card. S. . . . mox, presb. in tt. S. Marcelli, & S.R.E. Maior Pœnitentiarius, prior S. Euphemiæ, ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, nepos ex ſorore Alexandri PP. VI. Frater Ioannis Borgiæ Card. Montis regalis, mortuus eſt Neapoli, præcipiti dum cadit equo, ibique eius cadauer ſepultum eſt, in Eccleſia ſanct. . . .

Eodem anno, in publico Conſiſtorio PP. Iulij II. die nono Cal. Nouembris.

BERNARDINVS Caruaial Hiſpanus, Epiſc. Card. Sabinus, Card. S. Crucis appellatus.

GVILIELMVS Briſſonetta Gallus Epiſc. Maclonienſis, Epiſc. Card. Prænestinus.

FRANCISCVS Borgia Valentinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Coſentinus, presb. Card. tt. S. Cæciliæ.

RENATVS de Bria Bituricenſis Gallus, Epiſc. Baiocenſis, presb. Card. tt. ſanct. . .

FRIDERICVS Sanſeuerinus Mediolanēſis, Diac. Card. S. Chriſti martyris Theodori, quūm à PP. Iulio deſciſſent, Conciliumque contra eum Piſis indixiſſent, omnibus dignitatibus, beneficijs Eccleſiaſticis, Pileo Cardinalitio, ac tt. priuati ſunt. Ex quibus

Eodem anno, die pridie Nonas Nouembris, Franciſcus Borgia ex oppido Scenenſi Diœceſis Valentinæ Hiſpanus, Calliſti III. Pontificis Max. ut tum credebatur filius, Archiepiſc. Coſentinus, olim Prothonotarius Apoſtolicus, obiit ſeptuagenarius in Regio Lepidi, quūm ut dixi paulò ante à PP. Iulio Cardinalatu priuatus eſſet. Eius cadauer ibidem ſepultū eſt.

Eodem anno, die XIIX. Calendas Decembris Gabriel de Gabrielibus Fanenſis, Epiſc. Vrbinas, presb. Card. in tt. S. Praxedis, Romæ obiit ſepultus in tt. ſuo.

CARDINALES SVB PONTIFICATV PP. IVLII II. MORTVI QVORVM, OBITVS, ANNVS, DIES ET MENSES ET LOCVS IGNORANTVR.

LVDOVICVS Milanus Valentinus Hiſpanus, PP. Calliſti III. ex ſorore nepos, Epiſc. Segobricenſis, presb. Card. in tt. SS. quatuor coronatorum & S. R. E. Archipresbyter. Vir immenſæ Luxuriæ, adeò quod ex Germana ſorore filios eum ſuſcepiſſe conſtans fama eſt. Mortuus eſt in patria Longæuus, quo ſe ex Vrbe ſub Pio ſecundo Pontifice Maximo receperat, omni ſpe deſtitutus, ob acceptum in facie cicatricem, dum noctu laſciuiens per Popinas Vrbanas uagaretur.

ANTONIOTTVS Palauicinus Genuenſis Ligur, Datarius PP. Innocentii octaui, Epiſc. primo Pampilonenſis, mox Auriēſis, presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ, poſt tt. S. Praxedis, deinde Epiſc. Card. Albanus, mox Tuſculanus, & demum Præneſtinus: Romæ mortuus eſt ſepultus in tt. ſuo poſteriore S. Praxedis.

RAYMVNDVS Periardi, Archidiaconus Aluiſienſis in Xanthonienſi Eccleſia Gallus, Epiſc. Nouarienſis, poſt Viterbienſis, Demum Gurcenſis, presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachii. Apoſtolicę ſedis de latere Legatus ſub Alexandro PP. VI. in Germaniam, ſub Iulio PP. II. Viterbiē. & Patrimonii, in qua Legatione adhuc agens Viterbij mortuus eſt: cuius cadauer ibidem ſepultum eſt.

Digitized by Google

Lvdovicvs Podacatarus Nicoſienſis Cyprius Græcus, Epiſc. Caputaquenſis, uir experientiſsimus, presb. Card. in tt. S. Epiſcopi Virginis & martyr. Agathæ quæ eſt in Sabura, Romæ mortuus eſt: cuius cadauer ſepultum eſt in Eccleſia S. Mariæ de Populo.

Ioannes Caſtelliar Vallentinus Hiſpanus, Archiepiſc. Tranenſis, presb. Card. in tt. S. . . . Mortuus eſt in . . . ibique ſepultus.

: : . . . . De Amboſia Gallus, Epiſc. Albrienſis nepos ex Fratre Card. Georgij de Amboſia, Archiepiſcopi Rothomageñ. qui ſub Iulio II. etiam mortuus eſt presb. Card. in tt. S. . . . Mortuus eſt in Gallia in Vrbe . . . ibidem ſepultus.

: : . . . . Gallus, Archiepiſcopus Narbonenſis, poſt Epiſc. Auxitanus, presbyter Card. in tt. S. . . . nepos ex ſorore Georgij de Amboſia Cardinalis Rothomagenſis, mortuus eſt in Gallijs, ibique ſepultus in Eccleſia ſanct. . . .

CARDINALES MORTVI SVNT NVMERO XXXV. ET QVATVOR PRIVATI GALERO.

LEO PP. X. ANNO ꟾↃXIII.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISSIMVS DOMINVS NOSTER LEO X. PONT. MAX. FLORENTINVS. Ioannes Medices, nobili ac Vetuſta Familia inter populares Florentinas, Laurentij Medicis clariſsimi & ornatiſsimi uiri filius, Tuſcus, à patre ſapientiſsimo ab ineunte ætate ad adiſcendas bonas literas Angelo Politiano eruditiſsimo uiro (cuius extant ingenij monumẽta) traditus, in tantum & uitæ integritate, & eruditione profecit, ut quartumdecimum annum natus omnes eius, & maioris ætatis Adoleſcentes, cuiuſuis expectationis ſuperaret. Ob quas præcipuè uirtutes Innocentius PP. octauus permotus, eum abſentem in prima ſua Cardinalium ordinatione cum alijs ſeptem, ex Prothonotario Apoſtolico, Diaconum Cardinalem in Venerabili Diaconia S. Mariæ Virginis, quæ appellatur in Dominica, creauit annum XIIII. uix egreſſum. Inde Romam ueniens in eo munere ampliſsimo obeundo ſemper adeo integrè & prudenter uerſatus eſt, ut maximam iam inde ab initio promotionis ſuæ de ſe dederit expectationem. Sub Iulio autem II. Pontifice Maximo, quùm eſſet exercitus Eccleſiaſtici contra Gallos Legatus, anno ꟾↃXII. pridie Idus Aprilis ab eis captus eſt, in quorũ poteſtate captiuus per annum ferè integrum uixit. Verum anno ſequenti ꟾↃXIII. per id tempus quo Iulius PP. II. uita exceſsit, clam fugiens Romam uenit, ubi Cardinales numero XXIII. iam Conclaue ingreſſos pro Iulij ſucceſſore deligendo inuenit. Quod & ipſe ingreſſus. aliquot diebus poſt, uirtutis ſuæ ergo commoti patres, die XVIII. Vacantis ſedis, octauo uero introitus Conclauis, hoc eſt V. Idus Martij eum in Pontificem Maximum, Iunioribus Cardinalibus potiſsimum ſuffragantibus delegerunt, qui Leonis PP. X. ſibi nomen aſſumpſit. ſedit autem annos VIII. menſes VIII. dies XXI.

Digitized by Google

CARDINALES QVI CONCLAVI QVO PP. LEO X CREATVS EST, INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI V.

XYSTVS PP. IIII.

RAPHAEL Riarius Sauonenſis Ligur, Epiſc. Card. Oſtienſis, Decanus S.R.E. Camerarius.

ALEXANDER PP. VI.

DOMINICVS Grimanus Venetus, Epiſc. Card. Portueñ. Patriar. Aquilegieñ. Card. S. Marci.
IACOBVS Serra Valentinus Hiſpanus, Epiſc. Arboreenſis, Epiſc. Card. Albanenſis.
FRANCISCVS Soderinus Florentinus, Epiſc. Volaterranus, Epiſc. Card. Sabinenſis.

IVLIVS PP. II.

FRATER Marcus Vegerius Sauonenſis, Epiſc. Senogallienſis, Epiſc. Card. Præneſtinus.

CARDINALES PRESBYTERI XIII.

ALEXANDER PP. VI.

THOMAS Herdouth Hungarus, Archiepiſcopus Strigonienſis, presb. Card. in tt. SS. Silueſtri & Martini in montibus, tt. Equirij S. R. E. Archipresbyter.
FRANCISCVS Remolinus Valentinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Surrentinus, presb. Card. tt. S. Marcelli.
NICOLAVS de Fliſco Genuenſis, Archiepiſcopus Rauennas, presb. Card. tt. S. Priſcæ.
HADRIANVS Caſtellenſis Cornetanus, Epiſcopus Bathonienſis in Anglia, presb. Card. tt. S. Chryſogoni.

IVLIVS PP. II.

ROBERTVS . . . Brito, Epiſc. Nannetenſis, presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ.
LEONARDVS Groſſus de Ruere Sauonenſis Ligur, Epiſc. Agennenſis, presb. Card. in tt. SS. Gabinij & Suſannæ ad duas domos, Maior Pœnitentiarius.
CAROLVS de Caretto, Comes Finarij Genuenſis, Archiepiſcopus Thebanus, presb. Card. tt. S. Cæciliæ.
XYSTVS Gara de Ruere, Lucenſis, Archiepiſc. Beneuentanus, presb. Card. S. Petri ad Vincula in tt. Eudoxia S. R. E. Vicecancellarius.
CHRISTOPHORVS . . . Anglus, Archiepiſc. Eboracenſis, presb. Card. in tt. S. Praxedis.
ANTONIVS de Monte Sancti Sabini, Archiepiſcopus Sypontinus, Aretinus Tuſcus, presb. Card. tt. S. Vitalis.
PETRVS de Acoltis Aretinus, Epiſc. Anconitanus, presb. Card. tt. S. Euſebij.
ACHILLES de Craſsis Bononienſis, Epiſc. Bononienſis, presb. Card. tt. S. Xyſti.
BENDINELLVS Saulius Genueñ. Epiſc. Hieracenſis, presb. Card. in tt. S. Sabinæ.

CARDINALES DIACONI VI.

INNOCENTIVS PP. VIII.

IOANNES Medices Florentinus, Diac. Card. S. Mariæ in Dominica S. R. E. Archidiaconus.

ALEXANDER PP. VI.

ALEXANDER de Farneſio Romanus, Diac. Card. S. Euſtachij, iuxtà Templum Agrippæ.
LVDOVICVS de Arragonia Neapolitanus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia.
MARCVS Cornelius Venetus, Diac. Card. S. Mariæ in Via lata, electus Epiſc. Veronenſis.

IVLIVS PP. II.

SIGISMVNDVS Gonzaga ciuis & electus, Epiſc. Mantuanus, Diac Card. S. Mariæ nouæ.
ALPHONSVS Petruccius Senenſis, electus Epiſc. Maſſanus, Diac. Card. S. Theodori.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES.

ALEXANDER PP. VI.

PHILIPPVS de Lucemburgo Gallus, Epiſc. Cœnomanenſis, Epiſc. Card. Tuſculanenſis.

Ii 2 IVLIVS

IVLIVS PP. II.

FRANCISCVS Guilielmus de Claromonte Gallus, Archiepiſc. Narbonenſis, presb. Card. tt. S. Stephani Prothomartyris in Cœlio monte, uulgò de Auus.

FRATER Franciſcus de Symones Cyſneros Hiſpanus, ordinis Fratrum Minorum de obſeruantia, Archiepiſcopus Toletanus, presb. Card. in tt. S. Chriſti Virginis Balbinæ.

MATTHAEVS Heluetius, Epiſc. Sedunenſis, presb. Card S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

ALEXANDER PP. VI.

HYPPOLITVS Eſtenſis Ferrarienſis, electus Archiep. Agrieñ. Diac. Card. S. Luciæ in Silice.

AMANAEVS de Albretto Gallus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

IVLIVS PP. II.

MATTHAEVS Langus Germanus, electus Gurceñ. & Coadiutor Saltzburgenſis, Diaconus Card. S. Angeli.

CARDINALES SVNT NVMERO XXXI. ET ALII IIII.

PRIVATI, IDEST.

BERNARDINVS Caruaial Hiſpanus, olim Epiſc. Card. S. Crucis.

GVLIELMVS Briſſonetta Gallus Epiſc. Maclonienſis, olim Epiſc. Card. Prænestinus.

RENATVS de Bria Bituricenſis Gallus, Epiſc. Baiocenſis, olim presb. Card. in tt. S. . . &

FRIDERICVS Sanſeuerinus Mediolanenſis, olim Diac. Card. S. Angeli in Piſcina.

QVI OMNES SVNT NVM. XXXV.

CORONATIO PP. LEONIS X.

Anno Chriſti ↀↀXIII. Pontificatus PP. Leonis X. anno primo, die Sabbati XIIII. Cal. Aprilis PP. Leo X. quùm prius per D. Cardinalem Oſtienſem, in presbyterum & Epiſcopum conſecratus eſſet, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit in Gradibus, more maiorum, Baſilicæ S. Petri per Alexandrum Farneſium S. R. E. Diaconum Cardinalem S. Euſtachij & Archidiaconi S R. E. Vice agentem, adſtantibus Cardinalibus, Epiſcopis, Clero, & Populo.

CARDINALES A PP. IVLIO II. PRIVATI, ET A LEONE PP. X. RESTITVTI.

Anno Chriſti ↀↀXIII. Pontificatus PP. Leonis, anno primo die V. Calendas Iulij.

BERNARDINVS Caruaial Hiſpanus, Epiſc. Card. S. Crucis, Epiſc. Card. Sabinus.

GVILIELMVS Briſſonetta Gallus, Epiſc. Maclonienſis, Epiſc. Card. Præneſtinus.

RENATVS de Bria Bituricenſis Gallus, Epiſc. Baiocenſis, presb. Card. in tt. ſanct. . . . . &

FRIDERICVS de Sancto Seuerino Mediolanenſis, Diac. Card. S. Theodori. Qui à PP. Iulio II. crimine Læſæ Maieſtatis priuati fuerant omnibus dignitatibus, in ſecreto Conſiſtorio à Leone X. Pontifice Maximo in integrum ſunt reſtituti.

PRIMA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſtiani Natalis ↀↀXIII. Pontificatus PP. Leonis X. anno primo, Romæ die IX. Cal. Octobris PP. Leo fecit primam Cardinalium ordinationem, qua unum presbyterũ, & tres Diacones creauit. hi fuerunt.

1 LAVRENTIVS Paccius Florẽtinus, Prothonotarius Apoſtolicus, & Datarius PP. Leonis X. presb. Card. tt. SS. quatuor coronatorum.

2 IVLIVS Medices, PP. Leonis X. Frater patruelis, Florentinus, electus Archiepiſcopus Florentin. Diac. Card. S. Mariæ in Dominica, poſteà PP. Clemens VII. factus.


3 BERNARDVS Tarlatus, aliàs Diuitius, ex oppido Bibina, Diœceſis Florentinæ, Prothonotarius Apoſtolicus, & Generalis Theſaurarius, Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

4 INNOCENTIVS Cibo Genuenſis, ſororis PP. Leonis Magdalenæ filius, Prothonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. SS. Martyrum Coſmæ & Damiani.

SECVNDA

Digitized by Google

III.



IIII.



SECVNDA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis CIↃDXV. Pontificatus Leonis X. Pontificis Maximi, anno tertio, Romæ die VII. Idus Septembris PP. Leo X. fecit ſecundam Cardinalium ordinationẽ, qua unum tantum Cardinalem presbyterum creauit, is fuit

5 THOMAS VVlcer Britannus ex oppido Sufforth, Diœceſis Noruicenſis, Lanij filius, Archiepiſcopus Eboracenſis, presb. Card. in tt. S. Cæciliæ. Fex, & ſcandalum generis humani.

V.



TERTIA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis CIↃDXV. Pontificatus PP. Leonis X. anno tertio, Bononiæ die Veneris XIX. Cal. Ianuarij Leo X. Pontifex Maximus, fecit tertiam Cardinalium ordinationem, qua unum Cardinalem presbyterum tantum creauit, is fuit

6 HADRIANVS Guffer, aliàs Boyſiuius Gallus, Epiſc. Conſtantienſis, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.

VI.



QVARTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis cIↃDxvii. Pontificatus Leonis X. Pontificis Maximi, anno quinto, Romæ die Calend. Aprilis pp. Leo X. fecit quartam Cardinalium ordinationẽ qua duos Cardinales, alterum presbyterum, alterum Diaconem creauit, qui fuerunt.


7 Antonivs de Prato, Gallus, Monachus ordinis Sancti Benedicti Abbas Fiſcanenſis in Nortmandia, Archiepiſcopus Bitunicenſis, presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ diſpenſatus de habitu.

8 Gvilielmvs Iacobus Croy, ciuis & electus Episc. Cameracenſis, Belga, aliàs Flander, Diac. Card. S. Mariæ in Aquino, & paulò poſt, Archiepiſcopus Toletanus.

VII.



VIII.



QVINTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis cIↃDxvii. Pontificatus Leonis X. Pontificis Maximi anno quinto, Romæ die Calendarum Iulij pp. Leo X. fecit quintam, quæ omnium, quæ unquàm fuerunt, maxima fuit, Cardinalium ordinationem, qua ſimul unum & triginta Card. creauit, duos & uiginti presbyteros, & nouem Diacones, quorum nomina hæc ſunt.

CARDINALES PRESBYTERI XXII.

9 Franciscvs de Comitibus Domicellus Romanus, Archiepiſcopus Conſanus, presb. Card. tt. S. Vitalis.

10 Ioannes Picolomineus, ciuis & Archiepiſcopus Senenſis, presb. Card. tt. S. Balbinæ.

11 Ioannes Dominicus de Cuppis Romanus, Archiepiſcopus Tranenſis, presb. Card. tt. S. Ioannis ante portam Latinam.

12 Nicolavs Pandolphinus, aliàs de Caponibus, Florẽtinus, Epiſcopus Piſtoneñ. presb. Card. tt. S. Cæſarij in Palatio.

13 Raphael Petruccius Senenſis, Epiſc. Groſſetanus, Molis Hadrianæ Præfectus, presb. Card. tt. S. Suſannæ.

14 Andreas de Valle Romanus, Epiſc. Melitenſis, presb. Card. tt. S. Agnetis in Agone.

15 Bonifacivs Ferrerius Vercelleñ. Epiſc. Eporedieñ. presb. Card. tt. SS. Nerei & Achil.

16 Ioannes Baptiſta Pallauicinus Genuenſis, Epiſcopus Cauillacenſis, presb. Card. tt. S. Apollinaris.

17 Pompeivs Columna Domicellus Romanus, Epiſcopus Reatinus Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum.

18 Scaramvccia Triuulcius Mediolanenſis, Epiſcopus Comenſis, presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

19 Dominicvs Iacobatius Romanus, Epiſcopus Nucerinus, presb. Card. tt. S. Laurentij in Paniſperna.

20 Lavrentivs Campegius, ciuis & Epiſcopus Bononienſis, presb. Card. tt. S. Thomæ in Parione.

21 Lvdovicvs de Borbonio Gallus, Epiſc. Laudunenſis, presb. Card. tt. S. Siluestri.

22 Hadrianvs Florentius Traiectenſis Belga, uulgò Brabantinus Germanus, Epiſc. Dertuſenſis, presb. Card. SS. Ioannis & Pauli tt. Pammachij, poſt pp. Hadrianus VI.

23 Ferdinandvs Ponzettus Florentinus, Epiſc. Melſitenſis, presb. Card. tt. S. Pancratij.

Digitized by Google

24 Aloysivs de Rubeis Florentinus, Prothonotarius Apoſtol. presb. Card. tt. S. Clemẽtis.

25 Franciscvs Armellinus Medices Peruſinus, Epiſc. . . . Prothonotarius Apoſtolicus, presb. Card. in tt. S. Calliſti.

26 Magister Frater Thomas de, Via Caietanus, ordinis Fratrum Prædicatorum Magiſter Generalis, Epiſc. . . . presb. Card. tt. S. pp. Xyſti.

27 Magister Frater Chriſtophorus Numanus Foroiulienſis, Generalis Miniſter ordinis Fratrum Minorum de obſeruantia, presb. Card. tt. S. Bartholomei in Inſula.

28 Magister Frater Egidius Viterbienſis, ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Prior Generalis, presb. Card. tt. S. Euangeliſtæ Matthæi.


29 Gvilielmvs Raymundus Vicus, Prothonotarius Apoſtolicus Hiſpanus, presbyter Card. tt. S. Marcelli.

30 Silvivs Paſſerenus Cortonenſis, Datarius & Prothonotarius Apoſtolicus, presbyter Card. tt. S. Laurentij in Lucina.

IX.




X.



XI.



XII.



XIII.




XIIII.




XV.



XVI.



XVII.




CARDINALES

Digitized by Google

XVIII.



XIX.




XX.



XXI.



XXII.




XXIII.



XXIIII.



XXV.



XXVI.



XXVII.



XXVIII.



XXIX.



XXX.



CARDINALES DIACONI IX.

31 FRANCIOTTVS Vrſinus, Domicellus Romanus, Prothonotarius Apoſtolicus, Diaconus Card. S. Georgij in Velabro.

32 PAVLVS de Cæſis Romanus, Prothonotarius Apoſtolicus, & Regens Cancellariæ Apoſtolicæ, Diac. Card. S. Nicolai inter imagines.

33 ALEXANDER Cæſarinus Romanus, Prothonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. tt. SS. Sergij, Bacchi, Marcelli & Apulei.

34 IOANNES Saluiatus Florentinus, Prothonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. tt. SS. Coſmę & Damiani.

35 NICOLAVS Rodulphus Florentinus, Prothonotarius Apoſtolicus, Diac.. Card. SS. Viti & Modeſti.

36 HERCVLES Comes de Rangonibus Mutinenſis, Prothonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Agathæ.

37 AVGVSTINVS Triuulcius Modiolanenſis, Diac. Card. S. Hadriani martyris.


38 FRANCISCVS Piſanus Venetus, electus Epiſc. Patauinus, Prothonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Theodori.

39 ALPHONSVS infans Portugallię Hiſpanus, electus Epiſc. Zagitanus, Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio.

XXXI.



XXXII.



XXXIII.



SEXTA

XXXIIII.




XXXV.



XXXVI.




XXXVII.



XXXVIII.



XXXIX.



SEXTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀDXIIX. Pontificatus Leonis X. Pōtificis Maximi, anno ſexto, Romę die Mercurij IX. Calendas Aprilis PP. Leo decimus fecit ſextam Cardinalium ordinationem, qua unum tantum Cardinalem presbyterum creauit, is fuit

40 ALBERTVS ex Marchionibus Brandeburgenſibus Germanus, Archiepiſcopus Moguntinus, unus ex Imperij Electoribus, presb. Card. tt. S. Chryſogoni, & paulò poſt S. Petri ad Vincula.

XL.



SEPTIMA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀDXIIX. Pontificatus Leonis X. Pontificis Maximi, anno ſexto, Romæ die Veneris V. Calend. Iunij PP. Leo X. fecit ſeptimam Cardinalium ordinationem, qua creauit unum Cardinalem Diaconum tantum, is fuit.

41 IOANNES Lotharingus, electus Epiſc. Metenſis Gallus, Diac. Card. S. Onophrij.

OCTAVA

LXI.



OCTAVA CARDINALIVM ORDINATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞Ↄxxi. Pontificatus Leonis PP.X. anno nono, Romæ die Veneris V. Idus Auguſti Leo X. Pontifex Maximus fecit octauam Cardinalium ordinationem, qua unum tantum Cardinalem presbyterum creauit, is fuit

42 HERARDVS de Marcha Germanus, Epiſc. Leodienſis, & Archiepiſcopus Valentinus, presb. Card. in tt. S. Chriſti martyris Chryſogoni.

XLII.



CARDINALES EPISCOPI A PP. LEONE X. CREATI IIII.

FRANCISCVS Remolinus Valentinus Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Marcelli, factus Epiſc. Card. Albanenſis.

NICOLAVS de Fliſco Genuenſis, Archiepiſcopus Rauennas, presb. Card. tt. S. Priſcæ, factus Epiſc. Card. Albanus Sabinus, poſt Portuenſis Oſtienſis & Decanus.

ALEXANDER de Farneſio Romanus, Diac. Card. S. Euſtachij, factus Epiſc. Card. Tuſculanus Præneſtinus, Sabinus, Portuenſis, Oſtienſis Decanus.

ANTONIVS de Mõte Sancti Sabini Aretinus, presb. Card. tt. S. Praxedis, factus Epiſcopus Card. Albanus.

EPILOGVS CARDINALIVM PP. LEONIS X.

Papa Leo X. octo ordinationibus, Menſibus Martio, Aprili, Iunio, Iulio, Auguſto, Septẽbri & Decẽbri factus, duos & quadraginta Cardinales creauit, presb. XXIIX. Diac. XIIII. & ex antiquis Cardinalibus, Epiſcopos quatuor.

OBITVS PP. LEONIS X.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞Ↄxxi. die Calendarum Decembris PP. Leo X. Villa Mantiana, Diœceſis Portuenſis, mortuus eſt die Dominico hora prima noctis. Cadauer eius Romam relatum, in Baſilica principis Apoſtolorum primò, mox ad Eccleſiam S. Mariæ ſu-

per

per Mineruam tranſlatum, marmoreo Mauſoleo conditum eſt, Pontificatus ſui anno nono. Quo mortuo uacauit ſedes Romana menſem unum & dies VII.

EXEQVIAE PP. LEONIS X.

Eodem anno, die . . . Decembris fuerunt cœptæ celebrari Exequię ſiue Nouemdialia PP. Leonis X. in Baſilica principis Apoſtolorũ à Cardinalibus more maiorũ nouẽ diebus.

INTROITVS CONCLAVIS, QVO PP. HADRIANVS VI. CREAATVS EST.

Eodem anno die . . . Decemb. finitis exequiis, & Miſſa de Spiritu Sancto per Dominum Oſtienſem, Decanum cantata Card. numero XXXIX. Conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico Palatio S. Petri pro electione noui futuri ſummi Pontificis, qui cum inter ſe concordare non poſſent, tandem poſt multas diſceptationes & controuerſias, die Iouis V. Idus Ianuarii XXX. . . . introitus Conclauis, Vacantis uero ſedis XXXIX. in ſummũ Pontificẽ & uniuerſalem Papam elegerunt Hadrianum Florentii ex Traiecto ulterioris Germaniæ ciuitate humili genere ortum Belgam in Batauis, ſeu ut nunc dicitur Brabantinum, Epiſc. Dertuſenſem, Cardinalem presbyterum tt. SS. Ioannis & Pauli, abſentem. In Hiſpaniis enim Proregem agebat. Imp. Cæſaris CAROLI V. Auguſti, cuius in pueritia præceptor fuerat, qui decreto electionis accepto, ac approbato prius nomen retinuit, ſeque Hadrianum Papam II. appellari uoluit. De quo uide in alia pagina.

CARDINALES MORTVI SVB PONTIFICATV PP. LEONIS X.

Anno Dominicæ Natiuitatis CIↃIↃXIII. Pontificatus PP. Leonis X. anno primò, die V. Idus Nouemb. Robertus Brito, Epiſc. Redoneñ. poſt Nanneteñ. Francorum Regis Orator, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ, Romæ mortuus eſt ſepultus in Eccleſia S. Iuonis Britonum.

Anno Dominicæ Natiuitatis CIↃIↃXIIII. Pontificatus PP. Leonis X. anno ſecundo, die pridie Iulii, Chriſtophorus . . . Anglicus, Archiepiſcopus Eboracenſis, presb. Card. in tt. S. Praxedis Orator Regis Francorum & Anglorum Henrici VII. ad Papam Iulium II. Romæ mortuus eſt, ab irato familiari Mutinenſi ueneno necatus. Sepultus in Eccleſia hoſpitalis Anglorum.

Eodem anno, die XIX. Cal. Septemb. Carolus de Caretto, Comes Finarij Genueñ. s Ligur, Archiepiſcopus Thebanus, Epiſcopus Turonenſis & Caturcenſis, presb. Card. in tt. S. Cæciliæ, Romæ mortuus eſt cadauer ſepultum in tt. ſuo S. Cæciliæ.

Anno Dominicæ Natiuitatis CIↃIↃXV. Pontificatus Leonis decimi Pontificis Maximi, anno ſecundo, die . . . Ianuarij. Guilielmus Briſſonetta Narbonenſis, Gallus, Epiſcopus Macloulenſis, & Archiepiſcopus Narbonenſis, presb. Card. S. Pudentianę tt. Paſtoris Epiſc. Card. Albanenſis, Tuſculanus, & Pręneſtinus, olim à PP. Iulio II. priuatus Cardinalatu & à Leone X. Pontifice Maximo reſtitutus, Narbone in patria ſua mortuus eſt, à morbo Gallico ſuffocatus. Eiuſque cadauer ibidem ſepultum eſt in Eccleſia ſanct. . . .

Anno Dominicæ Natiuitatis CIↃIↃXVI. Pontificatus Leonis X. Pontificis Maximi, anno quarto, die XV. Calend. Iulij. Frater Marcus Vogerius, Sauonenſis Ligur, ordinis Fratrum Minorum, olim PP. Xyſti in minoribus Seruitor, Epiſc. Senogallienſis, presb. Card. S. Marię Tranſtyberim tt. Calliſti, poſt Epiſc. Card. Reatinus & Pręneſtinus, Romę mortuus eſt. Cuius cadauer in Eccleſia S. Mariæ Tranſtyberim ſepultum eſt.

Eodem anno, VII. Idus Auguſti. Fridericus Sanſeuerinus Mediolanenſis, electus Maleacenſis, Diac. Card. S. Theodori, poſt S. Angeli, à PP. Iulio II. olim Cardinalatu priuatus à Leone X. Pont. Maximo reſtitutus, Romæ mortuus eſt. Sepultus in Eccleſia ſanct. . . .

Eodem anno, die . . . Auguſti Renatus de Bria Bituriceñ. Gallus, Epiſc. Baioceñ. poſt Lemonicenſis, presb. Card. tt. ſanct. . . . Obijt in Gallia, ibique ſepultus.

Anno Dominicæ Natiuitatis CIↃIↃXVII. Pontificatus Leonis X. Pont. Max. anno IIII. die VIII. Idus Martij, Xyſtus Gara Lucenſis, Luchinę ſororis PP. Iulij II. ex altero Marito filius Galeotti Franciotti ex matre Frater, donatus à PP. Iulio inſignibus & cognomine Rucreo, ex priore Vrbis, ordinis Militum S. Ioannis Hieroſolymitani, presb. Card. in tt. S. Petri ad Vincula, Archiepiſc. Beneuentanus, Epiſc. Lucenſis & Patauinus ac S. R. E. Viceccancellarius, Romæ mortuus eſt. Eius cadauer in tt. ſuo Sancti Petri ad Vincula ante aram maximam ſepultum eſt in terra.

Eodem anno, Idibus Martij, Iacobus Serra Valentinus Hiſpanus, Epiſc. Arboneñ. poſt Calaguritanus, presb. Card. in tt. S. Clementis, Apoſtolicæ ſedis de latere Peruſij & Vmbriæ Legatus Epiſc. Albanenſis & Præneſtinus, Romæ mortuus eſt. Cuius cadauer in Eccleſia S. Iacobi Hiſpaniarum in Sacello ſuo ſepultum eſt.

Eodem

Eodem anno, die X. Cal. Iulij in Conſiſtorio ſuo PP. Leo X. Cardinalatu & omnibus dignitatibus priuauit Raphaëlem Riarium, Epiſc. Oſtieñ. & Camerarium, Bendinellum Saulium Genuenſem, presbyterum Card. tt. S. Sabinæ. Et Alphonſum Petruccium Senenſem, Diac. S. Theodori. Ex quibus Oſtieñ. ex Cal. Iulij S. Sabinæ Saulius, pridie Cal. Iulii reſtitute fuerunt redditis omnibus, quibus priuati fuerāt, dignitatibus, die uero pridie Nonas Iulii, eius iuſſu Alphonſus Petruccius Senenſis, Pandulphi Petruccii Seneñ. tyranni filius, electus Epiſc. Maſſanus, Diac. Card. S. Theodori, ab Orlando Æthiope in Mole Hadriani, eliſis faucibus necatus eſt. Et cadauer in Campo ſancto ſepultum.

Anno Chriſtianæ ſalutis ꝏDXVIII. Pontificatus PP. Leonis X. anno V. die Veneris V. Idus Ianuarij. Frater Franciſcus Symenes, ex oppido Ciſneros, Diœceſis Palentinæ, ordinis Minorum de obſeruantia, Capellanus maior Regis Hiſpaniarum, & Archiepiſcopus Toletanus, presb. Card. tt. S. Balbinæ. Obiit in Hiſpania in Aranda octuogenario maior. Eius cadauer ibidem ſepultum eſt in Eccleſia ſanct. . . .

Eodem anno, die Veneris nonis Februarii. Franciſcus Remolinus Valentinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Surrentinus & Panormitanus, olim uxoratus, profeſſus in Gymnaſio Piſano, & uiuente uxore factus Card. presb. tt. SS. Ioan. & Pauli, poſt tt. S. Marcelli demum, Epiſcopus Card. Albanus, obiit Romæ, ſepultus in ſanctę Marię maioris Baſilica, cuius erat Archipresbyter.

Eodem anno die III. Nonas Iulii. Hadrianus Caſtellēſis Cornetanus, Nuncius in Anglia, Epiſc Elfordienſis, poſt Bathonienſis, Alexandri VI. PP. ſecretarius, presb. Card. tt. S Chryſogoni, qui ueritus PP. Leonis uim, quòd facinoris Petrucciani conſcius eſſet, anno ſuperiore fugerat Cardinalatu, & omnibus dignitatibus priuatus eſt. Nec amplius uiſus in terris fuit.

Eodem anno, die . . . Octobris Nicolaus Pandolphinus, aliàs de Capponibus. Florentinus, Epiſ. Piſtorieñ. presb. Card. tt. S. Cęſarij in Palatio. Piſtorii mortuus eſt, ibidē ſepultus.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏDXIX. Pontificatus Leonis X. Pontificis Maximi, anno ſexto, die XII. Cal. Februarii. Ludouicus de Arragonia Neapolitanus Regio ſanguine Regum Arragonum ortus, Epiſc. Auerſanus, Diac. Card. S. Mariæ in Aquino, poſt S. Mariæ in Coſmedia. legatus pro Apoſtolica ſede Marchiæ Anconitanæ. Romæ mortuus eſt hora noctis, tertia cadauer in Baſilica S. Mariæ ſuper Mineruam ſepultum eſt.

Eodem anno Dominicæ Natiuitatis Pontificatus uero PP. Leonis X. anno VII. die . . . Iunij. Philippus de Lucemburgo, Gallus, Epiſc. Cœnomanenſis & Morinenſis, presb. Card. in tt. SS. Petri & Marcellini, poſt Epiſc. Card. Albanus, & Tuſculanus regia Francorum regum ſtirpe oriundus, obijt in partibus ſuis, ibidem cadauer ſepultum.

Anno eodem, die Sabbati, tertiodecimo Cal. Auguſti Aloyſius Rubeus Florētinus, Prothonotarius Apoſtolicus, presb. Car. in tt. S. Clementis, Leonis X. Pontificis Maximi amitinus, Romæ mortuus eſt. Eius cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ꝏDXX. Pontificatus Leonis X. Pontificis Maximi, anno octauo, die . . . Septembris Hyppolitus Eſtenſis Ferrarienſis, filius & frater Ducum Ferrariæ, electus Epiſc. Ferrarieñ. & Mutinenſis, Archiepiſcopus Strigonienſis, Agrienſis, Mediolanēſis & Capuanus, Diac. Card. S. Luciæ in Silice, Ferrariæ mortuus eſt, cadauer in Cathedrali Eccleſia ſepultum.

Eodem anno, die X. Cal. Octobris. Leonardus Groſſus de Ruere SS. Xyſti PP. IIII. ex ſorore nepos Iulij II. Pontificis Maximi Amitinus, Epiſc. Agenneñ. presb. Card. tt. SS. Gabinij & Suſannæ ad duas domos, poſt S. Petri ad Vincula tt. Eudoxiæ, Maior Pœnitentiarius, Legatus Vrbis Romæ ſub PP. Iulio II. quando contra Bentiuolos Bononiam profectus eſt, Romæ mortuus eſt: cadauer ſepultum in Baſilica S. Mariæ maioris.

Eodem anno, die V. Idus Nouembris. Bernardus Tarlatus, aliàs Diuitius ex Caſtro Bibienna, Florentinę Diocœſis, Prothonotarius Apoſtolicus, & Leonis X. Pontificis Maximi Generalis Theſaurarius, Diac. Card. S. Marię in Porticu, Epiſc. Conſtantienſis, Legatus pro ſede Apoſtolica ſub Leone PP. X. Vmbriæ & Peruſij, ad regem Francorum, & in Caſtris Pontificijs contra Ducem Vrbini, Romæ mortuus eſt. Cadauer ſepultum in S. Mariæ de Capitolio, aliàs Aracœli.

Eodem anno, die IIII. Idus Decembris Amaneus de Alibretto Gallus regio Francorum regum genere ex matre oriundus, frater regis Nauarræ, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, Epiſc. Appamiarum & Pampilonenſis. Mortuus eſt in Caſtro Belgiogioſo Vaſſateñ. Diœceſis. Eius cadauer ibidem ſepultum eſt.

Digitized by Google

Anno Chriſti ꝏDXXI. Pontificatus Domini noſtri Leonis X. Pont. Max. anno VIII. die . . . Ianuarij. Guilielmus Iacobus Croy Cameracenſis Belga Gallus, electus Epiſc. Cameracenſis, poſt Archiepiſc. Toletanus, Diac. Card. S. Mariæ in Aquino. Obijt VVormaciæ in Germania. Cadauer tranſlatum in oppido Croy familiæ ſuæ, ibique ſepultum.

Eodem anno Dominicæ Natiuitatis, Põtificatus uero PP. Leonis X. anno nono, die lunæ III. Nonas Iunij. Franciſcus Comes Romanus, Archiepiſc. Conſanus, presb. Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ, obijt Tureggii Veletrenſis Diœceſis, ibique ſepultus.

Eodem anno, die . . . Antonius Gallus Monachus, ordinis S. Benedicti Abbas Fiſcanenſis in Normandia, diſpenſatus de habitu, Archiepiſcopus Bituricenſis, presb. Card. in tt. S. Anaſtaſiæ, Mortuus eſt Bituricis, ibique in cathedrali ſepultus.

Eodem anno, die Nonarũ Iulii. Dominicus Raphael Riarius Sauonenſis, Prothonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro S. R. E. Camerarius. Legat. de latere Apoſtolicæ ſedis ſub Xyſto IIII. Peruſii & Marchiæ Anconitanæ ſimul nouo more, poſt Epiſc. Card. Albanenſis, Sabinenſis, Portuenſis & S. Rufinæ, Oſtienſis & Veletrenſis, ac Decanus Collegii Cardinalium, Epiſc. Conchenſis in Hiſpaniis, & ob multas commendas ditiſsimus, aliquãdo à PP. Leone X. omnibus dignitatibus priuatus & reſtitutus. Mortuus eſt Neapoli, cadauer Romam relatum in templo S. Laurentij in Damaſo, ubi magnificentiſsimum Palatium conſtruxit, ſepultum eſt.

Bendinellvs Saulius Genuenſis, electus Hieracẽſis, Diac. Card. S. Hadriani, mox presb. Card. in tt. S. Sabinæ, aliquando à PP. Leone X. priuatus & reſtitutus, mortuus eſt ſub eiuſdem Pontificatu, cadauer ſepultum in tt. S. Sabinæ.

OMNES SVNT NVMERO XXVII.

HADRIANVS PP. VI. ANNO ꝏDXXI.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. HADRIANVS VI. PONT. MAX. TRAIECTENSIS. Hadrianus, Florentij filius, infimo genere ortus, cuius pater Florentius textrinam Pannorum fertur exercuiſſe, natione Batauus, ſeu ut nunc dicitur Hollandus, in Belgis ortus, patria Traiectenſis, quæ ulterioris Germaniæ ciuitas eſt. Hic ab ineunte ætate Louanium ad artes liberales ediſcendas proficiſcens, in quodam collegio receptus eſt, ubi breui adeò profecit, ut & uitæ integritate & ſcientiarũ multiplici cognitione facile inter omnes primas obtineret. Cuius uirtutum fama, quùm ad Imp. Maximiliani aures perueniſſet, eum Carolo nepoti, nunc Auguſto præceptorem dedit. Cuius opera poſtmodum primò, Epiſc. Dertuſenſis in Hiſpanijs, poſt presbyter Card. tt. SS. Ioãnis & Pauli, à Leone PP. X in quinta ſua Cardinalium ordinatione cũ alijs XXX. creatus eſt. Quo poſtea mortuo poſt diutinam Card. diſceptationem inter ſe concordare de Leonis X. ſucceſſore non ualentium, præter omnium expectationem V. Idus Ianuarij XXXIX. Vacantis ſedis die XXXIX. Cardinalium ſuffragijs abſens (in Hiſpanijs enim cum Imperio agebat pro Imp. Carolo Aug.) Pont. Max. electus eſt. Sedit autem in ſacratiſsima ſede Beati Petri annum I. menſes VIII. & dies VI.

CARDINALES

Digitized by Google

CARDINALES QVI CONCLAVI, QVO HADRIANVS PP. VI. FACTVS EST, INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI VI.

ALEXANDER PP. VI.

BERNARDINVS Caruaial Hiſpanus, Patriarcha Hieroſolymitanus & Oſtienſis, Decanu Epiſc. Card. S. Crucis.

DOMINICVS Grimanus Venetus, Patriarcha Aquilegienſis, Epiſc. Card. Portuenſis.

FRANCISCVS Soderinus Florentinus, Epiſ. Volaterranus, Epiſ. Card. Prænestinus.

NICOLAVS de Fliſco Genuenſis, Archiepiſ. Rauennas, Epiſc. Card. Sabinenſis.

ALEXANDER de Farneſio Romanus, Epiſc. Parmenſis, Epiſc. Card. Tuſculanus.

IVLIVS PP. II.

ANTONIVS de Monte. S. Sabini Aretinus Tuſcus, Epiſc. Card. Albanenſis.

CARDINALES PRESBYTERI XXII.

IVLIVS PP. II.

MATTHAEVS . . . . . Heluetius, Epiſc. Sedunenſis, presb. Card. tt. S. Pudentianæ.

PETRVS de Accoltis Aretinus, Epiſc. Anconitanus, presb. Card. tt. S. Euſebij.

ACHILLES de Craſsis ciuis & Epiſc. Bononienſis, presb. Card. tt. S. Mariæ Tranſtyberim.

LEO PP. X.

LAVRENTIVS Puccius Florentinus, Epiſc. Piſtorienſis. tt. SS. IIII. Coronatorum, maior Pœnitentiarius.

IVLIANVS Medices ciuis & electus, Archiep. Florẽtinus tt. S. Laurẽtij in Damaſo Vicecan.

IOANNES Picolomineus, ciuis & Archiepiſc. Senenſis, presb. Card. tt. S. Balbinæ.

IOANNES Dominicus de Cuppis Romanus, Archiepiſcopus Tranenſis tt. S. Ioannis ante portam Latinam.

RAPHAEL Petrucius Senenſis. Epiſ. Groſſetanus, presb. Card. tt. SS. Gabinii & Suſannæ.

ANDREAS de Valle Romanus, Epiſc. Militenſis, presb. Card. tt. SS. Aquilæ & Priſcæ.

BONIFACIVS Ferrerius Vercellenſis, Epiſ Eporedieñ. presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.

IOANNES Baptiſta Palauicinus Genueñ. Epiſc. Cauillacẽſis, presb. Car. in tt. S. Apollinaris.

SCARAMVCCIA Triuulcius Mediolaneñ. Epiſ. Comeñ. presb. Car. tt. S. Cyriaci in Thermis

POMPEIVS Columna Domicellus Romanus, Epiſ. Reatinus, presb. Card. tt. S. Clementis.

DOMINICVS Iacobatius Romanus Epiſ. Nucerinus, presb. Card. tt. S. Clementis.

LAVRENTIVS Campegius Bononienſis, Epiſc. Feltrenſis, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

FERDINANDVS Ponzettus Florentinus, Epiſc. Melfiteñ. presb. Card. tt. S. Pancratij.

GVILIELMVS Raimundus de Vicus Valentinus Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Marcelli.

SYLVIVS Paſſerinus Cortonenſis, presb. Card. tt. S. Laurentji in Lucina.

FRANCISCVS Armelinus Peruſinus, presb. Card. tt. S. Calliſti, Camerarius.

FRATER Thomas de Vio, Caietanus, ordinis Prædicatorum, Archiep. Salernitanus, presb. Card. tt. S. Xyſti.

FRATER Chriſtophorus Humanus, ordinis minorũ, Archiepiſc. . . . . præsb. Card. tt. S. Mariæ de Aracœli.

FRATER Egidius Viterbieñ. ordinis Eremitarũ, Epiſ. Viterbieñ. presb. Card. tt. S. Matthæi.

CARDINALES DIACONI XI.

ALEXANDER PP. VI.

MARCVS Cornelius Venetus, Diac. Card. S. Mariæ in Via lata, S. R. E. Archidiaconus.

IVLIVS PP. II.

SIGISMVNDVS Gonzaga, ciuis & electus Epiſc. Mantuanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

LEO PP. X.

INNOCENTIVS Cibo Genuenſis, Diac. Card. S. Mariȩ uirginis in Dominica.

FRANCIOTTVS Vrſinus Romanus Domicellus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia.

Digitized by Google

PAVLVS de Cæſis Romanus, Diac. Card. S. Euſtachij iuxta templi Agrippæ.
ALEXANDER Cæſarinus Romanus, Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.
IOANNES Saluiatus Florentinus, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
NICOLAVS Rodulphus Florentinus, Diac. Card. SS. Viti & Modeſti in Macello.
HERCVLES Comes de Rangonibus Mutinenſis, Diac. Card. S. Agathæ in Saburra.
AVGVSTINVS Triuulcius Mediolanenſis, Diac. Card. S. Chriſti martyris Hadriani.
FRANCISCVS de Piſanis Venetus electus, Episc. Patauinus, Diac. Card. S. Theodori.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES IX.

ALEXANDER PP. VI.

THOMAS Herdouth Hungarus, Archiepiſc. Strigonienſis. S. R. E. Archipresbyter. tt. S. Martini in Montibus.

IVLIVS PP. II.

FRANCISCVS Guilielmus de Claromonte Gallus, Epiſc. Auxitanus, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
MATTHAEVS Langus Saltzburgenſis Germanus, præsb. Card. tt. S. Angeli.

LEO PP. X.

HADRIANVS Boiſiuius, Epiſc. Cōſtantiēſis, Gallus, presb. Car. tt. SS. Petri & Marcellini.
HADRIANVS Florentii Traiectē. Germanus, Epiſ. Dertuſcē. presb. Car. tt. SS. Io. & Pauli.
LVDOVICVS de Borbonio Gallus, Epiſc. Laudonienſis, presbyter Card. tt. S. Siluestri, in Campo Martio.
ALBERTVS Brādiburgē. Germanus, Archiep. Mogūtinus, presb. Car. tt S. Petri ad Vinc.
HERARDVS de Marcha, Epiſc. Leodienſis Germanus, presb. Card. tt. S. Chryſogoni.

OMNES SVNT NVMERO XLIIX.

INGRESSVS PP. HADRIANI VI. IN VRBEM ROMAM.

Anno Chriſtri CIↃDXXII. PP. Hadrianus. VI. in Hiſpaniis agens, Decreto ſuæ electionis accepto atque adprobato, Romanum iter ex Hiſpania per mare adgreſſus eſt, & IIII. Cal. Septembris ad Vrbem Romam uenit, ingreſſus Porta. S. Pauli.

CORONATIO PP. HADRIANI VI.

Eodem anno Pontificatus Papæ Hadriani. VI. anno primo. Die. III. Cal. Septembris altero poſt ingreſſum Vrbis die PP. Hadrianus. VI. in Gradibus Baſilicæ. S. Petri ſuæ Coronationis inſignia ſuſcepit, per Marcum Cornelium Venetum. S. R. E. Archidiaconum infinitum multitudine Clero, P. q;. Ro. adſtantibus.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti CIↃDXXIII. Pōtificatus, anno ſecundo, die Iouis. IIII. Idus Septembris, Romæ PP. Hadrianus. VI. fecit primam unius Card. præsbyteri ordinationem. Qui fuit
GVILIELMVS Enthefort Traiectē. Germanus, Epiſcopus Dertuſenſis, presbiter. Card. tt SS. Io. & Pauli.

OBITVS PP. HADRIANI VI.

Eodem anno die Lunæ. XIIX. Cal. Octobris PP. Hadrianus VI. Romæ mortuus eſt in Palatio Apoſtolico. S. Petri, Pon. an. II. Cadauer eius in Baſilica principis Apoſtolorū ſepultū, mox ad Eccleſiā Theutonicorū tranſlatū eſt. Vacauit eo mortuo ſedes menſ. II. dies. IIII.

EXEQVIAE PP. HADRIANI VI.

Eodem anno die. X. Cal. Octob. fuerunt cœptę celebrari Exequię ſiue Nouemdialia PP. Hadriani. VI. Romæ in Baſilica. S. Petri à Cardinalibus nouem diebus.

INTROITVS CONCLAVIS QVO PP. CLEMENS VII. CREATVS E.

Eodem anno die Iouis. Cal. Octob. finitis Exequijs, & Miſſa de ſpiritu ſancto per Card. Volateranū cātata. Card. num. XXXV. Cōclaue ingreſsi ſunt paratū in Apoſtolico Palatio. S. Petri per electione noui futuri Pont. Quo tēpore tres Card. ex Gallia uenientes cōclaue ingreſsi ſunt Car. numerū ad. XXXVIII. adauxerūt. Qui tandē poſt diutinā in Cōclaui diſceptationem. XIII. Cal. Dec. altero mēſe & die. IIII. Vacātis ſedis, primo uero menſe, die. XIX. ingreſſus Cōclauis elegerūt in PP. Iul. Medicē Ca. Vicec. qui Clemēs PP. VII. appellatus eſt.

Digitized by Google

CARD. MORTVI SVB PONTIFICATV PP. HADRIANI VI.

Anno Chriſti ꝏDXXII. Pontificatus PP. Hadriani. VI. Anno primo Calend. octobris Matthæus Heluetius, Epiſc. Sedunenſis tt. S. Pudentianæ, presb. Card. Obijt Romæ ſepultus ad Eccleſiam Theutonicorum.

Eodem anno, XVI. Cal. Ianuarij Raphael Petruccius Senenſis, Epiſc. Groſſetanus, Molis Hadriani, præf. tt. S. Suſannæ, obijt in Bibiano Diœceſis Seneñ. Legatus in patria ſua, & in Caſtris contra Ducem Vrbini cum Cardinale Bibiena, ſub Leone X. Pontifice Maximo.

Anno Chriſti ꝏDXXIII. Pont. Hadriani VI. anno II. die VI. Cal. Septembris, Dominicus Grimanus, Antonij Ducis Venetorum filius, Venetus, Diac. S. Mariæ in Via lata, poſt presb. tt. S. Marci, deinde Card. Albañ. Tuſculañ. & Portueñ. Obijt Romæ ſepultus in tt. SS. Ioan. & Pauli.

OMNES SVNT NVMERO III.

CLEMENS PP. VII. ANNO ꝏDXXIII.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. CLEMENS VII. PONT. MAXIMVS FLORENTINVS, HETRVSCVS. Iulianus Medices, Iuliani filius, Petri nepos, Miles. S. Ioannis Hieroſolymitani, Leonis PP. X. prædeceſſoris ſui frater patruelis: A quo primo, anno Pontificatus ſui. IX. Calend. Octobris, Anno Chriſti ꝏDXIII cum tribus alijs S.R.E. Diaconus Cardinalis factus fuit S. Mariæ in Dominica. Hic quùm eſſet presbyter Card. tt. S. Laurentii in Damaſo, & S.R.E. Vicecancellarius. Parmæque & Placentiæ Legatus, ab eodem PP. Leone. X factus. Hadriano. VI. Pont. Maximo mortuo, poſt maximam Cardinalium diſcordiam, in noua electione conuenire non ualentium, Tertio uacantis ſedis menſe ineunte, octo & triginta Cardinalium, in Conclaui tunc apud. S. Petrum exiſtentium in Palatio Apoſtolico. XIII. Cal. Decembr. unanimi omnium conſenſu Pont. Maximus & uniuerſalis PP. creatus eſt. Sedit autem in Petri cathedra annos X. Menſes X. & dies VIII.

EORVM CARDINALIVM NOMINA, QVI COMITIIS CLEMENTIS VII. PONT. MAX. INTERFVERE.

CARDINALES EPISCOPI V.

BERNARDINVS Caruaial Hiſpanus, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veletrenſis uulgò Card. ſanctæ Crucis.

FRANCISCVS Soderinus Florentinus, Epiſcop. Volaterranus, Epiſcop. Card. Prænеſtinus.

NICOLAVS Fliſcus Genuenſis, Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

ALEXANDER Farneſius Romanus, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

ANTONIVS de Monte S. Sabini Hetruſcus, Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Eccleſia Portuenſis uacabat per obitum Dominici Grimani Veneti, Epiſcopi Cardinalis Portuenſis.

Digitized by Google

CARDINALES PRESBYTERI XXII.

Franciscvs Guilielmus de Claramonte Gallus, preſb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte uulgò Auxitanus.

Petrvs Accoltus Aretinus, Archiepiſcopus Rauennas, preſb. Card. tt. S. Euſebij uulgo de Ancona appellatus.

Achilles de Craſsis Bononienſis, preſb. Card. tt. S. Mariæ Tranſtyberim, tt. Calliſti, Epiſc. Bononienſis.

Lavrentivs Puccius Florẽtinus tt. SS. quatuor coronatorũ Maior, Pœnitẽtiarius S.R.E.

Ivlivs Medices Florẽtinus, preſb. Card. tt. S. Laurentij in Damaſo, S.R.E. Viceсãcellarius.

Ioannes Picolomineus Senenſis, Archiepiſcopus Senenſis, preſb. Card. tt. S. Balbinæ.

Ioannes Dominicus de Cuppis Romanus, tt. S. Ioannis ante portam Latinam Tranenſis uulgò appellatus.

Andreas de Valle Romanus, preſb. Card. tt. S. Priſcæ.

Bonifacivs Ferrerius Vercellenſis Pedemontanus, Epiſc. Eporediẽſis, preſb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.

Ioannes Baptiſta Palauicinus Genueñ. preſb. Card. in tt. S. Apollinaris.

Scaramvccia Triuulcius Mediolanenſis, preſb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Pompeivs Columna Domicellus Romanus, preſb. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Dominicvs Iacobatius Romanus preſb. Card. tt. S. Clementis.

Lvdovicvs de Borbonio Gallus Epiſc. Laudonienſis, preſb. Card. tt. S. Silueſtri.

Lavrentivs Campegius Bononienſis, preſb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Ferdinandvs Ponzettus Florentinus, Archiepiſc. Melfitanus, preſb. Card. tt. S. Pancratij.

Franciscvs Armelinus Peruſinus, preſb. Card. tt. S. Calliſti S.R.E. Camerarius.

Sylvivs Paſſerinus Cortonenſis, preſb. Card. tt. S. Laurentji in Lucina.

Frater Thomas de Vio Caietanus, ordinis prædicatorum, preſb. Card. tt. S. Xyſti.

Frater Chriſtophorus Humanus Foroiulienſis, ordinis minorũ tt. S. Mariæ de Capitolio.

Frater Egidius Viterbienſis, ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, preſb. Card. tt. S. Matthæi.

Gvilielmvs Raimundus de Vich. Valentinus Hiſpanus, preſb. Card. tt. S. Marcelli.

CARDINALES DIACONI XII.

Marcvs Cornelius Venetus, Diac. Card. S. Mariæ in Via lata, S.R.E. Archidiaconus.

Sigismvndvs Gonzaga Mantuanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Innocentivs Cibo Genuenſis, Diac. Card. S. Mariȩ in Dominica.

Franciottvs Vrſinus Domicellus Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia.

Pavlvs Cæſis Romanus, Diac. Card. S. Euſtachij, iuxtà Templum Agrippæ.

Alexander Cæſarinus Romanus, Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.

Ioannes Saluiatus Florentinus, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.

Nicolavs Rodulphus Florentinus, Diac. Card. SS. Viti & Modeſti martyrũ in Macello.

Hercvles Comes Rangonius Mutinenſis, Dic. Card. S. Agathæ.

Avgvstinvs Triuulcius Mediolanenſis, Diac. Card. S. Hadriani.

Franciscvs Piſanus Venetus, Diac. Card. S. Theodori.

Ioannes Metenſis Lotharingus Gallus, Diac. Card. S. Onophrij.

CARDINALES IN HAC CLEMENTIS VII. PP. ELECTIONE ABSENTES.

Albertvs . . . Archiepiſcopus Moguntinus, preſb. Card. tt. S. Chryſogoni Germanus.

Herardvs de Marcha Leodienſis Germanus, preſb. Card. tt. S. . . . .

Hadrianvs de Boiſiuio Germanus, Epiſc. Conſtantienſis, presbyter Card. tt. SS. Petri & Marcellini.

Alphonsvs Portugallenſis filius Regis Portugalliæ, Diac. Card. S. Luciæ ad ſepta Solis.

Gvilielmvs Enckefort Brabantinus Epiſc. Deturſenſis, presbyter Card. tt. SS. Io. & Pauli. tt. Pammachij.

Matthaevs Gurcenſis Archiepiſ. Saltzburgenſis, Germanus præsb. Card. tt. S. Angeli.

OMNES SVNT NVM. XLV.

Ex quibus ſi ſex adimantur præcedentes Cardinales nouem & triginta reliqui erunt, quorum ſuffragijs PP. Clemens. VII. creatus eſt.

CORONATIO

CORONATIO PP. CLEMENTIS VII.


Anno Chriſti ∞ Ꝺ XXIII. Die Iouis. VI. Calendas Decembris Papa Clemens. VII. conſecratus ſuæ Coronationis inſignia ſuſcepit, per Marcum Cornelium S. R. E. Archidiaconum Venetum.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.


Anno Chriſti ∞ Ꝺ XXVII. Pontificatus Papæ Clementis. VII. anno quarto. V. Nonas Maii Papa Clemens ſeptimus fecit primam ordinationem quatuordecim Cardinalium, Decem presbyterorum, & quatuor Diaconorum, qui fuerunt.

1 ANTONIVS Sanſeuerinus Neapolitanus, Archiepiſcopus . . . . . presb. Card. tt. S. Suſannæ.
2 BENEDICTVS de Accoltis Aretinus, Archiepiſ. Rauēnas presb. Card. tt. S. Euſebij.
3 AVGVSTINVS Spinola Sauonenſis Ligur, Epiſcopus Peruſinus, presb. Cardinalis. tt. S. Cyriaci in Thermis, poſt S. R. E. Camerarius.
4 ANTONIVS de Prato Gallus, Archiepiſc. Senonenſis & Albienſis. tt. Anaſtaſiæ. S.
5 IO. VINCENTIVS Carapha Neapolitanus, Archiepiſ. Neapolitanus, presbyter Cardinalis. tt. S. Pudentianæ.
6 MARINVS Grimanus Venetus, Patriarcha Aquilegienſis, presbyter Card. tt. S. Vitalis & Veſtinæ.
7 ANDREAS Matthæus Palmerius Neapolitanus, Archiepiſcopus Macerenſis, presb. Cardinalis. tt. S. Clementis.
8 FRATER Franciſcus Quignones ordinis Minorum Hiſpanus, Epiſc. . . . . tt. S. Crucis in Hieruſalem.
9 FRANCISCVS Cornelius Venetus, Epiſc. Brixienſis, presb. Car. tt. S. Pancratij.
10 HENRICVS de Cardona Hiſpanus, Archiep. Montis regalis, presb. Card. tt. S. Marcelli.
11 HERCVLES Gonzaga Mantuanus, Diac. Card. S. Marię nouę, electus Epiſ. Mātuanus.
12 NICOLAVS Gaddus Florentinus, electus Firmanus, Diac. Card. S. Theodori.
13 HIERONYMVS Grimaldus Genuenſis, electus Epiſ. Venafrinus, Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum.
14 PERINVS Gonzaga Mantuanus, electus Mutinenſis, Diac. Card. S. Agathæ.

III.



IIII.



V.




VI.



VII.



VIII.



IX.




X.




XI.



XII.



XIII.



XIIII.




SECVNDA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ∞Ↄxxix. Pontificatus, anno VI. PP. Clemens VII. fecit ſecundam ordinationem unius Card. Diaconi nepotis ſui, IIII. Idus Ianuarij, die ſolis, is fuit

15 HYPPOLITVS Medices Florentinus, electus Auinionenſis, Diac. Card. S. Praxedis, poſt electus, Archiepiſcopus Mōtegalenſis, Diac. Card. S. Laurentij in Damaſo, S.R.E. Vicecancellarius.

XV.



TERTIA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ∞Ↄxxix. Pontificatus, anno VI. XIII. Cal. Octobris PP. Clemēns ſeptimus, fecit tertiam ordinationem unius Card. Diaconi, qui fuit

HIERONYMVS

16 Hieronymvs de Auria Genuenſis, electus Epiſcopus . . . Diac.Card.S.Thomæ in Parione.

XVI.



QVINTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ∞Dxxix. Pontificatus, anno ſeptimo, P P. Clemēs. VII. XIIII. Cal. Ianuarij fecit quartam octo Cardinalium presbyterorum ordinationem, qui fuerunt

17 Franciscvs de Turnone . . . . Archiepiſcopus Bituricenſis Gallus, presbyter Card.tt.SS.Petri & Marcellini.

18 Bernardvs Tridentinus Germanus, Epiſcopus Tridētinus, presb. card.tt.S.Stephani in Cœlio monte.

19 Lvdovicvs de Goruo Allobrox, Epiſcopus Maurianenſis de Subaudita tt.S. Cæſarij in Palatio.

20 Frater Garzias Loaiſa Hiſpanis, ordinis prædicatorum generalis Magiſter Theologus, Epiſcopus Oxomenſis, presb. Cardinalis.tt.S.Suſannæ.

21 Gabriel de Acromonte Gallus, Epiſcopus . . . . presb. Card.tt.S.Cæciliæ.

22 Alphonsvs Manricus de Nagera Hiſpanus, Archiepiſcopus Hiſpalēſis, presby. Card. Baſilicæ. SS. Apoſtolorum.

23 Ioannes Tauerà Hiſpanus, Archiepiſcopus Compoſtellanus, presb.Card.tt.S.Ioan. ante portam Latinam.

24 Ennecvs de Mendozza & Eſtunica filius Comitis de Miranda Hiſpanus, Epiſcopus Burgenſis, presb. Cardinalis.tt. Sancti Nicolai in carcere Tulliano.

XVII.




XIIX.




XIX.



XX.



XXI.



XXII.



XXIII.



XXIIII.



QVINTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ↀDxxxi. Pontificatus PP. Clementis.vii. anno. viii. die . . . Cal. Octob. PP. Clemens, fecit quintam Cardinalium ordinationem, qua unum Card. presbyterum ordinauit, is fuit

25 Antonivs Puccius Florentinus, Epiſc. Piſtorienſis, præsb. Card. ti. SS. quatuor coronatorum & S.R.E. Maior Pœnitentiarius.

XXV.



SEXTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ↀDxxxiii. Pontificatus anno. x. Sabbato ſancto PP. Clemens. vii. fecit ſextam unius Card. presb. ordinationem Bononiæ, is fuit

STEPHANVS

26 STEPHANVS Gabriel Merinus Hiſpanus, Archiepiſ. Barenſis presb. Card. tt. SS. Ioannis & Pauli.

XXVI.



SEPTIMA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti CIↃDXXXIII. Pontificatus, anno X. VII. Idus Nouembris PP. Clemēs VII. fecit ſeptimam quatuor Cardinalium, ordinationem Maſsiliæ in Prouincia. Trium presbyterorum, & unius Diaconi, qui fuerunt.

27 IOANNES de Veneur, Epiſc. . . . Gallus, presb. Card. tt. S. Bartholomei in Inſula.

28 CLAVDIVS de Giuri, Epiſc. . . . Gallus, presb. Card. tt. S. Agnetis in Agone.

29 PHILIPPVS de . . . Monachus Benedictinus de Bolonia, Gallus, presb. Card. tt. SS. Silueſtri & Martini.

30 ODETTVS de Caſtilione Gallus, electus Epiſc. . . . Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.


XXVII.



XXVIII.



XXIX.



XXX.



CARD.

CARDINALES EPISCOPI CREATI. A PP. CLEMENTE VII.

FRANCISCVS Guilielmus de Auus,preſb.Card.tt.S.Stephani in Coelio monte,Epiſ.Card. Tuſculanus.

PETRVS de Accoltis Aretinus,preſb.Card.tt.Euſebij,Epiſc.Card.Sabinus.

LAVRENTIVS Puccius Florentinus, preſb.Card,tt,S,Laurentij in Damaſo, Epiſc.Card. Præneſtinus.

IOANNES Picolomineus Seneñ.preſb.Card.tt.S.Priſcæ,Epiſ.Card.Albanus, poſt Oſtieñ.

IOANNES Dominicus Cuppis Romanus,preſb.Card.tt.S.Laurentii in Lucina, Epiſc. Albaneñ.Portueñ.& Demum Oſtieñ.

BONIFACIVS Ferrerius Pedemontanus Eporedienſis,preſb. Card.tt.SS.Nerei & Achilei, poſt Epiſc. Sabinus.

LAVRENTIVS Campegius Bononienſis,preſb.Card.tt.S.Mariæ Tranſtyberim,Epiſ.Card. Præneſtinus.

EPILOGVS CARDINALIVM PP. CLEMENTIS VII.

PP. Clemens VII. pluribus ordinationibus in ſumma Card. XXXVII.creauit, Epiſcopos ſcilicet VII.preſb.XXIII.Diac.VII.

OBITVS ET EXEQVIAE PP. CLEMENTIS VII.

Anno Chriſti ↀDXXXIIII.die VI.Calen. Octobris PP.Clemens VII.Romæ in Palatio Apoſtolico mortuus eſt, & primo ſepultus in Baſilica S.Petri, poſt ad Eccleſiam S.Mariæ ſuper Mineruam tranſlatus,ibidem ſepultus eſt, ſepulchro marmoreo uacauit Romana ſedes dies ſexdecim.

Eodem anno, Cal.Octobris Nouemdialia Clementis celebrari cæpta.

Eodem anno VII. Idus Octob.Miſſa de ſpiritu ſancto cantata ingreſſum eſt, Conclaue à Cardinalibus in Palatio Apoſtolico S.Petri diſpoſitum pro electione futuri Pontificis, ubi uix duobus diebus manentes unanimi conſenſu elegerunt in PP.Alexandrum Farneſium, Epiſcopum Oſtienſem.

CARDINALIVM MORTVORVM NOMENCLATVRE SVB PONTIFICATV PP. CLEMENTIS VII.

Anno Chriſti ↀDXXIII.Pontificatus PP.Clementis VII anno primo, die X.Calend. Decembris. Achilles Craſſus, Epiſc. Bononienſis,preſb.Card.tt.S.Xyſti,poſt.tt.S. Mariæ Tranſtyberim Romæ mortuus eſt,& in Baſilica.tt.ſui ſepultus.

Eodem anno die . . . Nouemb.Hadrianus Boiſiuius Germanus,Epiſc.Conſtantienſis & Albienſis,preſb.Card.tt.S.Balbinæ,poſt.tt.S.Sabinæ, &.tt.SS. Petri & Marcellini mortuus eſt in Germania.

Eodem anno.XVII. Cal. Ianuarii.Bernardinus Caruaial Hiſpanus, Archiepiſc.Carthaginienſis. S.R.E. preſb. Card tt.S Crucis in Hieruſalem,poſt Epiſc.Card. Albanus, Sabinus, Tuſculanus, Portuenſis,& Oſtienſis, Decanus,obiit Romæ,ſepultus in.tt.ſuo.S.Crucis.

Anno Chriſti ↀDXXIIII. Pontificatus Papæ Clemẽtis VII.anno primo.XVI.Cal. Iunii. Franciſcus Soderinus Florentinus Volaterranus,preſb.Card.tt.S.Suſannæ,&.tt.S. Marcelli,poſt Epiſ.Card.Præneſtinus,Portuenſis,& Oſtienſis,& Cardinalium Decanus,obiit, Romæ ſepultus in Baſilica. S.Mariæ de Populo.

Eodem anno. XVIII. Cal. Iulii.Nicolaus de Fliſco Genuenſis, Archiepiſc. Rauennas, preſb. Card.tt.S.Priſcæ,poſt Epiſc.Card.Albanus,Sabinus,Portuenſis,Oſtienſis,& Decanus Card.obiit Romæ,ſepultus in Baſilica.S.Mariæ de Populo.

Eodem anno XIII. Cal. Auguſti.Marcus Cornelius Venetus,Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epiſc. Patauini & Veronenſis,Diaconus Card.S.Mariæ in Porticu,poſt.S. Mariæ in uia lata, Deinde, preſb. Card.tt.S. Marci, Demum Epiſc.Card. Albanus,Præneſtinus, obiit Venetiis ibidem, ſepultus.

Eodem anno.XIX.Cal.Septembris. Ioannes Baptiſta Pallauicinus,Epiſc.Cauillacenſis, preſb.Card.tt.S. Apollinaris mortuus eſt in oppido Fabricæ,Romamq; tranſlatus ſepultus eſt in Baſilica.S. . . . .

Anno Chriſti ↀDXXV. Pontificatus PP. Clementis.VII.anno ſecundo. VIII. Cal. Auguſti Guillelmus Rainũdus de Vich,Hiſpanus Apoſtolicus prothonotarius,preſb.Card.tt. S.Marcelli, Epiſ.Barchinonenſis Verulis mortuus eſt, Romamq; relatus in Baſilica.S.Cru

cis

Digitized by Google

cis in Hieruſalem ſepultus eſt.

Eodem anno III. Nonas Octobris Sigiſmundus Gonzaga Mantuanus, electus Epiſc. Mantuanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ Mantuæ mortuus eſt.

Anno Chriſti ∞Ɔxxvii. Pont. PP. Clementis VII. anno quarto, Scaramucia Triuulcius Mediolanenſis, Epiſc. Comenſis, presb. Car. tt. S. Cyriaci in Thermis die . . mortuus eſt ſepultus.

Eodem anno, die . . . . Hercules Comes de Rangonibus Mutinenſis, Prothonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Agathæ, mortuus eſt.

Eodem anno, die . . Septemb. Franciſcus Armellinus Peruſinus, Prothonotarius Apoſtolicus, Epiſc. presb. Card. tt. S. Calliſti poſt tt. S. Mariæ Tranſtyberim Romæ obijt, ſepultus in Eccleſia S. Laurentij in Lucina.

Anno Chriſti ∞Ɔxxviii. Pontificatus PP. Clementis VII. anno quinto die . . Ianuarii. Dominicus Iacobatius Romanus, Epiſc. Nucerinus, presb. Card. tt. S. Laurentii in Paniſperna, poſt tt. S. Bartholomei inter pontes Romæ mortuus eſt, ſepultus in S. Euſtachio.

Eodem anno, die . . . Martii. Ferdinandus Ponzettus, Epiſc. Melfitanus, poſt Epiſc. Groſſetanus, presb. Card. tt. S. Pancratii mortuus eſt . . ſepultus . . .

Eodem anno, X. Cal. Aprilis. F. Chriſtophorus Humanus Foroiulienſis, ordinis Minorũ Generalis, presb. Card. tt. S. Bartholomei inter pontes, poſt tt. S. Mariæ di Ara Cœli Romæ mortuus eſt.

Anno Chriſti ∞Ɔxxix. Pont. PP. Clemẽtis VII. anno, VI. die . . . Aprilis. Perinus Gonzaga Mantuanus, electus Epiſ. Mutinẽ. Diac. Car. S. Agathę, poſt S. Praxedis mortuus eſt.

Eodem anno, die XII. Cal. Maii. Siluius Paſſerinus Cortonenſis, Prothonotarius Apoſtolicus, S. R. E. Datarius, presb. Card. tt. S. Laurẽtii in Lucina. Obiit Romæ ſepultus in tt. ſuo.

Anno ∞Ɔxxx. Pontificatus PP. Clementis VII. anno ſeptimo, die VII. Idus Februarii. Henricus de Cardona Hiſpanus, Archiepiſcopus Montegalenſis, presb. Card. tt. S. Marcelli, mortuus eſt, Romæ ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Monteſerrato.

Anno Domini ∞Ɔxxxii. Pontificatus PP. Clementis VII. anno nono, die IIII. Cal. Auguſti. Pompeius Colona Domicellus Romanus, Epiſc. Reatinus, presb. Card. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum, poſt tt. S. Laurentii in Damaſo, & S. R. E. Vicecancellarius, Prorex Neapolitanus. Obiit Neapoli ſepultus.

Eodem anno, XVII. Cal. Octob. Laurentius Puccius Florentinus, presb. tt. SS. quatuor coronatorum, poſt tt. S. Laurentii in Damaſo, deinde Epiſc. Card. Albanus & Præneſtinus. Obiit Romæ, ſepultus in Choro Baſilicæ S. Mariæ ſuper Mineruam.

Eodem anno, die pridie Cal. Nouembris, Frater Egidius Viterbienſis, ordinis S. Auguſtini Patriarcha Conſtantinopolitanus, presb. Card. tt. S. Matthæi, poſt tt. S. Marcelli, obiit Romæ ſepultus ad S. Auguſtinum.

Eodem anno, die III. Idus Decembris. Petrus de Accoltis Aretinus, Archiepiſcopus Rauennas, presb. Card. tt. S. Euſebii, poſt Epiſc. Card. Albanus, Præneſtinus, & Sabinus, obiit Romæ ſepultus in S. Maria de Populo.

Anno Chriſti ∞Ɔxxxiii. Pontificatus PP. Clementis VII. anno x. XII. Cal. Octob. Antonius de Monte S. Sabini Aretinus, Archiepiſcopus Sypontinus, presb. Card. tt. S. Vitalis, poſt tt. S. Praxedis, Epiſc. Card. Alban. Sabin. Tuſculan. Præneſtin. & Portuenſis. Obiit Romæ ſepultus in Eccleſia S. Petri in monte Aureo, in Ianiculo ad Minores.

Annò ∞Ɔxxxiiii. Pontificatus anno XI. Clementis VII. Pontificis Maximi, die pridie nonas Ianuarii. Franciottus Vrſinus Domicellus Romanus, Diac. Car. S. Mariæ in Coſmedia, obiit Romæ ſepultus in Baſilica S. Petri.

Eodem anno, die . . . Iunii. Guilielmus Enchefortt Brabantinus Germanus, Epiſc. Dertuſenſis, presbyter Card. tt. SS. Ioannis & Pauli, obiit Romæ ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Anima.

Eodem anno, die . . . . Gabriel de Acromonte Gallus, presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obiit in Gallia.


Eodem anno, pridie Idus Auguſti. Andreas de Valle Romanus, Epiſc. Militenſis, presb. Card. tt. S. Agnetis in Agone, poſt tt. S. Priſcæ, poſt Epiſc. Card. Alban. & Præneſtinus, obiit Romæ ſepultus in Ara Cœli.

Eodem anno, die V. Idus Septemb. F. Thomas de Vio Caietanus, ordinis Fratrum Prædicatorũ Generalis, poſt Epiſc. Caietanus, & Archiepiſcopus Panormitanus, presb. Card. tt. S. Xyſti. Obiit Romæ, ſepultus in Porticu Eccleſiæ S. Mariæ ſuper Mineruam.

Digitized by Google

PAVLVS PP. III. ANNO ↀDXXXIIII.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. PAVLVS III. PONT. MAX. ROMANVS. Alexander Farneſius, Petri Aloyſii filius, Rainucij nepos, Domicellus Romanus, Ab Alexandro VI. Pontifice Maximo . . . Calendas Octobris, Anno ↀCDXCIII. S.R.E. Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani cum alijs XI. Illuſtriſsimis uiris creatus fuit. Hic Clemente PP. VII. mortuo, ſumma cum omnium expectatione & deſiderio XVI. uacantis ſedis die ſeptem & triginta patrum ſuffragijs tunc in Conclaui exiſtentium, ſine ullo impedimento, & unanimi omnium conſenſu, quum eſſet S. R. E. Card. Epiſc. Oſtieñ. IIII. Idus Octobris Pont. Max. & ſummus & uniuerſalis PP. nunciatus eſt. Sedit autem in Petri Apoſtoli cathedra annos quindecim, & dies uiginti nouem, anno XV. dies XXIX.

CARDINALIVM NOMINA QVI CONCLAVI, QVO PAVLVS III. PONT. MAX. CREATVS EST, INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI SEX.

ALEXANDER Farneſius Romanus, S.R.E. Card. Epiſcopus Oſtieñ. Decanus, creatus PP. Paulus III.

FRANCISCVS Guillielmus de Amboſia, de Claromonte Auſitanus Gallus, Epiſc. Card. Tuſculanus Legatus Auinionis.

IOANNES Picolomineus Senenſis Hetruſcus, Epiſc. Card. Portuenſis & S. Rufinæ.

IOANNES Dominicus de Cuppis Romanus, Epiſ. Card. Sabinus Traneñ uulgo appellatus.

BONIFACIVS Ferrerius Hipporrigienſis Pedemontanus, Epiſc. Card. Præneſtinus.

LAVRENTIVS Campegius Bononienſis, Epiſc. Card. Albanus.

CARDINALES PRESBYTERI XIIX.

MATTHAEVS Langus Germanus Saltzburgeñ. S.R.E. Archipresb. Card. tt. S. Angeli.

LVDOVICVS de Borbonio Laudunenſis Gallus, presb. Card. tt. S. Sabinæ.

ALBERTVS . . Moguntinus Germ. Archiep. Mogūtinus, presb. Car. tt. S. Petri ad Vinc.

ANTONIVS de S. Seuerino Neapolitanus, presb. Card. S. Mariæ Tranſtyberim tt. Calliſti.

MARINVS Venetus, Patriarcha Aquilegienſis, presbyter Card. tt. S. Marcelli.

ANDREAS Matthęus Palmerius Neapolitanus, Archiep. Matereñ. presb. Car. tt. S. Clemētis

F. FRANCISCVS Quignones de Luna Hiſpanus, ordinis Minorum, presb. Card. tt. S. Crucis

in

in Hieruſalem.

Franciscvs Cornelius Venetus, presb. Card. S R. E. tt. S. Praxedis.

Franciscvs . . . de Turnone Gallus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.

Bernardvs Madruccius Tridetinus Germanus, presb. Car. tt. S. Stephani in Cœlio mõte.

Antonivs Puccius Florentinus, Epiſc. Piſtorieñ. presb. Card. tt. SS. IIII. coronatorum, S. R. E. maior Pœnitentiarius.

Stephanvs Gabriel Merinus Gienneñ. Hiſp. Indiarũ Patriarcha, presb. Card. tt. SS. Io. & (Pauli.

Ioannes de Veneur Gallus, presb. Card. S. R. E. tt. S. Bartholomei in Inſula.

Clavdivs de Giuri Gallus S. R. E. presb. Card. tt. S. Agnetis in Agone.

Philippvs . . . de Bolonia Gallus, Monachus Benedictinus, presb. Card. tt. SS. Silueſtri & Martini in montibus.

CARDINALES DIACONI XIIII.

Innocentivs Cibo Genueñ. S. R. E. Diac. Card. S. Mariæ in Dominica, Leg. Bononiæ.

Pavlvs Cæſius Romanus, S. R. E. Diac. Card. S. Euſtachii, iuxtà templum Agrippæ.

Alexander Cæſarinus Romanus, Diac. Card. tt. S. Marię in Via lata.

Ioannes Saluiatus Florentinus, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani Parmæ & Placentiæ (Legatus.

Nicolavs Rodulphus Florentinus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedia, Leg. patrimonij.

Avgvstinvs Triuulcius Mediolaneñ. Diac. Card. S. Hadriani.

Franciscvs Piſanus Venetus, Diac. Card. S. Marci.

Ioannes de Lotharingia Metenſis Gallus, Diac. Card. S. Onophrij.

Hercvles Gonzaga Mantuanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Nicolavs Gaddus Florentinus, Diac. Card. S. Theodori.

Hieronymvs Grimaldus Genuenſis, Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum.

Hyppolitvs Medices Florentinus, Diac. Card. S. Laurentij in Damaſo, S. R. E. Vicecancellarius Piceni, Peruſij, & Vmbriæ Legatus.

Hieronymvs de Auria Genuenſis, Diac. Card. S. Thomæ in Parione.

Odetvs de Caſtilion Gallus, Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.

ABSENTES IN HAC ELECTIONE CARD. FVERVNT VIII.

Herardvs Leodienſis Germanus, S. R. E. presb. Card. tt. S. Chryſogoni.

Antonivs de Prato Seponeñ. Gallus, presb. Car. tt. S. Anaſtaſię Galliæ Trãſalpinæ Leg.

Lvdovicvs de Goruo Maurianeñ. Sabaudieñ. aliàs de Sauoia, presb. Card. tt. S. Cæſarij in (Palatio.

F. Garzias Loaiſa Hiſpanus Dñicanus Oxomeñ. presb. Car. tt. S. Suſannę.

Alphonsvs Manricus Archiepiſc. Hiſpaleñ. Hiſpanus, presb. Car. Baſilicę SS. XII. Apoſt.

Ioannes Tauera Archiepiſc. Toletanus Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Io. ante Portã Latinã.

Enecvs de Mendozza & Eſtunica Hiſpanus, Epiſc. Burgeñ. presb. Card. tt. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Alphonsvs Portugallenſis, filius Regis Portugalliæ, Diac. Card. S. Luciæ ad Septaſolis.

Igitur Paulus III. Pontifex Maximus, Card. qui comitijs Pontificiis præſentes fuerunt, XXXVII. ſuffragijs creatus eſt.

CORONATIO PP. PAVLI III.

Anno Chriſti CIↃDXXXIIII. Cal. Nouẽb. PP. Paulus III. in Baſilica S. Petri coronatus eſt.

PRIMA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti CIↃDXXXIIII. XV. Cal. Ianuarij Pontificatus ſui primò, PP. Paulus III. fecit primam Cardinaliũ ordinationem, qua duo Diac. creati ſunt, PP. nepotes, uidelicet

1 Alexander Farneſius Pauli III. Pont. Max. ex filio Petro Loyſio nepos, Romanus, Diac. Card. S. Angeli primò, poſtea S. Laurentij in Damaſo, & S. R. E. Vicecancellarius, Auinionenſiſque Legatus.

2 Gvido Aſcanius Sfortia, Pauli III. PP. ex filia Conſtantia nepos, Romanus Comes S. Floræ, Diac. Card. SS. Viti & Modeſti martyrum in Macello, poſt S. Euſtachii, & S. R. E. Camerarius, Demum S. M. in Via lata.

SECVNDA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti CIↃDXXXV. Pontificatus ſui primò, XII. Cal. Iunii. Paulus Pont. ſecundam fecit ſex Cardinalium presbyterorum ordinationem, in qua hi creati ſunt

3 F. Nicolavs à Scomberg Miſneñ. Sueuus Germanus, ordinis Prędicatorũ, Archiepiſ. Capuanus tt. S. Xyſti.

4 Ioannes Bellaius Pariſieñ. Gallus, Epiſ. Pariſieñ. S. R. E. presb. Card. tt. S. Cæciliæ.

5 Hieronymvs Ghinuccius Seneñ. Camerę Apoſt. Auditor, presb. Card. tt. S. Clemẽtis.

Digitized by Google

6 IACOBVS Simonetta Mediolaneñ. Sacri Pal. Apoſt.cauſarũ auditor,presb.Car.tt.S..
7 IOANNES Feccerius Anglus ciuis,Epiſc. Roſſenſis,Card.tt.S.Vitalis.
8 GASPAR Cõtarenus Venetus, Epiſ.Bergomeñ.presb.Car.tt.S.Praxedis Bononię Leg.


III.



IIII.



V.




VI.



VII.



VIII.




TERTIA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ∞Dxxxv.Pontificatus PP.Paulus III.fecit tertiam ordinationem Card. in qua pridie Calend. Iunij unum Diaconum creauit,is fuit

9 MARINVS Carraciolus Neapolitanus, Apoſtolicæ ſedis Prothonotarius, Produx Mediolanenſis,Diac.Card.S.Mariæ in Aquino.

IX.



QVARTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ∞Dxxxvi. Pontificatus anno tertio, PP.Paulus fecit quartam ordinationem decem Cardinalium,octo presbyterorum,& duorum diaconorum,hi fuerunt.

10 IOANNES Maria de Monte S.Sabini Romanus Cameræ Apoſtolicæ Auditor, Archiepiſcopus Sypontinus,presb.Card.tt.S.Vitalis, hic poſt quùm eſſet Epiſc.Card.Præneſtinus, PP.factus eſt Iulius III.appellatus.

IOANNES

11 IOANNES Petrus Carapha Neapolitanus, Archiepiſcopus Theatinus, presbyter Card. tt. S. Clementis.

12 ENNIVS Philonardus de Baucco Verulanus Romanus, presbyter Card. tt. S. Angeli Arcis Præfectus.

13 CHRISTOPHORVS Iacobatius Romanus, Rotæ, uel Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditor tt. S.

14 HIERONYMVS Leander della Mota Cenetẽſis, Diœceſis Foroiulienſis, Archiepiſcopus Brunduſinus tt. S. Chryſogoni.

15 CAROLVS Matiſconenſis Gallus, Orator regis Francorum, presbyter Cardinalis tt. S. Mathæi.

16 IACOBVS Sadoletus Mutinenſis, Epiſc. Carpentoratenſis, presb. Card. S Petri ad Vincula tt. Eudoxiæ.

17 RODVLPHVS Pius Carpenſis, Epiſc. Agrigentinus, presb. Card. primo tt. S. Priſcæ poſt S. Mariæ Tranſtyberinæ.

18 REGINALDVS Polus Anglus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedia, & Patrimonij Legatus.

19 RODERICVS Borgia Valentinus Hiſpanus, filius Ducis de Candia, Alexandri VI. PP. nepos, Diac. Card. S. . . .

X.




XI.



XII.




XIII.



XIIII.



XV.



XVI.




XVII.



XVIII.



XIX.



QVINTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ∞Ↄxxxiix. Pontificatus Pauli PP. III. quarto III. Idus Maiȷ: Idem Pontifex fecit quintam Cardinalium ordinationem, in qua unum tantum Diaconum Cardinalẽ creauit, is fuit

20 Nicolavs Caietanus de Sermoneta Romanus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere.

XX.



SEXTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno ∞Ↄxxxviii. Pontificatus Pauli PP. III. quinto XIII. Calen. Ianuarȷ PP. Paulus fecit ſextam quinque, presbyterorum Cardinalium ordinationem, in qua hi fuerunt creati.

Petrvs

Digitized by Google

21 Petrvs . . . Compoſtellanus Hiſpanus, presb. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorũ.


22 Frater Ioannes de Toleto Hiſpanus, ordinis Prædicatorum, Archiepiſcopus Burgeñ. tt. S. Xyſti.

23 Enecvs Manricus Cordubenſis Hiſpanus, presb. Card. tt. S. . . .


24 Robertvs Ciallon de Legnecoürt Gallus, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

25 David Mirapicenſis Scotus, Archiepiſcopus S. Andreæ, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.


XXI.



XXII.



XXIII.



XXIIII.



XXV.



SEPTIMA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ∞DXXXIX. Pontificatus PP. Pauli III. anno quinto, III. Nonas Martÿ PP. Paulus III. fecit ſeptimam ordinationem Cardinalium, in qua unus tãtum, Diac. Card. creatus eſt, uidelicet.

26 Hyppolitvs Eſtenſis Ferrarienſis, filius Alphoni Ferrariæ Ducis, Diac. Card. S. Mariæ in Aquino.

XXVI.



OCTAVA


Digitized by Google

OCTAVA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ꝏↃxxxix. Pontificatus anno quinto, ix. Calend. Aprilis P P. Paulus fecit octauam creationem Cardinalium, in qua unum tantum presb. Card. creauit, is fuit

27 PETRVS Bembus Venetus, Epiſc. Bergomenſis, presb. Card. tt. S. Chryſogoni.

XXVII.



NONA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ꝏↃxxxix. Pontificatus P P. Pauli III. ſexto, XIIII. Cal. Ianuarij Paulus IIII. fecit nonam ordinationem undecim Cardinalium, nouem presbyterorum, & duorum Diaconorum, qui fuerunt

28 FRIDERICVS Fregoſius Genuenſis, Archiepiſcopus Salernitanus, presb. Card. tt. S. .

29 PETRVS de Bauma Gabennenſis ex Comitatu Burgundiæ, Gebennenſis, Epiſc. & Archiepiſcopus Biſuntinus, presb. Card. S S. Io. & Pauli tt. Pammachij.

30 ANTONIVS de Mendon Gallus, Epiſc. Aurelianeñ. presb. Card. tt. S. Mariȩ in Porticu.

31 VBERTVS Gambara Brixienſis, Epiſc. Terdonenſis, presb. Card. tt. S. Apollinaris Parmæ & Placentiæ Legatus.

32 ASCANIVS Pariſianus Tolentinus Picænas, Epiſc. Ariminenſis, presb. Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

33 PETRVS Paulus Pariſius Conſentinus Calaber, iuris utriuſq; eximius Doctor, presb. Card. tt. S. Balbinæ.

34 MARCELLVS Ceruinus de Montepolitiano Florentinus, Epiſ. Eugubinus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.


35 BARTHOLOMEVS Guidiccionus Lucenſis Etruſcus, Epiſc. Lucenſis, presb. Cardinalis tt. S. Priſcæ.


36 FRATER Dionyſius Laurerius Beneuentanus, ordinis Seruorũ Generalis, presb. Card. tt. S. Marcelli.


37 HENRICVS Borgia Valentinus Hiſpanus Alexandri P P. VI. nepos, Diac. Card. S. . .

38 IACOBVS Sabellus Domicellus Romanus, Diac. Card. S S. Coſmæ & Damiani.

XXVIII. XXIX. XXX.








DECIMA

Digitized by Google

XXXI.



XXXII.




XXXIII.



XXXIIII.




XXXV.



XXXVI.



XXXVII.



XXXVIII.



DECIMA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ꝏDXLI. Pontificatus anno octauo, PP. Paulus III. IIII. Nonas Decemb. fecit decimam Card. ordinationem, in qua unum tantum presbyterum Card. creauit, qui fuit
39 MICHAEL Siluius Portugallenſis, Epiſc. Viſenſis, presb. Card. Baſilicæ Apoſtolorum, & paulò poſt Marchiæ Legatus.

VNDECIMA

XXXIX.



VNDECIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Chriſti cIↃDXLII. Pontificatus PP. Pauli III. anno. VIII. VI. Nonas Iulij. Idem Pontifex fecit undecimam Cardinalium ſeptem ordinationem, qui omnes presbyteri fuerunt, uidelicet

40 MARCELLVS Creſcentius Romanus, Sacri Palatij Apoſtolici cauſarũ Auditor, presb. Card. tt. S. Marcelli.

41 IOANNES Vincentius Aquauiua Neapolitanus, Arcis præfectus, presb. Card. SS. Silueſtri & Martini in montibus.

42 POMPONIVS Caecius Romanus, Pauli III. Pont. Maximi Vicarius, Epiſcopus . . . . presb. Card. tt. S. . . . .

43 ROBERTVS Puccius Florentinus, Epiſ. Piſtorieñſis, presb. Card. tt. SS. IIII. coronatorũ.

44 IOANNES Hyeronimus Moronus Mediolanenſis, presb. Card. tt. S. Vitalis, Bononiæ, paulò poſt Legatus.

45 D. GREGORIVS Corteſius Mutinenſis Monachus Caſsinas Abbas, presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

46 FRATER Thomas Badia Mutinenſis, ordinis Prædicatorum Theologus, Magiſter Sacri Palatij, presb. Card. tt. S. Silueſtri.


XL.



XLI.



XLII.



XLIII.




XLIIII.



DVODECIMA

Digitized by Google

XLV.



XLVI.



DVODECIMA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ꝏDXLIIII. Pontificatus anno X. V. Nonas Iulij Paulus PP. III. fecit duodecimā ordinationem Card. in qua unum tantum Card. presbyterum creauit, qui fuit

47 CHRISTOPHORVS Madrucius Tridentinus Germanus, presbyter Card. tt. S. Cæſarij in Palatio.

XLVII.




DECIMATERTIA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ꝏDXLIIII. Pontificatus anno XI. XIIII. Calend. Ianuarij PP. Paulus III. fecit tertiamdecimam treſdecim Card. ordinationem in qua decem Presbyteros, & tres Diac. creauit, qui ſunt hi

48 GASPAR . . . Hiſpanus, Archiepiſcopus Compoſtellanus, presb. Car. tt. S. . . .
49 GEORGIVS de Arminiaco Gallus, presb. Card. SS. Io. & Pauli tt. Pammachij.
50 FRANCISCVS de Mendozza Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Mariæ de Capitolio, Epiſc. Caurienſis.
51 IACOBVS Denebault, Epiſc. Lexouienſis Gallus, presb. Card. tt. S. Suſannæ.
52 OTHO Truchſes Auguſtenſis, Germanus, presb. Card. tt. S. Balbinæ.
53 BARTHOLOMEVS della Cueua Hiſpanus, de Alburquerque, presb. Card. tt. S. Matthęi.
54 FRANCISCVS Sfondratus Cremonenſis, Archiepiſcopus Amalphitanus, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.
55 FRIDERICVS Cæſius Romanus, Epiſc. Tudertinus, presb. Card. tt. S. Pancratij.
56 DVRANTES de Durantibus Brixienſis, Epiſc. . . . presb. Card. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum.
57 NICOLAVS Ardinghellus Florentinus, Epiſc. Foroſempronienſis, presbyter Card. tt. S. Apollinaris.
58 ANDREAS Cornelius Venetus, Cōmendatarius, Epiſ. Brixień. Diac. Card. S. Theodori.
59 HYERONIMVS de Capite Ferreo Romanus, ſedis Apoſtolicæ Prothonotarius, Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.
60 TIBERIVS Criſpus Romanus, Diac. Card. S. Agathę, paulò poſt Peruſii Legatus.

Digitized by Google


XLVIII.




XLIX.



L.




LI.




LII.



LIII.




LIIII.




LV.



LVI.



LVII.



LVIII.



Digitized by Google

LIX.



LX.



DECIMAQVARTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞DXLVI. Pontificatus anno tertiodecimo Pauli PP. III. Ipſe Pontifex fecit quartamdecimam quatuor Cardinaliũ ordinationem XVI. Cal. Ianuarij trium Presbyterorum, & unius Diaconi nepotis ſui ex filio Petro Loyſio, qui fuerunt hi

61 GEORGIVS de Amboſia, Archipresb. Rothomangenſis Gallus, presb. Card. tt. S. . .

62 HENRICVS Portugallenſis, Frater regis Portugalliæ, Archipresbyter . . tt. SS. IIII. coronatorum.

63 PETRVS Paciecus de Villena Hiſpanus, Epiſc. Giennenſis, presb. Card. tt. S Balbinæ.

64 RAINVCIVS Farneſius Romanus, Pauli III. Pont. M. x. nepos, Miles S. Ioannis Hieroſolymitani, prior Venetiarum & Commẽdatarius, Arch. presb. Neapolitanus, Diac. Car. S. Angeli. & paulo poſt S. R. E. Maior Pœnitentiarius, & Marchiæ Legatus.


LXI.




LXII.



LXIII.



LXIIII.



Digitized by Google


DECIMAQVINTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſtianæ ſalutis ↀDXLVII. Pont. PP. Pauli III. anno XIII. Idem Pontifex fecit XIIII. creationem duorum Cardinalium, Presbyteri & Diaconi, qui fuerunt hi


65 CAROLVS de Guiſa Lotharingus Gallus, presb. Card. S. R. E. tt. S. Cæciliç.

66 CAROLVS de Vendome Gallus S. R. E. Diac. Card. S. Xyſti. fuerunt uerò creati die VII. Calendas Auguſtas.

LXV.



LXVI.



DECIMASEXTA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Chriſti ↀDXLIX. Pontificatus PP. Pauli III. anno quintodecimo. Idem Pōtifex V. Idus Ianuarij XVI. fecit Cardinalium ordinationem, qua unum tantum Diaconum creauit, qui fuit

67 IVLIVS de Ruere Vrbinas, Ducis Vrbini filius S.R.E. Diac. Card. S. Petri ad Vincula.

LXVII.



DECIMASEPTIMA CARDINALIVM CREATIO.

Anno ↀDXLIX. Pōtificatus. PP. Pauli III. anno XV. VI. Idus Aprilis Paulus PP. fecit decimamſeptimam Cardinalium ordinationem, in qua quatuor Cardinales presbyteros Creauit egregios Viros, & eruditos, qui fuerunt hi ſequentes

68 HIERONYMVS Verallus Romanus, Sacri Pallatij Apoſtolici cauſarum auditor, Archipresbyter Roſſanenſis, Sanctę Romanę Eccleſię, presbyter Cardinalis tt. SS. Silueſtri & Martini in montibus tt. Equirij.

IOANNES

Digitized by Google

69 Ioannes Angelus de Medicis Mediolaneñ. Archiepiſcopus Raguſinus, presb. Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

70 Philibertus Ferrerius ciuis Pedemontanus, & Epiſcopus Hiporigieñ. S. R. E. presb. Card. tt. S. Vitalis tt. Veſtinæ.

71 Bernardinus Maffeus Romanus, Archiepiſcopus Theatinus, presb. Card. tt. S. Ciriaci in Thermis.

LXVIII.



LXIX.



LXX.



LXXI.



EPILOGVS CARDNALIVM PP. PAVLI III.

Paulus III. Pont. Max. decem & ſeptem ordinationibus menſibus Ianuario, Martio, Aprili, Maio, Iulio, & Decembri factis LXXI Cardinales creauit, presbyteros LVIII, Diaconos uerò XIII.

OBITVS ET EXEQVIAE PP. PAVLI III.

Anno Chriſti MDXLIX. Paulus III. Pont. Max. mortuus eſt IIII. Idus Nouembris, die ſolis, hora Gallicinii in Quirinali, & delatus ad S. Petrum, ibi ſepultus eſt Anno pontificatus XVI. ineunte, Vitæ uerò LXXXII. poſt eius mortem uacauit ſedes Romana menſes II. dies XXIIX.

Eodem anno XIII. Decembris Nouendialia pro Pontificis manibus expiandis à Card. in Baſilica S. Petri celebrari cœpta oratione habita à Domino Romulo Amaſeo Vtinenſi.

Eodem anno III. Calen. Nouembris die ſolis Dominica prima Aduentus cantata per Cardinalem Portuenſem miſſa de ſpiritu ſancto Cardinales pro electione noui Pontificis Romani ingreſſi ſunt Conclaue paratum in Palatio Apoſtolico S. Petri, ubi manſerunt menſibus duobus, & diebus decem.

NOMINA CARDINALIVM S. R. E. QVI SVB PONTIFICATV PAVLI III. MORTVI SVNT.

Anno Chriſti MDXXXV. Pontificatus PP. Iulii III. Anno primo . . . . Auguſti Ste

phanus Gabriel Merinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Barenſis primò, poſt Epiſcopus Giennenſis presbyt. Card. tt. SS. Ioannis & Pauli, poſt tt. S. Vitalis, obiit Romæ. ſepultus in Baſilica S. Iacobi Hiſpanorum, propè Aram maximam.

Eodem Anno, Ioannes Ficerius Roſenſis Anglus, presb. Card. tt. S. Vitalis, in Anglia ab rege Anglorum Henrico VIII. pro defenſione Catholicæ ueritatis occiſus eſt Londini, ibiq́ue ſepultus in Baſilica S. . . . .

Eodem Anno Nonis Auguſti Hyppolitus Medices Florentinus, electus Archiepiſcopus Monregalenſis, PP. Clementis VII. nepos. Diac. Card. S. Laurentii in Damaſo. S. R. E. Vicecancellarius, mortuus eſt non ſine ueneni ſuſpicione, Romamq́ue relatus in Diaconia ſua S. Laurentii, propè Aram Maximam ſepultus eſt.

Anno Chriſti CIↃDXXXVI. Pont. anno II. Pauli III. Pont. Max. nullus Car. mortuus eſt.

Anno Chriſti CIↃDXXXVII. Pontificatus Pauli PP. III. tertio Idibus Februarij Andreas Matthęus Palmerius Neapolitanus, Archiep. Materenſis, presb. Card. tt. S. Clementis, obiit Romæ, & in Baſilica S. Mariæ de Populo ſepultus.

Eodem anno pridie Cal. Iunii, Marinus Caracciolus Neapolitanus, produx Mediolanenſis, Diac. Card. S. Mariæ in Aquino, Mediolani mortuus eſt, ſepultus in Baſilica S. . .

Eodem anno Nonis Auguſti, Paulus Cæſius Romanus, Archipresb. S. Mariæ Maioris, Diac. Card. S. Nicolai inter imagines, poſt S. Euſtachii, obiit Romæ, ſepultus in Eccleſia S. Mariæ Maioris.

Eodem anno V. Id. Sept. F. Nicolaus à Scomberg, Miſnenſis, Sueuus Germanus, ordinis fratrum prædicatorum, Archiep. Capuanus, presb. Card. tt. S. Xyſti, obiit Romæ & in porticu Baſilicæ S. Marię ſuper Mineruam ad prædicatores ſepultus.

Eodẽ anno XVI. Cal. Nou. Auguſtinus Spinola Sauoneñ. Ligur, Epiſc. Peruſinus, presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, poſt tt. S. Apollinaris. Romæ mortuus eſt, & Sauonam relatus in Baſilica S. . . . . ſepultus.

Eodem anno die . . . Rodericus Borgia Valentinus Hiſpanus, Alexandri VI. Pont. Max. nepos, filius Ducis de Candia, Diac. Card. mortuus eſt, dum iret in Hiſpaniam.

Eodẽ anno die . . Alfonſus Roſa Portugalleñ. filius Regis Portugallię, Hiſp. Diac. Car. S. Luciæ in Septiſolio, mortuus eſt in Portugallia, ſepultus Vlixiponæ in Baſilica S. . . .

Eodem anno die . . . Matthæus Langus Gurcenſis, Archiep. Saltzburgenſis Germanus, Diac. primo Card. S. Angeli, poſt presb. tt. Angeli, demum Epiſc. Card. Albanus, obiit in Germania Saltzburgi, ibiq́ue in Eccleſia S. . . ſepultus eſt.

Eodem anno die . . . Ioannes Picolomineus Senenſis, Archiep. Senenſis, presb. Card. tt. S. Priſcæ, poſt S. Balbinę, deinde Epiſc. Card. Albanus, Portuenſis, & Oſtienſis, mortuus eſt Senis in patria ſua, ibiq́ue in Eccleſia Archiepiſcopali ſepultus.

Eodem anno Bernardus Madruccius, Germanus Tridentinus, Epiſc. Tridentinus, & Adminiſtrator Padenebornenſis, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, mortuus eſt Tridenti, ibique in cathedrali Eccleſia ſepultus.

Eodem anno die . . . Ennecus de Mendozza et Eſtunica, filius Comitis de Miranda, Epiſc. Burgenſis, presb. Card. tt. S. Nicolai in carcere Tulliano, Hiſpanus, obiit Romæ, ſepultus in Baſilica S. Mariæ de Capitolio, & non longè poſt in Hiſpaniam deportatus eſt, in patria ſua ſepeliendus.

Eodem anno Herardus de Marcha Germanus, Epiſcopus Leodienſis, presb. Card. tt. S. Chryſogoni, obiit Leodii in Germania, ibiq́ue in cathedrali ſepultus eſt.

Eodem anno Antonius de Prato Gallus, Archiep. Senonenſis, Magnus Francię Cancellarius, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ, & Galliarum trans Alpes de latere legatus, mortuus eſt. Senonis in Gallia, ibique in Eccleſia cathedrali ſepultus.

Annus Chriſti CIↃDXXXVIII. Pontificatus Pauli III. P. M. quartus uacat morte Card.

Anno Chriſti CIↃDXXXIX. Pontificatu Pauli PP. III. anno V. die . . . Auguſti, Laurentius Campegius Bononienſis, ſacri Palatii Apoſtolici cauſſarum Auditor, Epiſc. Feltrenſis, presb. Card. tt. S. Thomæ in Parione, poſt S. Mariæ trans Tyberim, poſt Epiſc. Card. Sabinus, Præneſtinus, mortuus eſt Romæ, & in Baſilica S. Mariæ trans Tyberim ſepultus.

Eodem anno die . . Carolus . . . Orator Regis Francorũ, ad Pont. Epiſc. Matiſconeñ. presb. Card. tt. S. Matthæi, in Gallia mortuus eſt, ibique ſepultus in Baſilica S. . . .

Eodem anno die . . Alphõſus Manricus, filius Comitis de Nogera, Hiſpanus, Archiep. Hiſpalenſis, uulgò de Seuilia, presb. Card. Baſilicæ ſanctorum duodecim Apoſtolorum, obiit in Hiſpania Hiſpali, & in Archiepiſcopali Eccleſia Hiſpalenſi ſepultus.

Eodem

Eodem anno Cal Nouēb. Iacobus Simonetta Mediolaneñ. ſacri Palatij Apoſtolici cauſſarum Auditor, Epiſc. . . . presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, poſt S. Apollinaris, obiit Romæ ſepultus, in Eccleſia S. Trinitatis in monte Pincio.

Anno Chriſti ∞DXL. Pontificatus PP. Pauli III. anno ſexto, die . . Octobr. Enneacus Manricus filius Marchionis de Aguilar, Hiſpanus, Epiſc. Cordubeñ. presb. Card. ſine tt. mortuus eſt Romæ, & in Hiſpaniam tranſlatus, ibique ſepultus eſt in cathedrali Cordubēſi.

Anno eodem die . . Franciſcus Guiliemus de Ambois, de Claromonte Gallus, Epiſc. Auxitanus, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, poſt Epiſc. Card. Albanus, demum Tuſculanus, & Auinionis Legatus, mortuus eſt in Gallia ibique ſepultus.

Eodem anno die . . . Septemb. Henricus Borgia Valentinus Hiſpanus, filius Ducis de Candia Alexandri VI. Pont. Max. nepos, Diac. Card. mortuus eſt Viterbij, & Romam relatus, in Sacriſtia Baſilicæ S. Petri iuxta Papam Alexandrum VI. ſepultus eſt.

Eodem anno die . . . Septēb. Chryſtophorus Iacobatius Rom. S. Palatij Apoſtolici cauſarū Auditor, Epiſ. . . . . presb. Card tt. S. . . Romę mortuus eſt, & in Diac S Euſtachij ſep.

Eodem anno die . . Septemb. F. Franciſcus Quignones, filius Comitis de Luna, Hiſpanus, ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci, Epiſc. . . presb. Card. tt. S. Crucis in Hyeruſalem. Obijt Verulis, Romamq; Relatus in tt. ſuo S. Crucis ſepultus eſt.

Eodem anno die . . Septemb. Ioannes Vincentius Caraffa Neapolit. Archiepiſc. Neapolitanus, presb. Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris, poſt tt. S. Priſcæ deinde Epiſc. Card. Albanus, poſt Præneſtinus. Obijt Neapoli ſepultus in Eccleſia Archiepiſcopali.

Anno Chriſti ∞DXLI. Pont. Pauli III. Pont. Max. anno VII. die . . Iunij Hieronymus Ghinuccius Seneñ. Epiſc. Aſculanus, Cameræ Apoſtolicæ Auditor, presb. Card. tt. S. Clementis. Mortuus eſt Romæ & in Baſilica S. Clementis ſepultus.

Eodem anno XI. Cal. Aug. Fridericus Fregoſius Genueñ. Archiep. Salernitanus, S. R. E. presb. Card. tt. S. . . . Obijt Eugubij, & in Eccleſia S. Crucis de Auellanis ſepultus.

Eodem anno die . . Petrus Sarmentus, filius Comitis de Salinas, Archiepiſc. Cōpoſtellanus, S. R. E. presb Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorū, mortuus eſt Lucæ, ſepultus uerò . .

Anno Chriſti ∞DXLII. Pont. Pauli III. Pont. Max. octauo die Cal. Febr. Hieronymus Aleander de la Mota, Cæneteñ. Diœceſis Foroiulieñ. Archiepiſc. Brunduſinus, S. R. E. presb. Card. tt. S. Chryſogoni. Mortuus eſt Romæ ſepultus in S. Chryſogono.

Eodem anno die Id. Febr. Alexander Cæſarinus Romanus, Sedis Apoſtolicæ Prothonotarius, Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi, poſt S. Hadriani, deinde S. Mariæ in uia lata, poſt Epiſc. Card. Albanus. Obijt Romæ, ſepultus in Eccl. S. Mariæ de Capitolio, ad Minores.

Eodem anno die . . Aug. Gaſpar Contarenus Venetus, Epiſc. . . presb. Card. tt. S. Praxedis & Bononiæ Legatus. Mortuus eſt Bononię, ſepultus in Baſilica S. Petronii.

Eodem anno die . . . Auguſti. Pomponius Ceſius Romanus, Epiſcopus . . . PP. in Vrbe Vicarius, presbytèr Cardinalis tt. S. . . . Mortuus eſt Romæ, & in Baſilica Lateranenſi ſepultus.

Eodem anno die XV. Calend. Octobr. Frater Dionyſius Laurerius Beneuentanus, ordinis Fratrum Seruorum Generalis, Epiſc. Vrbinas, presb. Card. tt. S. Marcelli, & Campaniæ Legatus, obijt Romę, ſepultus in Baſilica S. Marcelli.

Eodem anno die . . . Ioannes de Veneur Gallus, Epiſc. . . presb. Card. tt. S. Bartholomei inter duos pontes, obijt in Gallia, ſepultus ibidem.

Anno Chriſti ∞DXLIII. Pontificatus Pauli III. Pontificis Maximi, nono die, IIII. Nonas Ianuarij. Bonifacius Ferrerius Pedemontanus, Epiſc. Hiporigienſis, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei, poſt Epiſc. Card. Albanus, Sabinus, Præneſtinus, & demum Portuenſis & ſanctæ Rufinæ, aliàs ſiluę Candidæ, mortuus eſt Romæ, ſepultusque in Baſilica S. Trinitatis in monte Pincio.

Eodem anno die . . . Hieronymus Grimaldus Genuenſis, Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum, Genuæ mortuus eſt, ibique ſepultus in Baſilica S. . . . .

Eodem anno die XVII. Calendas Septemb. Antonius Sanſeuerinus Neapolitanus, presb. Card. tt. S. Suſannæ, poſt tt. S. Apollinaris, demum tt. Mariæ Tranſtyberim, poſtea Epiſc. Card Albanus, mox Sabinus, ultimò Portuenſis & S. Rufinæ, Romæ mortuus eſt, in Baſilica S. Trinitatis in monte Pincio ſepultus.

Eodem anno die . . . Septembr. Franciſcus Cornelius Venetus, Epiſc. Brixianus, Archipresbyter S. Petri, presb. Card. tt. S. Pancratij, poſt tt. S. Praxedis, deinde Epiſc. Card. Albanus, demum Præneſtinus. Obijt Viterbii, ſepultus in Baſilica . . . .

Digitized by Google

Anno Chriſti ꝏDXLIIII. Pontificatus PP. Pauli III. anno decimo, Petrus de Bauma ex Burgundiæ comitatu, Epiſc. Gebennenſis, & Archiep. Biſontinus, presb. Card. SS. Ioannis & Pauli tt. Pammachii, die . . . Arboſii mortuus eſt in Burgundia, ibiq; ſepultus in Baſilica S. . . .

Eodem anno Antonius Puccius Florentinus, Epiſc. Piſtorienſis, presb. Card. tt. SS. IIII. coronatorum, S. R. E. Maior Pœnitentiarius, Balneoregii die . . . mortuus eſt, Romamque relatus in Baſilica S. Mariæ ſuper Mineruam, in choro fratrum prædicatorum, quum eſſet Epiſc. Card. Albanus, ſepultus eſt.

Anno Chriſti ꝏDXLV. Pontificatus Pauli III. Pont. Max. anno vndecimo, die v. Idus Maii, Petrus Paulus Pariſius Coſentinus, Calaber, Cameræ Apoſtolicæ Auditor, Epiſc. . . . presb. Card. Romæ mortuus eſt, ibique in Baſilica S. . . . ſepultus.

Eodem anno die . . . Gaſpar de Aualos, Archiep. Compoſtellanus, Hiſpanus, presb. Card. tt. S. . . . . in Hiſpania mortuus eſt, ibique ſepultus.

Eodem anno die . . . Ioannes Tauera, Archiep. Toletanus, Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Ioannis ante portam Latinam, mortuus eſt in Hiſpania, ibique ſepultus.

Eodem anno die . . . Albertus . . Moguntinus, Germanus, Archiep. Moguntinus, Sacri Romani Imperii princeps, elector, presb. Card primo, tt. S. Chryſogoni, poſt S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxię Moguntiæ mortuus eſt, & in cathedrali Moguntina ſepultus.

Anno Chriſti ꝏDXLVI. Pontificatus Pauli III. Pont. Max. anno duodecimo, die . . Frater Garzias Loaiſa Hiſp. ordinis prædicatorum Magiſter Generalis, Epiſc. Oxomenſis, poſt Seguntinus, deinde Archiep. Hiſpalenſis, presb. Card. tt. S. Suſannæ, mortuus eſt in Hiſpania Hiſpali, ſepultus in Eccleſia cathedrali Hiſpalenſi.

Eodē anno die . . . Dauid Scotus de S. Andrea Archiep. Mirapicenſis, presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, mortuus eſt in Scotia, ibique ſepultus in Eccl. Mirapicenſi.

Eodem anno die . . Auguſti, Ioannes Vincentius Aquauiua Neapolitanus, arcis Hadriani, uulgò caſtri S Angeli, præfectus, Epiſc. . . . presb. Card. SS. Sylueſtri & Martini in montibus, tt. Equirii, mortuus eſt Itri, ſepultus uerò . . . .

Eodem anno die . . . Septembris, Marinus Grimanus Venetus, Patriarcha Aquilegienſis, presb. Card. tt. S. Vitalis, poſt tt. S. Marcelli, poſt Epiſc. Card. Albanus, Tuſculanus, tandem Portuenſis, & S. Rufinæ, mortuus eſt Vrbeueteri, ibique ſepultus, cum eſſet Parmæ & Placentiæ Legatus. Hic fuit filius Antonii Grimani Ducis Venetiarum.

Anno Chriſti ꝏDXLVII. Pontificatus Pauli III. Pont. Max. anno tertio decimo, die XVII. Cal. Februarij, Robertus Puccius Florentinus, Epiſc. Piſtorieñ. presb. Card tt. SS. quatuor coronatorum, S. R. E. Maior Pœnitentiarius, Romæ mortuus eſt, & in Baſilica S. Mariæ ſuper Mineruam ſepultus in choro fratrum prædicatorum.

Eodem anno die XVI. Cal. Feb. Petrus Bembus Venetus, Epiſc. Bergomenſis, presb. Cardinalis, tt. SS. Chryſogoni, poſt tt. S. Clementis Romæ mortuus eſt, & in Baſilica S. Mariæ ſuper Mineruam ſepultus.

Eodem anno VIII. Id. Sept. Frater Thomas Badia Mutinenſis, Epiſc. . . . ordinis fratrum prędicatorum Theologus, Magiſter ſacri Palatii, presb. Card. tt. S. Sylueſtri, mortuus eſt Romæ, & in porticu Baſilicæ S. Mariæ ſuper Mineruam ſepultus ad prędicatores.

Eodem anno Nicolaus Ardinghellus Florentinus, Epiſc. Foroſempronieñ. presb. Card. S. Apollinaris, x. Cal. Sept. mortuus eſt, & in Baſilica S. Mariæ ſuper Mineruam ſepultus.

Eodem anno die . . . Octobris, Iacobus Sadoletus Mutinenſis, Epiſc. Carpentoratenſis, presb. Card. tt. S. Calliſti primo, poſt tt. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ, Romæ mortuus eſt, & in Baſilica tt. ſui, S. Petri ad Vincula ſepultus.

Anno Chriſti ꝏDXLVIII. Pontificatus PP. Pauli III. anno quartodecimo, die III. K. Aprilis, Sabbato Sancto, Auguſtinus Triuulcius Mediolanenſis, Diac. Card. S. Hadriani, Romæ mortuus eſt, & in Baſilica S. Mariæ de Populo ſepultus.

Eodem anno XI. Cal. Octob. D. Gregorius Corteſius Mutinenſis, ordinis S. Benedicti Monachus Caſsinas, Epiſc. . . . S. Cyriaci in Thermis, Romæ mortuus eſt, & in Baſilica SS. duodecim Apoſtolorum, ante Altare S. Eugeniæ ſepultus.

Anno Chriſti ꝏDXLIX. Pontificatus Pauli III. Pont. Max. anno quintodecimo, die XVI. Cal. Martij, Hubertus Gambara Brixienſis, Epiſ. Terdonenſis, presb. Card. tt. S. Apollinaris, poſt tt. S Chryſogoni, Romę mortuus eſt, & in Baſilica S. Chriſogoni ſepultus, Parmę & Placentiæ legatus.

Eodem anno pridie Nonas Aprilis, Aſcanius Pariſianus Tolentinas Picenus, Epiſc. Ariminenſis,

Digitized by Google

minenſis,presb.Card. tt.S.Pudentianæ,tt. Paſtoris, Peruſii & Campaniç Legatus, Romæ mortuus eſt, & in Baſilica S.Marcelli ſepultus.

Eodem anno XIX. Calend. Sept. Philibertus Fererius Pedemontanus,ciuis & Epiſcopus Hiporigienſis,presb.Card.tt.S. Vitalis,tt. Veſtinæ,Romæ in Quirinali mortuus eſt, & in Baſilica S.Mariæ de Pace ſepultus.

Eodem anno die . . . Auguſti Benedictus de Accoltis Aretinus,Archiep.Rauennas, S.R.E. presb.Card.tt.S. Euſebii, Florentiç mortuus eſt,ibique ſepultus.

Eodem anno pridie Nonas Nouembris, Bartholomeus Guidiccionus Lucenſis,Vicarius PP. in Vrbe, Epiſc.Lucenſis, presb. Card.tt.S.Cæſarii in Palatio, poſt tt.S.Priſcç, Lucæ mortuus eſt, & in cathedrali ſepultus.

CARDINALES EPISCOPI A PP. PAVLO III. CREATI.

MATTHAEVS Lãgus Saltzburgeñ.Germanus,tt.S.Angeli presb.Card.Ep.Car.Albanus.
ANTONIVS Sanſeuerinus Neapolitanus,presb.Car.tt.S.Mariç trãs Tyberim,Ep.Portueñ.
IOANNES Vincentius Caraffa Neapolitanus,presb.Car.tt.S.Priſcæ,Ep.Car.Prçneſtinus.
MARINVS Grimanus Venetus,presb.Card.tt.S.Marcelli Epiſc.Portueñ.& S.Rufinæ.
FRANCISCVS Cornelius Venetus,presb.Card.tt.S.Praxedis,Epiſc.Card.Prçneſtinus.
ANTONIVS Puccius Florentinus,presb.Card.tt.SS.IIII.coronatorũ,Epiſc.Car.Sabinus.
ALEXANDER Cæſarinus Romanus,Diac.Card.S.Mariæ in uia lata, Epiſc.Car.Albanus.
IOANNES Saluiatus Florẽtinus,Diac.Card.SS.Coſmæ & Damiani,Epiſc.Card.Portueñ.
PHILIPPVS de Bolonia Gallus,presb.Car.tt.S.Mariç trãs Tyberim,Ep.Car.Tuſculanus.
IOANNES Maria de Monte S.Sabini, tt.S.Vitalis, presb.Card.Epiſc.Card.Præneſtinus.
IO. PETRVS Caraffa Neapolitanus,tt.S.Clementis,presb.Card.Epiſc.Oſtieñ.& Veletreñ.
ENNIVS Philonardus de Baucco Verulanus,Romanus, presb.Card.tt.S.Angeli.Albanus.

CARDINALES EPISCOPI CREATI A PP. IVLIO III.

LVDOVICVS de Borbonio Gallus, tt.S.Sabinç, presb.Card.Epiſc.Card.Præneſtinus.
FRANCISCVS de Turnone Gallus,presb.Card.tt.SS.Petri & Marcelli Epiſc.Sabinus.
IOANNES Bellaius Pariſienſis Gallus, presb.Card.tt.S.Chryſogoni,Portueñ.& S.Rufinç.
RODVLPHVS Pius Carpeñ.presb.Car.tt.S.Mariæ trãs Tyberim,Epiſc.Car.Tuſculanus.
FRATER IOANNES de Toleto,Hiſpanus presb.Card.tt.S.Pancratii Epiſc.Card.Albanus.

IVLIVS PP. III. ANNO ꝏDL. OCTAVI MAGNI IOBILEI.

I.





II.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI
IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISSIMVS DOMINVS NOSTER IVLIVS III. PONT. MAX. ROMANVS Ioannes Maria de Monte, Vincentii filius,Fabiani nepos,Romæ natus, & educatus, uerum oppido Tuſciæ, Aretinæ Diœceſis, cui Montis S.Sabini nomen eſt,oriundus,familia nobili & honorata, Antonii de Monte Magni Cardinalis nepos. Hic quum adoleſcens bonis literis primo, mox iuri operã dediſſet,adeptis doctoratus,ut uocãt inſigniis, Romam ſub Iulio II. Pont. Max.

Digitized by Google

Max. uenit; A quo Archiepiſcopus Sypontinus, per reſignationẽ patrui, Cardinalis factus fuit. Sub PP. Clemente VII. Vrbis Gubernatorem egit. A Paulo uero III. Apoſtolicæ Cameræ Auditor primò, mox undecimo Cal. Ian. anni ꟾↃ D XXXV. S. R. E. presb. Card. in tt. S. Vitalis, in tertia Cardinalium ordinatione cum aliis octo creatus fuit, ſub quo multis legationibus integrè & ſanctè functus, magnam de ſe expectationem præbuit. Verum Paulo PP. III. mortuo, poſt diuturnam patrum in Conclaui diſceptationem, tandem ſummo omnium conſenſu, tertio uacantis ſedis menſe iam ferè tranſacto, octo & quadraginta patrum in conclaui tunc exiſtentium ſuffragiis, quum eſſet S. R. E. Card. Epiſc. Prænestinus, & Apoſtolicæ ſedis tunc Bononiæ, & in ſancto atque uniuerſali Concilio, de Latere Legatus, VI. Id. Febr. circa horam noctis tertiam Pont. Max. renunciatus eſt. Quod felix, fauſtum, fortunatumque ſit. Sedit hic PP. in Petri cathedra annos quinq;, menſem I. dies XVI.

CARDINALIVM EORVM NOMINA, QVI CONCLAVI QVO PP. IVLIVS III. CREATVS EST, INTERFVERVNT.

CARDINALES EPISCOPI VI.

LEO PP. DECIMVS.

IOANNES Dominicus de Cuppis Romanus, Epiſc. Card. Oſtieñ. Decanus Traneñ. appell.

IOANNES Saluiatus Florentinus, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

CLEMENS PP. VII.

PHILIPPVS de la Camera Gallus, Monachus Benedictinus, Epiſc. Card. Tuſculanus. De Bolonia appellatus.

PAVLVS PP. III.

IOANNES Maria de Monte Romanus Epiſc. Card. Prænestinus, Legatus Bononiæ, & ad Concilium.

IOANNES Petrus Caraffa Neapolitanus, Epiſc. Card. Sabinenſis, Theatinus appellatus.

ENNIVS Philonardus de Baucco Verulanus, Epiſc. Card. Albanenſis, Romanus.

CARDINALES PRESBYTERI XXVI.

LEO PAPA X.

LVDOVICVS de Borbonio Gallus, presb. Card. tt. S. Sabinę. S. R. E. Archipresb.

CLEMENS PP. VII.

FRANCISCVS de Turnone Gallus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini.

PAVLVS PP. III.

IOANNES de Bellay Pariſienſis Gallus, presb. Card. tt. S. Chryſogoni.

RODVLPHVS Pius Carpeñ. Lombardus, presb. Card. tt. S. Mariæ trans Tyberim.

FRATER Ioannes de Toleto Hiſpanus, ordinis fratrum Prædicatorum, presb. Card. tt. S. Clementis.

ROBERTVS Lenoncourt de Ciallon Gallus, presb. Card. tt. S. Apollinaris.

ANTONIVS de Mendon Aurelianenſis Gallus, presb. Card. tt. S. Mariæ in Porticu.

MARCELLVS Ceruinus Politianus, Diœceſis Florentinæ, Tuſcus, presb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

MICHAEL de Silua Portugallenſis Hiſpanus, presb. Card. in tt. S. Praxedis, Viſeñ.

IOANNES Hieronymus Moronus Mediolaneñ. presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio mõte.

MARCELLVS Creſcentius Romanus, presb. Card. in tt. S. Marcelli.

CRISTOPHORVS Madruccius Tridẽtinus Germanus, presb. Card. tt. S. Cęſarii in Palatio.

GEORGIVS de Arminiaco Gallus presb. Card. SS. Ioannis & Pauli, tt. Pammachii.

FRANCISCVS de Mendozza Hiſpanus, presb. Card. tt. S. Ioannis ante portam latinam.

OTHO Truceſes Auguſtenſis Germanus, presb. Card. tt. S. Balbinæ.

BARTHOLOMEVS de la Cueua Hiſpanus, presb. Card. in tt. S. Matthæi.

FRANCISCVS Sfondratus Cremonenſis, presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

FRIDERICVS Ceſius Romanus, presb. Card in tt. S. Chriſti martyris Pancratii.

DVRANTES de Durantibus Brixieñ presb. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

GEORGIVS de Amboſia Gallus, Archiep. Rothomagenſis, presb. Card. ſine titulo.

PETRVS Paciecus Hiſpanus, presb. Card. ſine titulo.

RAYNVCIVS

RANVCIVS Farneſius, Pauli III. PP. nepos Romanus, presb. Card. tt. S. Angeli, Maior Pœnitentiarius, & Piceni Legatus.
CAROLVS Lotharingus de Guiſa Gallus, presb. Card. tt. S. Cęciliæ.
HIERONYMVS Verallus Romanus, presb. Card. tt. S. Martini in montibus.
IOANNES Angelus de Medicis Mediolaneñ. presb. Card. tt. S. Pudentianæ.
BERNARDINVS Maffeus Romanus, presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

CARDINALES DIACONI XIX.

LEO PAPA X.

INNOCENTIVS Cibo Genuenſis, Diac. Card. S. Mariæ in Dominica, S. R. E. Archid.
NICOLAVS Rodulphus Florentinus, Diac. Card. S. Mariæ in uia lata.
FRANCISCVS Piſanus Venetus, Diac. Card. S. Euangeliſtę Marci.
IOANNES de Lothoringia Gallus Diac. Card. S. Onophrii.

CLEMENS PP. VII.

HERCVLES Gonzaga Mantuanus, Diac. Card. S. Marię nouæ.
NICOLAVS Gaddus Florentinus, Diac. Card. SS. Viti & Modeſti martyrum in macello.
HIERONYMVS Auria Genuenſis, Diac. Card. S. Apoſtoli Thomæ in Parione.
ODETTVS de Caſtilion Gallus, Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi.

PAVLVS PP. III.

ALEXANDER Farneſius Pauli PP. III. nepos Romanus, Diac. Card. S. Laurentii in Damaſo, S. R. E. Vicecancellarius.
GVIDO Aſcanius Sfortia de S. Flora, PP. Pauli III. nepos, Romanus, Diac. Card. S. Euſtachii, S. R. E. Camerarius.
REGINALDVS Polus Anglicus, Diac. Card. S. Marię in Coſmedia, patrimonii Legatus.
NICOLAVS Caietanus Romanus de Sermoneta, Diac. Car. S. Nicolai in carcere Tulliano.
HYPPOLITVS Eſtenſis Ferrarienſis, Diac. Card. S. Mariæ in Aquino.
IACOBVS Sabellus Romanus, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
ANDREAS Cornelius Venetus, Diac. Card. S. Chriſti martyris Theodori.
HIERONYMVS de capite ferreo Romanus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro. Legatus Romandiolæ.
TIBERIVS Criſpus Romanus, Diac. Card. S. Agathæ martyris.
IVLIVS de Ruere Vrbinas, Diac. Card. S. Petri ad uincula.
CAROLVS de Vendoſme Gallus, Diac Card. S. Chriſti martyris Xyſti.

CARDINALES IN HAC ELECTIONE ABSENTES.

CLEMENS PP. VII.

CLAVDIVS de Giuri Gallus, presb. Card. tt. S. Agnetis in Agone.

PAVLVS PP. III.

IACOBVS Denebault Lexouienſis Gallus, presb. Card. tt. S. Suſannæ.
HENRICVS frater Regis Portugalliæ, presb. Card. tt. SS. quatuor coronatorum.

SVNT OMNES LIV.

Porro ex his Cardinalibus, qui in conclaui erant, duobus mortuis ante PP. Iulii III. electionem, uidelicet Ennio Philonardo, Epiſc. Card. Albano, & Nicolao Rodulpho Florentino, Diac. Card. S. Mariæ in uia lata, nouem & quadraginta Cardinales reliqui fuerunt (quum omnino eſſent LIIII) quorum ſuffragiis, ut ſupra dictum eſt, PP. Iulius III. Pont. Max. & uniuerſalis PP. creatus eſt.

CORONATIO PP. IVLII. III.

ANNO Dominicæ Natiuitatis ∞ Ɔ L. VIII. Cal. Martii, die Cathedræ S. Petri Apoſtolorum Principis, Romæ in gradibus ante fores Baſilicæ S. Petri, PP. Iulius III. ſuę coronationis inſignia ſuſcepit, per Innocentium Cibo Genuenſem S. R. E. Archidiaconum, Cardinalibus, Epiſcopis, Clero, & innumera populi multitudine adſtantibus.

ANNVS IOBILEI VIII.

Eodem anno VI. Cal. Martij, die ſolennitatis S. Apoſtoli Matthiæ, PP. Iulius III. maiorum more, porta S. Petri, quæ ſancta appellatur, reſerata, anni magni Iobilei initium dedit, eamque anno exacto cluſit.

PRIMA

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀDL, Pontificatus Papæ Iulii III. Anno primo. Die prid. Cal. Maii Romæ idem Pontifex fecit primam Cardinalium ordinationem, qua unum tantum Cardinalem Diaconum nepotem ſuum creauit. Is fuit

1 Innocentius de Monte. S. R. E. Diac. Card. ſancti Onophrii, Aretinus.

SECVNDA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀDLI. Pontificatus PP. Iulii III. Anno ſecundo IIII. Idus Octobris, Romæ PP. Iulius fecit ſecundam Cardinalium ordinationem, qua inſtante Imp. Caes. Carolo V. Auguſto unum Cardinalem presbyterum creauit. Is fuit

2 Frater Georgius Martinuſius Dalmata, ordinis Fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ S. R. E. presb. Card. tt. . . . qui non longè poſt occiſus eſt.

TERTIA CARDINALIVM CREATIO.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀDLI. Pont. anno ſecundo, Romæ die XIII. Cal. Ianuarij PP. Iulius III. fecit tertiam Card. ordinationẽ, qua quatuordecim Cardinales creauit, XIII. presbyteros, & unum Diaconum, qui ſunt

3 Christophorvs de Monte, PP. Iulij III. Conſobrinus Aretinus, Epiſc. Maſsilienſis, presb. Card. in tt. S. Praxedis.

4 Ivlivs Corneus, ciuis & Epiſc. Peruſinus, PP. Iulij ſororis filius, presb. Card. tt. ſanctæ Mariç in Via.

5 Ioannes Michael Sarracenus Neapolitanus, Archiepiſc. Vrbis Gubernator, presbyter Card. tt. S. Mariç de Capitolio, aliàs Ara Cœli.

6 Ioannes Riccius, de Monte Politiano Florentinus Tuſcus, Epiſc. Cluſinus, presb. Card. tt. S. Vitalis.

7 Iacobvs Puteus Nicienſis, ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditor, Archiepiſcopus Barenſis, presb. Card. in tt. S. Simeonis.

8 Ioannes Andreas Mercurius Siculus, ciuis & Archiepiſc. Meſſanenſis, presb. Card. tt. S. Barbarç.

9 Sebastianvs Pighinus Regienſis, ſacri Palatij Apoſtolici cauſarũ Auditor, Archiepiſc. Sypontinus, presb. Card. tt. S. Calliſti.

10 Alexander Campegius, ciuis & Epiſc. Bononienſis, presb. Card. tt. S. Luciç in Siliçe.

11 Magister Frater Petrus Bertanus Mutineñ. ordinis Fratrum Prædicatorum, Theologus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini, Epiſc. Fanenſis.

12 Fabivs Mignanellus Senenſis, Epiſc. Groſſetanus, presb. Card. tt. S. Silueſtri.

13 Ioannes Poggius Bononieñ. Epiſc. Tropieñ. nũcius in Hiſpania abſens, tt. S. Anaſtaſiç.

14 Io. Baptiſta Cicada, Genuenſis Cameræ Apoſtolicæ Auditor, Epiſc. Albiganenſis. tt. S. Clementis.


15 Hieronymvs Dandinus Cæſenas, Epiſc. Imolenſis, presb. Card. tt. S. Mathæi.

16 Aloysivs Cornelius Venetus Miles S. Ioannis Hieroſolymitani Commendatarius Cyprius, Diac. Card. S. Thedori.

III.



IIII.



V.



VI.



VII.



VIII.



IX.



X.



XI.



XII.



XIII.



XIIII.



XV.



XVI.



QVARTA

Digitized by Google

Anno Dominicæ Natiuitatis ∞DLIII. Pontificatus PP. Iulij III. anno quarto, Romæ XI. Cal. Ianuarij, PP. Iulius III. fecit quartam Cardinalium ordinationem, in qua quatuor Cardinales, unum presbyterum, & tres Diaconos creauit, qui ſunt

17 Petrvs Taliauia, de Aragona Siculus, Archiepiſcopus Panormitanus, presb. Card. tt. S. Calliſti.

18 Lvdovicvs de Guiſa Lotharingus, Gallus, Diac. Card. S. . . . .


19 Hieronymvs Simoncellus Vrbeuetanus, PP. Iulij pronepos, Diac. Card. SS. Coſmę & Damiani.

20 Robertvs Nobilis de Monte Politiano Florentinus Tuſcus, PP. Iulij III. pronepos Diac. Card. S. Mariæ in Dominica.

XVII.




XVIII.



XIX.



XX.



Cardinales Episcopi a PP. Ivlio III. Creati.

Lvdovicvs de Barbonio Gallus, presb. Card. tt. S. Sabinę, factus Epiſc. Card. Prenestinus.

Franciscvs de Turnone Gallus, presb. Card. tt. SS. Petri & Marcellini, factus Epiſcopus Card. Sabinus.

Ioannes Bellaius Pariſienſis Gallus, presb. Card. tt. S. Chryſogoni, factus Epiſcopus Card. Albanus, mox Tuſculanus, demum Portuenſis & S. Rufinæ.

Rodvlphvs Pius Carpenſis, presb. Card. tt. S. Mariæ Tranſtyberim, factus Epiſc. Card. primò Albanenſis, mox Tuſculanenſis.

Frater Ioannes de Toleto Hiſpanus, ordinis Fratrum prædicatorum, presb. Card. in tt. S. Pancratij, factus Epiſc. Card. Albanenſis.

Epilogvs Cardnalivm PP. Ivlii III.

PP. Iulius III. quatuor Cardinalium ordinationibus, menſibus Aprili, Octobri, & Decembri factis, uiginti creauit Cardinales, presbyteros quindecim, Diaconos quinque, & ex antiquis Cardinalibus presbyteris Epiſcopos Cardinales quinque.

Nomina

NOMINA EORVM CARDINALIVM, QVI AB OBITV PAVLI PP. III. AD ANNVM CHRISTI ↀDLV. MORTVI SVNT.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀDXLIX. Apoſtolica ſede uacante, die XIIII. Calendas Ianuarij. Ennius Philonardus de Baucco Verulanus Romanus, Epiſcopus . . Arcis præf. presbyter Card. tt. S. Angeli, poſt Epiſcopus Card Albanus, Romæ in Arce S. Angeli, quo ſe è Conclaui æger contulerat, mortuus eſt, & in Diaconia S. Onophrii ſepultus.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀDL. ſede Apoſtolica uacante Calendis Februarij. Nicolaus Rodulphus Florentinus, Prothonotarius Apoſtolicus PP. Leonis X. ſororis filius, electus Archiepiſcopus Vicentinus, Epiſc. Viterbien̄. Archiepiſc. Salernitanus, & Diac. Card. SS. Viti & Modeſti Martyrum in Macello, poſt S. Mariæ in uia lata, multis legationibus pro ſede Apoſtolica functus, Romæ mortuus eſt, & in Baſilica Sancti Auguſtini ſepultus.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀDL. Pontificatus Iulii III. Pont. Maximi, anno primò, die IX. Cal. Martii. Philippus de la Camera, frater Ducis de Albania Allobrox, Monachus Benedictinus, Epiſc. Bolonienſis, presb. Card. tt. S. Martini in montibus, poſt tt. S. Mariæ Tranſtyberim, demum Albanus & Tuſculanus, Romæ mortuus eſt, & in Eccleſia S. Trinitatis in monte Pincio ſepultus.

Eodem anno Idibus Aprilis, Innocentius Cibo Genuenſis, Innocentii VIII. PP. pronepos, Leonis PP. X. ſororis filius, Prothonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. SS. Coſmę & Damiani, poſt S. Mariæ in Dominica, electus Maſsilien̄. Abbas S. Sabæ de Vrbe, & aliquando, S. R. E. Camerarius Legatus Bononiæ, & alibi, Romæ mortuus eſt, eius cadauer in choro Fratrum prædicatorum ad Mineruam ſepultum.

Eodem anno VI. Idus Maii. Ioannes Lotharingus Gallus, electus Metenſis, Diac. Card. S. Onophrii, commendis ditiſsimus, obiit in partibus ibique ſepultus.

Eodem anno pridie Calend. Iulii, Franciſcus Sfondratus Cremonenſis, Epiſc. Melfitenſis, presb. Card. tt. SS. Nerei & Achillei, poſt tt. S. Anaſtaſiæ, & Epiſc. Cremonenſis, Cremonæ mortuus eſt, ibique in cathedrali cadauer ſepultum.

Anno Chriſti ↀDLI. Pontificatus PP. Iulii III. anno primò, die III Calend. Februarij Andreas Cornelius Venetus, electus Brixienſis, Diac. Card. S. Theodori, Romę mortuus eſt, cadauer in Templo S. Auguſtini ſepultum.

Eodem anno Dominicæ Natiuitatis, Pontificatus uerò PP. Iulij III. anno ſecundo, die XVI. Calendas Ianuarij. Frater Georgius Martinuſius Dalmata, ordinis Fratrum Eremitarū S. Pauli primi Eremitæ, presb. Card. ſine tt. in Hungaria obtruncatus eſt: cadauer ibidem ſepultum.

Anno Dominicæ Natiuitatis ↀDLII. Pontificatus PP. Iulii III. anno tertio, die XIII. Cal. Martii Nicolaus Gaddus Florentinus, electus Firmanus, Diac. Card. S. Theodori, poſt S. Mariæ in uia lata, demum eiuſdem Diaconię, presb. Card. obiit Florentiæ, cadauer ibidem ſepultum in Eccleſia ſanct. . . .

Eodem anno, die V. Calen. Iunii. Marcellus Creſcentius Romanus, ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum auditor, presb. Card. tt. S. Marcelli, Legatus Bononię, & in S. Concilio Tridentino ſub PP. Iulio III. Veronę mortuus eſt. Cadauer Romam Relatum in Baſilica S. Mariæ Rotundæ ſepultum eſt.

Anno Dominicę Natiuitatis ↀDLIII. Pontificatus Iulii III. Pontificis Maximi, anno IIII. die XVI. Cal. Auguſti. Bernardinus Mapheus Romanus, Epiſcopus Maſſanus, poſt Archiepiſcopus Theatinus, presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, Romæ mortuus eſt, & in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam ſepultus.

Eodem anno. Ioannes Saluiatus Florentinus, Prothonotarius Apoſtolicus, PP. Leonis X. ſorores filius, Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani, poſt Epiſ. Card. Sabinus, demum Portuenſis, multis legationibus pro ſede Apoſtolica functus Rauennę mortuus eſt, die V. Cal. Nouembris, & ibidem ſepultus.

Digitized by Google

Eodem anno die IIII. Idus Decembris, Ioannes Dominicus de Cupis Romanus, Archiepiſcopus Tranenſis, presb Card tt. S. Ioannis ante portam latinam, poſt tt. S. Laurentij in Lucina, deinde Epiſc. Card. Albanus, Tuſculanus, Prœneſtinus, Sabinus, Portuenſis, & demum Oſtienſis, & Decanus, aliquot legationibus functus, Romæ mortuus eſt, & cadauer in Eccleſia S. Auguſtini ſepultum.

Anno . . . Georgius de Amboſia Gallus, Archiepiſcopus Rothomageñ. presb. Card. tt. S. . . . Obijt in partibus, ibique ſepultus.

Anno Dominicæ CIↃDLIIII. Pontificatus PP. Iulij tertij, anno quinto, die XII. Calend. Octobris. Alexãder Campegius, ciuis & Epiſcopus Bononienſis, Laurentij Campegii Card. filius, presb. Card. in tt. S. Luciæ in Orphea aliàs in Silice Romæ mortuus eſt, cadauer in Eccleſia S. Mariæ Tranſtyberim ſepultum.

Eodem anno die XI. Cal. Decembris, Sebaſtianus Pighinus Regienſis Lombardus, iuris utriuſque conſultus, ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditor, Archipiſcopus Sypontinus, ac ad ſacroſanctum Oecumenicũ Concilium Tridentinum Legatus, ſub Iulio III. Pontifice Maximo, cum Cardinale Marcello, Creſcentio, Aloyſio Lippomano Epiſcopo Veronenſi de latere Apoſtolicæ ſedis, presb. Card. in tt. S. Calliſti, & Epiſcopus Hadrienſis, Romę mortuus eſt. cadauer eius in Baſilica S. Mariæ, quæ appellatur ad populum, ſepultũ eſt.

OBITVS PP. IVLII III.

Anno Dominicæ Natiuitatis CIↃDLV. die Saturni, decimo Calend. Martii, inter horam decimam nonam, & uigeſimam PP. Iulius III. qui diu & multum antea Podagra laborauerat, diutina ui morbi oppreſſus, in Vaticano, in Palatio Apoſtolico Pontificio, mortuus eſt, Pontificatus anno quinto, menſe primo, & die ſextodecimo. Cadauer eius ueſpere eius diei ex Palatio Apoſtolico per Canonicos Baſilicæ principis Apoſtolorum, in eodem Baſilicam delatum, populo ſpectandum, biduo inhumatum relictum eſt, die uerò poſt mortem tertio, lateritio monumento in Sacello S. Andreæ Apoſtoli iuxtà ſepulchrum S. PP. Gregorii, ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo S. Romana ſedes, dies decem & ſeptem.

NOVEMDIALIA PP. IVLII III.


Eodem anno, die Martis VII. Calendas Martii Nouemdialia ſiue Exequiæ PP. Iulii III. à Cardinalibus præſentibus, in Baſilica S. Petri, more maiorum, celebrari ſunt cœpta ſine ſolenni Exequiarum pompa, primi diei ſacris, Cardinale Sarraceno factis.

INTROITVS CONCLAVIS QVO PP. MARCELLVS II. CREATVS EST.

Eodem anno, die Veneris, Nonis Aprilibus cantata miſſa ſpiritus ſancti per Ioannem Bellaium Cardinalem Epiſcopum Portuenſem, & habita oratione ab Vberto Folietta Genuenſi Referendario Apoſtolico, Cardinales præſentes, numero trigintaſeptem Cõclaue ingreſsi ſunt hora poſt meridiem, pro noua pontificis creatione paratum in Palatio Apoſtolico S. Petri. Qui die quinto ingreſſus Conclauis, decimo ſeptimo uerò uacantis ſedis, inuocata ſpiritus S. gratia, concorditer & omnium ſuffragiis elegerunt in ſummum Romanæ Eccleſiæ Pontificem, & uniuerſalem PP. uirum religioſum, & per omnia tanto magiſtratu digniſſimum Marcellum Ceruinum, de Monte Politiano, diœceſis Florentinæ Tuſcum, S. R. E. presbyterum Cardinalem in tt. S. Crucis in Hieruſalem, à PP. Paulo III. uiro ſapientiſsimo creatum, qui antiquo nomine retento, Marcellus ſecundus appellatus eſt. Oſtenderunt hunc terris fata, neque ultra eſſe ſiuerunt.

MARCELLVS

MARCELLVS PP. II. AN. ∞DLV.



IN NOMINE DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI BENEDICTI. AMEN.

SANCTISS. D. N. MARCELLVS II. PONT. MAX. TVSCVS. Marcellus, natione Tuſcus, patria Politianenſis, quod oppidum eſt Florentinæ Diœceſis, ex patre Ricciardo, familia Ceruina, mediocri genere ortus, uerum doctrina, rerum humanarum maxima experientia, morum grauitate, religione, & omni ſanctitate nemini ſecundus. Hic à PP. Paulo III. qui hominis uirtutem olfecerat, iuuentæ Alexandri Farneſij Cardinalis nepotis ſui, in quo omnem ſpem ſuam collocarat Paulus, tanquàm moderator ac Magiſter inſtitutus, in quo munere quùm prudentiſsimè ſe geſsiſſet: eum ſibi ſapientiſsimus Pontifex à ſecretis fecit, mox Epiſcopum Eugubinum creatum, Nuncium Apoſtolicæ ſedis ad Imperatorem Carolum V. Auguſtum in Flandriam miſit, in quo loco abſens, S. R. E. presbyter Cardinalis in titulo S. Crucis in Hieruſalem in decima Cardinalium creatione cum alijs decem die XIIII. Calendas Ianuarij, Anno Dominicæ Natiuitatis ∞DXXXIX. factus eſt. Inde Romam reuerſus, Negocijs præfuit Pauli III. eumque in intimum conſiliarium acciuit: tanta autem erat hominis probitas, ut nunquàm ueritus ſit, quùm conſilij gratia accerſeretur à Paulo ei libere dicere quæ ipſe ſentiebat, & ſi menti Pontificis contraria eſſe cognouiſſet. Demum Imperatore, (tempore ita exigente) concilium generale pro extirpandis Germanicis ſimultatibus à Pontifice poſtulãte, Legatus Apoſtolicæ ſedis de latere ad ſanctam Synodum, quæ Tridenti, in faucibus Alpium indicta erat, cum Io. Maria de Mõte Epiſcopo Cardinale Præneſtino, poſtea in PP. Iulium III. creato, & Reginaldo Polo Cardinale S. Mariæ in Coſmedia Anglico, miſſus eſt. in qua conſtantiſsimè & prudentiſsimè ſe geſsit. Demum Tridentino Concilio, peſte ibidem ſæuire incipiente, Bononiam tranſlato, eoq; ob proximam mortem PP. Pauli III. diſſoluto, Romam uenit. Comitiisq; quibus PP. Iulius creatus eſt, æger intereſſe nõ potuit. Apud quem Pontificem in maxima ſemper exiſtimatione fuit. Quo demum mortuo, & Cardinalibus Cõclaue pro noua Pontificis electione ingreſsis, die Martis, nona Aprilis, ideſt V. Idus Aprilis. Anno Dominicæ Natiuitatis ∞DLV. hora poſt XXIII. quùm adhuc eſſet presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem, omnium Cardinalium in Conclaui exiſtentium ſuffragiis Pont. Max. nuntiatus eſt. Qui antiquum nomen retinens Marcellus II. appellari uoluit. Sedit autem in apoſtolica ſede tantum dies XXI & horas aliquot.

CORONATIO PP. MARCELLI II.

Anno Dominicę Natiuitatis ∞DLV. poſtridie, quàm PP. Marcellus creatus eſt, uidelicet die Mercurij IIII. Idus Aprilis maioris ebdomadæ, inſtantibus magnis ſolennibus cœnæ Domini, Veneris ſancti, & Paſchatis, ne tot ſolennitates ſine Pontifice, (qui ſacra omnia faceret) tranſigerentur, quũ prius in aurora eius creatio, more maiorum, per Archidiaconum,

Digitized by Google

S. R. E. Franciſcum Piſanum Venetum, Diac. Cardinalem S. Marci, in Palatio facta eſſet, haud multò poſt, ante aram maximam principis Apoſtolorum ſuæ coronationis, & Romani Pontificatus inſignia per eundem Archidiaconū ſuſcepit, data Benedictione à Ioanne Bellaio Epiſcopo Cardinale Portuenſi & S. Rufinæ.

CARDINALES QVI CONCLAVI, QVO PP. MARCELLVS II. CREATVS EST, INTERFVERE.

CARDINALES EPISCOPI IIII.

PAVLVS PP. III.

Ioannes Petrus Caraffa, ciuis & Archiepiſc. Neapolitan. Epiſc. Card. Oſtieñ. Decanus.
Ioannes Bellaius Gallus Pariſienſis, Epiſc. Card. Portueñ & S. Rufinæ.
Rodvlphvs Pius Carpeñ. Epiſc. Agrigentinus, Epiſc. Card. Tuſculanus.
Frater Ioannes de Toleto, Archiepiſcopus Compoſtellanus Hiſpanus, ordinis Fratrum Prædicatorum, Epiſc. Card. Albanus.

CARDINALES PRESBYTERI XXI.

PAVLVS PP. III.

Marcellvs Ceruinus Politianenſis Tuſcus, Epiſc. Eugubinus, presb. Card. in tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Michael Siluius Portugallenſis, Epiſc. Viſenſis, presb. Card. S. Mariæ trans Tyberim in tt. Calliſti.
Christophorvs Madruccius, ciuis & Epiſ. Tridĉtinus, presb. Car. tt. S. Cęſarii in Palatio.
Georgivs de Arminiaco Gallus, presb. Card. SS. Ioannis & Pauli in tt. Pammachij.
Bartholomevs de la Cueua, presb. Card. tt. S. Bartholomei in inſula.
Fridericvs Cæſius Romanus, Epiſc. Tudertinus, presb. Card. in tt. S. Priſcę.
Raynvtivs Farneſius Romanus, PP. Pauli III. nepos Archiepiſcopus Rauēnas, presb. Card in tt. S. Angeli, S. R. E. Maior Pœnitentiarius.
